ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ

ΧΡΟΝΙΚΑ

EUSEBII PAMPHILI

CHRONICUM BIPARTITUM

GRAECO-ARMENO-LATINUM

1839-ԱԿ
ազգ. 4035

ԵՒՍԵՒՒ ՊԱՄՓԻԼԵՑԻ

ԿԵՍԱՐԱՑՒՈՅ

ԺԱՄԱՆԱԿԱԿԱՆ ԵՒ ԿԱՄԱՑԱՆԵՑ

Ի Հայերէն Թարգմանութենէ եղեալ ի Յոյն բնագրէ
ի ձեռն սրբոյ Թարգմանչաց մերոց

ԹՒԼԻՍԻԱՆԵԱՒ Ի ԼԱՏԻՆ ԲԱՐԲԱՌԻ ԱՇԽԱՏԱՒԱՍՏԻՐՈՒԹԵԱՄԲ
Ս. ՄԿՐՏՒՉ ՎԱՐԴԱՊԵՏԻ ՄԽԻԹԱՐԵԱՆ ԱԻԳԵՐԵԱՆՑ

Հաւաքմամբ Հանդերձ յունական Հատուածոց գտեալց առ մատենագիրս, և յաւելուածով կարեւոր
Յանօթութեանց։

ՏՊԱԳՐԵԱԼ ՀՐԱՄԱՆԱՒ ԱՐՔԻԱՊԱՏԻՒ Տ՚Ն. Տ՚Ն. ՍՏԵՓԱՆՆՈՍԻ ՎԱՐԴԱՊԵՏԻ ԱԳՈՆՑ
ԸՆԴՀԱՆՐԱԿԱՆ ԱԲԲԱՅԻ ԵՒ ԱՐՔԵՊԻՍԿՈՊՈՍԻ

ՄԱՍՆ Ա՚

ԺԱՄԱՆԱԿԱԳՐՈՒԹԻՒՆ ՊԱՏՄԱԿԱՆ



Ի ՎԻՆՆԻՏԻԿ

Ի ՎԱՆՍ ՄԲՈՒՅՆ ԳԱԶԱՐՈՒ

ՅԱՄՈՒ 1818 ՌՄԿԸ

3864

422

EUSEBII PAMPHILI

CAESARIENSIS EPISCOPI

CHRONICON BIPARTITUM

NUNC PRIMUM EX ARMENIACO TEXTU IN LATINUM CONVERSUM
ADNOTATIONIBUS AUCTUM
GRAECIS FRAGMENTIS EXORNATUM

OPERA

P. JO: BAPTISTAE AUCHER ANCYRANI

MONACHI ARMENI ET DOCTORIS MECHITARISTAE

PARS I.

HISTORICO-CHRONOGRAPHICA

VENETIIS

TYPIS COENOBII PP. ARMENORUM IN INSULA S. LAZARI.

MDCCCXVIII

SUPERIORUM PERMISSU

Universitätsbibliothek Frankfurt a. M.
2188-2008

CLEMENTISSIMO PRINCIPI

RAGNERIO AUSTRIAE ARCHIDUCI

FRANCISCI I. IMP. P. F. A.

FRATRI GERMANO

LONGOBARDIAE VENETIARUMQUE PROREGI etc. etc.

Si Cornelii Taciti historiae Maximiliano II. Roman. Imperatori atque proavo tuo gloriosissimo inscriptae, Optime Princeps, ea ab ipso humanitate atque clementia exceptae sunt, quae invictissimum Caesarem, eumdemque eruditissimum omnino decebat: vix dubitamus futurum quin Tu quoque Eusebii Pamphili Caesareae in Palaestina Episcopi Chronicum opus eadem benignitate excepturus sis. Ac illud quidem post multa saecula, quibus in Armenia delituit, in Europam veluti postliminio reversum, Latinoque cultu ac veste nostris curis ornatum, cui se potius quam Tibi commendaret, qui pro ea quae semper fuit Austriacae gentis in optimis disciplinis promovendis munificentia, doctorum hominum studia liberaliter fovere, ac comiter amplecti soles: ea praesertim quae antiquitati illustrandae, ac Religioni promovendae comparata sunt? Quarum quidem rerum alteram ita calles, ut vix hujusmodi quicquam a viro principe tot Reip. curis distento expectari posse videatur; alteram vero ea etiam charitate complexus es, ut omnium hominum mentes animosque in tui admirationem atque amorem adduxeris. Hoc enim sincera in Deum pietas ac non fucatus Religionis amor sibi proprium vendicat, ut cum in omnibus admirationi esse soleat, tum vero maxime in viro Principe; quem ubi quis non simulate, sed ingenue Religioni addictum animadverterit, illum statim virtutibus etiam universis ornatum excultumque haud injuria arbitratur. Erit autem in Eusebio nostro quod et eruditioni tuae et pietati maxime arrideat. Nam et prisci temporis historiam ab ultima humani generis origine ad Constantini Magni Imp. Vicennalia complexus, eandemque in certas aetates atque annos distribuens, magnum Chronologiae universae lumen affundit; et iterum Religionis exordia ab orbe condito deducens, ejus progressus, incrementa, perennitatem ita demonstrat, ut tot inter

populorum ac gentium vicissitudines, tot inter hostium fraudes ac bellorum sibi indictorum procellas nonnisi D. O. M. auxilio stetisse evidentissime appareat. Quare haud dubitamus futurum quin praeclarissimum opus libenti animo excipias; ut pote quod et ingenio tuo, et eruditioni, et pietati maxime sit accommodatum. Atque utinam quemadmodum olim Tacitus qui eum in conspectum sisteret Maximiliani Caesaris Justum Lipsium virum longe eruditissimum nactus est, ita Eusebium quoque nostrum is Tibi offerret, qui cum splendidissimo illo Belgarum ornamento conferri posset! At non ideo tamen illum minus liberaliter a Te atque humaniter exceptum iri arbitramur. Ut enim nihil de ipsius operis argumento dicamus, quod profecto Taciti historiis longe est anteferendum; ab iis Tibi Eusebius exhibetur, qui ut magno illi Lipsio litteris ac eruditione concedant, ita singularem doctissimi viri in Austriacam gentem fidem, atque reverentiam aemulantur. Munus itaque hoc qualecumque nostrum libenter accipe, Princeps Clementissime; idque Tibi persuadeas, cum multos humanitas illa tua, atque clementia prorsus singularis Tibi devinxerit, nemini tamen nos in te amando observandoque concedere.

Venetiis ex Insula S. Lazari. IX. Calend. Jan. MDCCCXVIII.

CELSITUDINI TUAE

ADDICTISSIMI

GEN. ABB. STEPH. ACONTIUS KIUVEN

ARCHIEP. SIUNIENSIS

ET MONACHI MECHITARISTAE ARM.

LECTORI PHILEUSEBIO

P. JO. BAPTISTA AUCHER FELICITATEM.

1. Eusebium Pamphilum Caesareae in Palaestina Episcopum, Ecclesiasticorum historicorum facile principem, omniumque fere aetatis suae scriptorum eruditissimum, cum aliis multis ingenii sui monumentis, tum vero maxime libris, quos adversus paganos conscripsit, memoriam suam posteritati commendasse, optimeque non de Christiana tantum, sed et de universa litteraria Rep. meritum esse, neminem prorsus eruditorum latere arbitror. Cum enim in ea tempora incidisset, quibus ethnicorum in Christianos ferocia, atque immanitate Constantini Augusti beneficio repressa, Christiana religio tandem aliquando caput attollere, ac sese audacter efferre videbatur; pagani vero, cum in ipsam armis saevire nequaquam liceret, eamdem qua probris atque ludibriis, qua calumniis, atque conviciis, qua denique fallacibus ratiunculis, ac corrasis undequaque ex inani philosophia sophismatibus, oppugnarent: tantae huic tamque scelestae impiorum hominum temeritati occurrendum sibi esse putavit; ne idololatrica superstitio, quae piissimi Imperatoris potentia perterrefacta arma in Christianos deposuerat, non item odia, de integrato ferocius in ipsos bello sibi plaudere ullo modo posset: quosque fortiter dimicantes nec vi nec ferro exscindere potuerat, eosdem nihil sibi timentes atque securos philosophicis praestigiis, atque commentis labefactaret. Novum hoc itaque ac multiplex belli genus aggressus, primum libros edidit τῆς εὐαγγελικῆς προπαρασκευῆς, sive *de Evangelica Praeparatione*, praeclarum sane opus atque eruditum, quo Christianae disciplinae ductam ab ipsis mundi primordiis antiquitatem demonstrat, sanctitatem ac majestatem tuetur, falsorumque numinum fabulas religionesque insectatus, eas nonnisi delirantium hominum somnia putandas esse, ac malorum Daemoniorum ludibria apertissime manifestat. Cum enim Ethnicorum plurimi per ea tempora Christianorum doctrinam, veluti putidum absurdumque commentum traducerent, illudque quasi recens, ac χθὲς καὶ πρώην a barbaris excogitatum despicarentur: deorum vero cultum veluti antiquissimum, et philosophorum omnium suffragio probatum impudenter illi anteferrent; totus in eo est Eusebius, ut ostendat, illam quidem humano generi prorsus coaevam cum ipso mundo exortam fuisse, ejusque δόγματα atque praecepta iis nationum momentis inniti, quibus sanae mentis hominem adquiescere prorsus oporteat: gentilem vero superstitionem recentem omnino esse, atque ridiculam, quamque nemo unquam, nisi omnino desipiat, amplecti possit. Id vero ut praestet, non jam libros Hebraeorum sacros, quos illi veluti futiles ac barbaros aspernabantur, sed ipsos Ethnicorum scriptores in medium producit, Orpheum scilicet, Numenium, Mercurium Trismegistum, Philonem Bibbium, Sanchuniatonem, Berosum, Ezecielum Poetam, Bardesanem, Eupolemum aliosque hujusmodi: tum ex Graecis, magna illa Philosophorum lumina, Platonem, Zenonem, Aristotelem, Thaletem, Empedoclem, Democritum, Pythagoram, Plutarchum, caeterosque; ac eorum testimoniis verbisque prolatis, quid de Hebraeorum gente ac disciplinis, quid de Graecorum diis atque religionibus universa fere antiquitas tradiderit, luculentissime ostendit.

2. *Evangelicae praeparationis* libros XV. excepere libri X. sive ut aliis placet [1] XX. τῆς εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως, sive *Evangelicae Demonstrationis*, in quibus innumeris paene veteris testamenti locis in medium productis, quaecumque de Christo in sacris codicibus referuntur, quaecumque in Ecclesia ab ipso condita contigere, quaecumque de Judaicae gentis caecitate, calamitatibus atque dispersione, de Templi et Hierosolymorum excidio ab historicis tradita sunt, ea omnia longe ante ab ejus gentis vatibus praedicta fuisse demonstrat: ita ut nec nova ea Religio habenda sit, quam antiquissimus quisque prophetarum commendaverit, nec falsa aut absurda, quam admirabilis tot vaticiniorum exitus ac veritas comprobarit. Eodem pertinent ejusdem Eusebii *Libri IV. propheticarum Eclogarum de Christo*, quos inter Bibliothecae Caesareae Vindebonensis Mss. Codd. servari tradit Petrus Lambecius [2], nisi fortasse falso inscripti, auctoris nomen mentiuntur [3]: eodem longa illa adversus Hieroclem disputatio, qui ex Philostrati historia, seu potius fabula Apollonium illum

1 Vide Cave in *Eusebio*. Voss. de Hist. Graec. L. XX. C. 17.
2 Lambec. Bibl. Caes. tom. I. add. 3. Cod. Theolog. LV.
3 Vide Cave, et Casimir. Oudin. t. I. in *Eusebio*.

Thianaeum Christo comparare ausus fuerat, ac octo integros hujus argumenti libros vulgaverat: quemque perpetuo commentario refutans eruditissimus Episcopus, apertissime ostendit magicas illas Apollonii praestigias nullo modo veris Christi miraculis esse aequiparandas: eodem denique libris XXV. sive ut alii tradunt, XXX. adversus Porphyrium [1], ut alia praetermittam, quae a nonnullis Eusebii nomine referri solent, quae tamen a Criticis [2] in dubium revocantur. His itaque editis ingenii sui monumentis Ethnicorum proterviam, ac sese efferentem Philosophorum audaciam fregit ac protrivit Eusebius; et Christianae disciplinae longe antiquiorem Graecorum fabulis originem evidenter ostendens, ejusdem majestatem atque divinitatem ab ipsorum calumniis fortiter vindicavit.

III. Verum antequam eruditissimis hisce lucubrationibus manum admoveret, jam illud perviderat, frustra se haec omnia moliri, nisi prius Mosaicarum originum, et sacrorum librorum antiquitatem, quam tantopere erat commendaturus, iis rationum momentis confirmaret, quae nulla prorsus ratione ab adversariis convelli possent. Id enim nisi omnino certe atque evidenter constitisset, jam totum illud *Evangelicae praeparationis, et demonstrationis* veluti aedificium nutare necesse erat; maximeque erat pertimescendum, ne hominibus longe sagacissimis ulla cavillandi causa praeberetur, quo utrumque opus rejicerent, veluti quod infirmo prorsus fundamento niteretur. At ubi Mosaicae vetustatis certitudo in tuto posita esset, jam omnis malignis adversariorum suspicionibus aditus intercludebatur. Id vero ut praestaret Eusebius, Chronicum opus, quod integrum ex Armeno codice nunc primum prodit, molitus, omnium gentium ac populorum res gestas parva veluti tabula complexus est: quas ita ille per temporum seriem digessit, ut qua mundi aetate gens quaeque floruerit, quoto mundi anno imperia singula, urbes, respublicae conditae sint, quibus incrementis succreverint, qua tempestate desierint, quilibet vel uno intuitu videre possit. Temporum vero rationibus diligenter subductis, nihil Mosaicis originibus aut praestantius, aut vetustius reperiri posse demonstrat, qui cum DCCC. paene, et L. annis Trojanum bellum praecesserit, non modo omnium scriptorum antiquissimus habendus est, sed ipsis fabulosis Graecorum numinibus longe vetustior. Ac priori quidem libro (siquidem in duo volumina universum opus distribuit) ab ipso generis nostri parente Adam exorsus, uniuscujusque Imperii, aut gentis historiam ac tempora singillatim recensuit, eumque propterea *παντοδαπὴν ἱστωρίαν*, hoc est *omnimodam historiam* vocari licuit: altero vero, ducto ab Abrahami aetate supputandi initio, ac earumdem gentium fastis per columnas quasdam dispositis, ita columnas illas sive laterculos inter se composuit, ut singuli unius gentis anni quoto alterius gentis aut regni anno responderent primo obtutu pateret, atque hanc operis suae partem longe operosissimam Χρονικοὺς κανόνας, sive simplici voce Κανόνα nuncupavit. Hosce libros veluti *προδρόμους* eorum quos *de praeparatione et demonstratione Evangelica* editurus erat, praemisit; eosdemque vix in lucem emissos magno plausu atque admiratione eruditi excepere. Et sane ii erant, qui ab omnibus magno in pretio haberentur, cum non sacris tantum disciplinis, sed etiam profanis litteris magno emolumento esse possent, atque historiae universae studiosis veluti geminae faces inter tenebras praelucerent. Ubi vero praeclara illa *de praeparatione* nempe *et demonstratione* volumina in doctorum hominum manus devenere, tum demum sapientissimum hominis consilium aperte patuit, ac quam prudenter atque circumspecte in ea quaestione versatus esset compertum est. Ita enim omnia digesta erant atque disposita, ita singulae disputationis partes connexae inter se atque consociatae, ut sese invicem exciperent atque communirent, mutuaque illa colligatione firmissimum veluti murum, nullaque prorsus vi subruendum adversariis objicerent. Quare quod in pulcherrimis, et praeclarissimis celeberrimorum pictorum tabulis fieri consuevit, ut qui easdem obtinere nequaquam possunt, aliquod tamen inde expressum atque deductum exemplum vel aliena manu confectum, vel aereis saltem formis excusum vulgatumque apud se habere velint, quod ipsius archetypi loco contemplentur atque suspiciant: id et de Eusebianis monumentis, Chronographia praesertim, evenisse certum est, quae in alias atque alias linguas conversa ad remotissimas quasque Orientis et Occidentis provincias perlata est. Illam namque saeculo eodem labente quo fuerat ab Eusebio conscripta, nempe Theodosio M. imperante, [3] Latinae linguae hominibus communicavit S. Hieronymus, qui tamen *interpretis, et scriptoris ex parte officio usus*, priorem quidem librum, ut nobis videtur, intactum praetermisit, solumque [4] *Canonem* transtulit: *nonnulla vero, quae sibi intermissa videbantur, adjecit, in Romana maxime historia*. Eamdemque saeculo ab Auctoris obitu vix elapso, in Haicanam linguam conversam accepit Armenia: ita tamen conversam, ut Graeco archetypo Armenium exemplum adammussim responderet. Subsecutis deinde temporibus, quanti semper ab eruditis habita fuerit, vel id maximi argumenti loco esse potest, quod nemo fere apud Graecos aut Latinos aut Armenios in Chronologicis et Historicis disciplinis cum laude aliqua versatus est, qui non temporum seriem atque ordinem ad Eusebianam Chrono-

1 Hieron. de Viris illustr. num. LXXXI. tum Epist. LXX. *ad Magnum*.
2 Vide Oudin. et Cave loc. cit.
3 Vide Hieron. praefat. in Chron. Canonem Euseb.
4 Hieron. loc. cit.

logiam prorsus exegerit. Hinc et Beda, et Sigibertus, et Ado Viennensis, Cassiodorus quoque et Orosius, et Latini fere omnes post Hieronymum, non alium in Chronologia ducem, nisi Eusebium secuti sunt: quemadmodum et ex Armeniis Moyses Chorenensis, Stephanus Asolicus, sive Asolnik Taronensis, Thomas Arzerunius, Samuel Aniensis; et ex Graecis Georgii duo, Syncellus et Cedrenus, Auctor Chronici Alexandrini, Zonaras monachus, Nicephorus Patriarcha CP. aliique, quod ex decerptis hinc inde ex Eusebiano opere laciniis, eorumque operibus insertis videre est. Quare quod de elegantissimo quodam Polycleti signo tradit Plinius [1], illud nempe κανόνα ab artificibus appellari consuevisse, *eo quod artis lineamenta ex eo peterent, veluti ex lege quadam*: idipsum et de *Chronico* Eusebii *canone* tamquam de epitome anterioris partis Chronologico-historicae dici posse videtur: jure scilicet hoc nomen illi operi inditum fuisse, quod veluti normam quandam ac exemplar intuerentur atque suspicerent, quicumque disciplinas Chronographicas amplecterentur.

IV. Ecquis tamen existimarit Graecum praeclarissimi hujus operis textum, qui magni thesauri loco habendus erat, processu temporis periisse, ita ut vix illius fama aliqua apud Graecos ipsos extaret? Nisi enim in aliis operibus (siquidem *infinita* paene *volumina* edidit [2] vir laboris patientissimus) nisi, inquam, alibi *Chronici* sui Eusebius identidem [3] meminisset, nisi denique lacinias quasdam hinc inde avulsas Chronicis suis Georgius Syncellus, aliique Graeci chronographi adsuissent, omnis prorsus ipsius memoria jamdiu apud Graecos intercidisset. Miserrimum Graeci exemplaris fatum sic dolet Josephus Scaliger in Prolog. *Prior liber integer desideratur, qui censuales, ut cum Tertulliano loquar, omnium vetustissimarum nationum, et regnorum continebat: posterior, quem* Κανόνα *auctor inscripsit, integer quidem superest, sed est tantum quasi index quidam et summarium superioris*. Deinde S. Hieronymi merita commemorans, *Certe* inquit, *ut alia taceam, ejus beneficii est, quod hodie hoc praestantissimo Eusebii opere fruimur: quod quidem, si ille non vertisset, vix vel nomen ipsius apud nos superesset; cum jamdudum Graeci, a quibus profectum est, paene memoriam illius perdiderint*. Nec aliter sentiunt et alii post Scaligerum [4]. Et profecto licet elapso saeculo viri eruditissimi ac antiquitatis studiosissimi universas fere Europae bibliothecas excusserint, nullibi tamen Graecum Eusebiani Chronici exemplar inventum est: ita ut ipsius aliquando reperiendi aut spes nulla prorsus, aut exigua admodum superesse videatur. Nec Hieronymiana versio, licet praeclarissimi operis desiderium aliqua ex parte levare dicenda sit, huic tamen incommodo mederi omnino potest: cum alteram tantum ejusdem partem exhibeat, eamdemque crebris sanctissimi presbyteri additionibus interpolatam; ita ut nemo fere, quid ab ipsomet Eusebio, quid ab Hieronymo profectum sit, possit divinare. Adde illam ab antiquariis et exscriptoribus ita male habitam, imo corruptam, ut difficillimum sit duos codices reperire, qui in omnibus inter se conveniant, praesertim in annorum et temporum notis; in quibus quam facilis ac frequens scriptorum lapsus esse soleat, norunt quicumque in antiquis codicibus evolvendis aliquam industriam collocarunt. *Quam male*, inquit Scaliger, [5] *acceptus sit, qua a correctoribus, qua ab antiquariis, innumerabilium codicum portentosa varietas, et discrepantia ostendit. Nullus enim liber tot mendorum monstris deformatus, tot vitiis obrutus, tam prodigiose contaminatus in manus nostras devenit, quam sunt illi codices hujus Chronici tam editi, quam scripti*. Quod cum Spittlerus [6] animadverteret, suspicatus est, perperam ille quidem, haud tamen inepte, *ea quae interpres Hieronymus memoriae prodidit, quorumve reliquiae ab aliis auctoribus sunt servatae, forte epitomen tantum operis pretiosissimi spectare, vel fragmentum esse injuria temporis ita mutilatum, ut non modo caput truncatum, sed in ipso etiam corpore plura avulsa, distorta, lacerata videantur*. Quare nisi omnia me ludunt, tantum abest ut

1 Hist. Natur. l. XXXIV. c. VIII.

2 Vide Hieron. de script. Eccl. n. LXXXI.

3 Vide Hist. Eccl. lib. 1. in prolog. Praep. Evang. lib. X. cap. XI.

4 Jo: Alb: Fabricius, Bibl. Graec. volum. VI. Lib. V. c. 4. pag. 35. „ *Chronicon*, sive Παντοδαπὴ ἱστορία, *de cunctis temporibus Historia*, ut titulus operis Latine transfertur in epistola Augustini 35. ex quo loco etiam constat non ubique obvios jam tum fuisse Chronici Eusebiani codices. In libros duos divisum fuit ab auctore, quorum priorem inscripsit Χρονογραφίαν, posteriorem Χρονικὸν Κανόνα. Atque hanc *Epitomen* vocat Hieronymus. In priore ex Manethone, Apollodoro, Phlegonte, Josepho, Africano aliisque origines et successiones resque memorabiles variarum gentium ab orbe condito per varia capita persecutus est: in posteriore omnia fere una ad annos suos relata digessit ab anno vocationis Abrahami, h. e. ante Christum 2017. ad vicennalia usque Constantini magni A. C. 325.... Graecum opus Eusebii intercidit, praeter fragmenta et lacinias quas recensiores Chronologi servarunt, Syncellus inprimis, et Cedrenus, Chronicique Alexandrini sive Paschalis scriptor, ne de aliis jam dicam: nam ut vere Josephus Scaliger, *qui post Eusebium scripserunt, omne scriptum de temporibus aridum esse censuerunt, quod non hujus fontibus irrigatum esset*. Ex illis Graeca ut potuit collegit edidituque et illustravit doctissimis notis idem Scaliger, sed non modum Syncelli et Chronici Alex. tum temporis nondum editorum apographis parum emendatis usus est, sed etiam varia ad Eusebium retulit, quae parum credibile est ab illo scripta fuisse. Latine vertit, et Vincentio cuidam ac Gallieno inscripsit Hieronymus, ita ut hinc inde ex Latinis praecipue scriptoribus quaedam adderet, alia omitteret, ac deinde Chronicon ad A. C. 378. Valente sextum, et Valentiniano secundum Coss. continuaret. Codices Latini Chronici Eusebiani, oscitantia librariorum mire inter se variant, et saepius nec inter se, nec cum historia facile possunt conciliari “.

Martinus Hankius in 1. Parte de Script. Byzant. Cap. 1. num. 196. „ *Hoc Chronicon sicut ab Eusebio scriptum est, Graece non amplius exstat, certe nondum in lucem prodiit* “. Du-Pin 1. Parte Tom. II. suae bibliothecae pag. 10. quamvis gratis supponat utramque Chronicorum partem abs Hieronymo interpretatam fuisse, prioris tamen interpretationem non exstare hodie sincere fatetur. Vide et Cave. Oudin etc.

Vallarsius vero qui nullam novit anteriorem partem, de posteriore sola, sc. Canone, sic testatur in Praef. Chron. Euseb. pag. 3. „ Accedit quod Graeco jam deperdito textu, etsi non verbis plane ipsis Eusebii, ratione certe quidem illa, qua cum certis quibusdam annis gesta componebantur, nosse nunc eadem probe, uni acceptum referimus Sancti Interpretis industriae, ejus divini propemodum beneficii est “ etc.

5 Loc. cit. in Prolog.

6 Hist. Crit. Chron. Euseb. p. 41.

Hieronymianum Chronicon, quale nunc in editis libris, et Mss. legitur, Eusebiani textus vices sufficere possit, ut ne ipsam quidem Hieronymianam interpolationem, qualis ab Hieronymo profecta est, puram, atque sinceram exhibeat: adeo in eo omnia exscriptorum sive audacia, sive incogitantia permixta sunt, atque perturbata.

v. Quae cum ita se habeant, jam de Eusebii Chronico actum atque conclamatum videri poterat, nisi inde repente illi lux affulsisset, unde nemo profecto orituram suspicabatur. Siquidem elapso saeculo cum Jacobus quidam Rhedestonius Doctor, et Hierosolymitani Armeniorum Patriarchae Vicarius in urbe sancta versaretur, ac Armeniacarum antiquitatum reliquias curiose perscrutaretur, venerandae vetustatis codicem reperit, qui integrum Eusebii opus in Haicanam linguam jampridem conversum continebat; quem cum ille processu temporis Constantinopolin detulisset, tandem in Bibliothecam Patriarchalis Armeniorum Seminarii regiae illius urbis conditus est. Porro cum illius codicis notitia ad nos pervenisset, ejusdemque exscribendi, ac diligenter explorandi copia nobis esset facta; vix animadvertimus, quanti pretiosissimum hoc Christianae antiquitatis χειμήλιον faciendum esse, de ipso statim in Latinam Linguam vertendo, edendoque cogitavimus. Itaque translationi illico manus admovimus: neque enim ingratum eruditis omnibus futurum existimavimus, si Eusebius, qui apud Armenios per tot saecula delituerat, veluti in Monumento potius honorifice conditus, quam statua caduca honoratus [1], ipsorum votis atque conspectibus redivivus redderetur. Verum quoniam in hac tanta criticae artis luce, qualis hac nostra aetate fere obtinet, in hac etiam tam difficili (absit verbo invidia) Criticorum morositate, non satis est ex vetustis codicibus opus aliquod antiqui scriptoris educere, ut ipsum statim pro germano ejusdem scriptoris foetu habeatur; sed ipsius operis αὐθεντία adversus malignas nonnullorum suspiciones asserenda est, qui dum se malis artibus decipi posse reformidant, alios, atque adeo semetipsos nimis acuta subtilitate decipiunt; liceat nobis nonnulla praefari, ut omni scrupulo atque dubitatione sublata, ipsissimum Eusebii opus, jamdiu eruditorum votis expetitum, tenere se certo sciat litteraria respublica, versionemque Haicanam, quam modo exhibemus, Eusebiani Archetypi loco habendam esse. Itaque agemus primum de opere ipso, ejusque αὐθεντία; deinde de Armena versione ejusque antiquitate et praestantia; tum de codice etiam, unde editio haec deducta est. Dicemus et de ipsa hac nostra Eusebii editione, et qua fide tum in Armenio textu in Latinum vertendo, tum in ipso repraesentando versati simus: demum et de iis etiam addemus nonnulla, qui Chronico illustrando ante nos insudarunt; uti his omnibus quasi praesidiis munitus, ad ipsam Eusebianam Chronographiam alacrior atque paratior lector accedat.

§. I.

Opus quod edimus, integrum esse, ac genuinum Eusebii librum τῆς Χρονογραφίας, *hactenus ab eruditis desideratum, breviter ostenditur.*

1. Utrum Eusebio Pamphilo, quos modo in lucem edimus, Chronographici libri tribuendi sint, nec ne: ac utrum illud ipsum opus exhibeant, quod Eusebius a se elaboratum atque editum identidem commemoravit, nemo certe in dubium revocaverit, qui sciat id perpetua Armeniorum traditione constare, qui illos continenter Eusebio adscripsere, neque ullum unquam ex illis testimonium protulere, quin ipsum ex genuino Eusebii opere deductum esse arbitrarentur. Porro hoc argumenti genere nullum in hujusmodi quaestionibus, teste sancto Augustino, [2] aut firmius aut evidentius afferri posest: ita ut absurdum omnino sit de ejus operis αὐθεντία dubitare, quod integra natio, eademque nec exigua admodum neque inculta certo cuidam auctori perpetuo tribuit. *Platonis*, inquit s. Doctor, [3] *Aristotelis, Ciceronis, Varronis, aliorumque hujusmodi auctorum libros, unde noverunt homines quod ipsorum sint, nisi eadem temporum sibi succedentium contestatione continua?* Si enim contestationi huic fidem abnuere liceat, jam nullum erit antiquitatis monumentum, quod non iis, quibus tribuitur, auctoribus possit denegari: ac proinde de universa prorsus historia atque eruditione actum erit. Adde codicem nostrum, licet initio nec auctoris nomine, nec inscriptione ulla notatus sit, sed ab ipsis Eusebii verbis ordiatur (quae haud contemnenda vetustatis nota haberi solet), Eusebio tamen in libri cortice inscribi antiqua manu [4], quod leve quamvis indicii genus videri possit, haud tamen est contemnendum. *Nemo siquidem*, ut optime animadvertit in praefatione ad editionem τῶν LXX. Cl. Morinus, *nemo*,

1 Cic. in Philipp. IX. 6. „ *Majores quidem nostri statuas multis decreverunt, sepulcra paucis. Sed statuae intereunt tempestate, vi, vetustate: Sepulcrorum autem sanctitas in ipso solo est, quod nulla vi moveri, neque deleri potest. Atque ut caetera extinguuntur, sic sepulcra fiunt sanctiora vetustate* “.

2 Contra Faust. l. XXXII cap. VI.

3 Ibid.

4 Vide operis pag. I. Tom. I.

cum optimae notae antiquum codicem nactus est, ut adulterinum repudiat, sed auctori quem praefert, statim illum vindicat. Equidem non me latet ubi non jam de ipso opere agitur, sed de versione aliqua sermo sit, nullum argumentum evidentius illo proferri posse, quod ex ipsius cum Archetypo consensione deducitur: verum hujusmodi momentum ne adduci possit, miserabile Eusebiani textus naufragium facit. Praeclare tamen cum Armena translatione actum est, quod Hieronymiana versio adhuc superest, ad quam veluti ad Lydium quemdam lapidem exigatur: cui quidem cum apprime respondeat, omnis prorsus dubitatio sublata esse dicenda est. Versionem inquam, non interpolationem: nam quae de suo Hieronymus addidit, ea quidem in Haicana lectione nequaquam extant, quod profecto haud exiguum ejus fidei et integritatis argumentum haberi debet. Hoc vero ex allatis etiam a Syncello aliisque Eusebiani operis fragmentis deprehendi potest, quae omnia, ut suis locis adnotabimus, fideliter exhibet, eaque ita diligenter in Haicanum translata, ut quot illa sunt, tot fere fidei illius testimonia proferri videantur. Quod in iis praesertim apparet, quae Syncellus non obiter, et ad sensum, sed *πρὸς λέξιν*, *ad verbum* adducit: ea enim interpres noster totidem fere vocibus repraesentat. Atque ita certum est opus hoc nostrum Eusebii Chronographiam integram incorruptamque exhibere; ut si quaeras quid ex ipso acceperit Hieronymus, quid ipse addiderit, si auctorum loca nonnulla expendere volueris, ubi Eusebianum aliquid latere viri docti suspicantur, quod posteriores scriptores in aliam significationem distraxerint, si denique quid Syncellus aliique ex Eusebio *κατὰ λέξιν*, quid ad sensum citaverint, ea omnia ad hoc, quod edimus, opus tuto exigere possis, ac de iisdem certissime judicare. Quid ni? cum nemo de alieno opere tam prudenter decernere possit, quam auctor de suo.

II. Unum est quod scrupulum aliquem injicere possit; Eusebii nempe Chronicon apud Hieronymum uno tantum libro contineri: Haicanam vero versionem duplici parte constare, quarum prior in Hieronymiana versione omnino desideretur. Quod tamen tanti non est, ut quemquem movere debeat. Nam Hieronymi versionem mancam esse ac priore sui parte destitutam, sive illam haud verterit s. Doctor, sive versa intercideriit, ex ipso Eusebii opere, prout ab ipso Hieronymo exhibetur deprehendi potest. Siquidem ita in praefationis limine apud s. Hieronymum habet Eusebius. *In priori libello, quasi quamdam materiam futuro operi omnium mihi regum tempora praenotavi, Chaldaeorum, Assyriorum, Medorum, Persarum, Lydorum, Hebraeorum, Aegyptiorum, Atheniensium, Argivorum, Sicyoniorum, Lacedaemoniorum, Corinthiorum, Thessalorum, Macedonum, Latinorum, qui postea Romani nuncupati sunt: In praesenti autem stilo* (forte *stylo*) *eadem tempora contra se invicem ponens, et singularum gentium annos dinumerans, ut quid cuique coaetaneum fuit, ita curioso ordine coaptavi*. Haec Eusebius; quae verba ne inter Hieronymiana additamenta habeantur facit Georgii Syncelli auctoritas, qui ita illa ex Graeco Eusebii codice exhibet: [1] *ἐν μὲν τῇ πρὸ τούτης προτάξει ὕλας ἐκπορίζων ἐμαυτῷ, Χρόνων ἀναγραφὰς συνελεξάμην παντοίας, βασιλείας τε (τῶν) Χαλδαίων, Ασσυρίων, Μήδων, Περσῶν, Λυδῶν, Ἑβραίων, Αἰγυπτίων, Ἀθηναίων, Αργείων, Σικυωνίων, Λακεδαιμονίων, Κορινθίων, Θετταλῶν, Μακεδονίων, Λατίνων, οἷς ὕστερον γέγονεν ἐπίκλην ὄνομα Ῥωμαῖοι, ὁμοῦ γίνονται ιέ. Ἐν δὲ τῷ παρόντι ἐπὶ τὸ αὐτὸ τοὺς χρόνους συναγαγὼν, καὶ ἀντιπαραθεὶς ἐκ παραλλήλου τῶν παρ' ἑκάστῳ ἔθνει τῶν ἐτῶν ἀριθμὸν, Χρονικοῦ Κανόνος σύνταξιν ἐποιησάμην*. Constat igitur ex ipso Eusebio, *Canoni* illi, qui ex Hieronymi versione editus extat, priorem partem deesse, quae singularum gentium historias singillatim ac breviter exhibeat, quaeque *παντοίας χρόνων ἀναγραφὰς*, h. e. *universas temporum descriptiones*, complectatur, quasi *ὕλας materias* conficiendo deinde aptandoque *Chronico Canoni* pernecessarias. Atqui hoc illud ipsum est, quod parte operis prima in nostro codice continetur: quo fit ut secunda operis pars ab Hieronymo in Latinum conversa priori huic fidem faciat, illamque pro legitimo Eusebii foetu accipiendam esse demonstret. Quantum autem illud est, quod quemadmodum secunda pars prioris meminit, ita et prior etiam posteriorem promittit! sic enim habet: [2] *ponam in primis Chaldaeorum chronographiam, deinde Assyriorum* etc.... (usque ad Romanos. et subdit.) *Atque demum materias de his cunctis mihi recolligens, ad Chronicum temporum Canonem* (ad verb. *Canones*) *me convertam:* tum paucis interjectis, *sed illius secundi postea elaboratio accedat: interim vero in proximo sermone agedum quam Chaldaei de suis majoribus referunt, chronographiam perspiciamus*. Porro quid hoc testimonio ad asserendam totius operis *αὐθεντίαν* evidentius? quid opportunius? nonne inde constat omnia sibi invicem connexa esse atque copulata, et priorem quidem partem alteri pertractandae illustrandaeque quasi viam aperire: posteriorem vero ita a priori pendere, ut si illa careat, manca omnino atque imperfecta videatur? haec vero quid nisi unum eundemque utriusque auctorem produnt: Eusebium scilicet, cui Chronologi-

1 Edit. Paris. pag. 66. Venet. pag. 52.

2 Vide pag. 7 = 9. [*] *Եպա՛ ես զիդ զքաղդէացւոցն ժամանակագրու- թիւնն· ապա զասորեստանեայցն .... և ներգոն ՚ի նոցանէ ամենից ցաւոց ժողովեալ անձին՝ ՚ի քրոնիկոն ժամանակական կանոնան փոխե-*

ցայց ... Աայլ այնմ երկրորդում առ յառաջ գրեալ լիցի: Բայց առ այժմ ՚ի մեսուրս ձառիս ճն առ այսր տեսցուք զառ ՚ի քաղդեացւոց զիւրեանց նախնեաց պատմեալ զժամանակագրութիւն ||.

cum Canonem cum hactenus nemo unus denegaverit, profecto et praemissus Canoni Liber adscribendus est. Mitto fragmenta ex hac ipsa priori parte deducta, quae a Syncello aliisque Eusebii nomine proferuntur: neque enim in re tam aperta ulterius laborandum.

§. II.

De Armeniacae Eusebiani Chronici Versionis Antiquitate et Auctoritate.

1. Jam vero operis ἀνάβασις constituta, de ipsa Armeniaca translatione dicendum, statuenda ejus aetas, asserenda fides, auctoritas confirmanda. Nam ad ejus auctorem quod attinet, quisnam ille demum fuerit, haud potuisse nos, ne conjiciendo quidem divinare ingenue fatemur. Ut itaque a versionis ipsius antiquitate exordiamur, illam saeculo Ecclesiae quinto concinnatam nullo modo est dubitandum. Siquidem constans est apud Armenios, et multorum scriptorum suffragio comprobata traditio, praeclarissima quaeque Graecorum Patrum monumenta in Haicanam linguam per ea tempora fuisse conversa. Cum enim Christi anno CCCCVI. s. Mastosius, sive Mesropes singulari Dei beneficio Armenici Alphabeti elementa reperisset, suaeque genti tradidisset, mirum profecto dictu est qua cura atque aemulatione universi fere Armeniae eruditi viri una cum universorum magistro s. Isaaco Patriarcha in antiquorum scriptorum libros vertendos incubuerint, ita ut initio ducto a versione Sacrarum Litterarum, quas e Graeca LXX. Interpretum translatione deduxere, ultra sexcenta veterum scriptorum volumina ante annum CCCCL. hoc est XLIV. annorum spatio in Haicanam linguam translata sint. Id vero adnitentibus praesertim et quos modo laudavimus, s. Mesrope Doctore, et s. Isaaco Patriarcha, qui ab anno CCCXC. ad annum CCCCXXXIX universae Armeniorum ecclesiae praefuit, factum fuisse, tradunt historici; quos inter Coriun ejusdem aetatis scriptor longe eruditissimus [1] in vita s. Mesropis se quoque inter eos fuisse tradit, qui huic interpretationi vacarent; quem secutus Moyses Chorenensis [2] Armenio-

1 Կորիւն 'ի վարս սրբոյն Մեսրոպայ. " Եւ բազում շնորհագիր մա- տեանս գՀարցն եկեղեցւոյ առացեալ՝ Ծովացուցանէր գվարդապետու- թեանն խորութիւն, և լցեալ զերկրյր ամենայն բարութեամբք ||: Եւ դարձեալ. " Ցետ այնորիկ ուր եգեալ երկոցունց երանելեացն ընդ- բնաց ազգին զգալուխիւնն առաւել յարգել և գնբացուցանել՝ ձեռն 'ի գործ արկանէր 'ի Թարգմանել և 'ի գրել մեծն Խաչակ ըստ յաաշագոյն սովորութեանն: Որոց գաւեալ զեպ լինէր երթալ երկուս յաշակերտացն յունարկէ 'ի կոստանս ասորոց 'ի քաղաքն եգե- սացւոց, զՅովսէփ, զոր 'ի վերոյն յիշեցաք, և երիցորդն Էզնիկ ա- նուն՝ յոյլատարուեան գաւառէն 'ի կողբ գեղջ. զի յատարկան բար- բառոյն՝ զնոցին Հարցն սրբոց վաւանդութիւնս, Հայերէն գրեալս գտ- նուցեն: Իսկ Թարգմանչացն Հասեալ ուր առաքեցանն, և կատարեալ զհրամանն, և առ պատուական Հարսն առաքեալ՝ անցեալ գնացին 'ի կոստանս յունաց. ուր և ուսեալք և անկեկացեալք, Թարգմանիչս կարգէին ըստ հելլենական լեզուին: Ապա յետ ժամանակի ինչ ընդ- միջ անցելոյ՝ գեպ լինէր ամանդ եղբարց 'ի հայասատան աշխարհէս գի- մել իմալել 'ի կոստանս յունաց, որ և Ղևոնդէս առաքինոյն անուն էր. և երիցորդն Կոչնաս. և մատուցեալ յարքին Հելլենիկն, իրրև առ ըն- տանեզգին անդամիկ՝ 'ի կատարեալ ընդունելութիւն. և անդ միաբա- նութեամբ հոգեւոր պիտոյիցն զինգիր վճարեին: Որոյ յետ այնորիկ հատատուն օրինակք ընծատուր գրոցն, և բազում շնորհագիր հարց յետ այնր ատենադութեամբք, և հրիկական և երեսատական կանոնք գային՝ երեկոյ աչխարհին Հայոց. և առաջի գնային հարցն զրերեալ կատարեան եկեղեցւոյ սրբոյ, Իսկ երանելոյն Սահակայ զեկեղ- ցական գրոց գուսարութիւնն՝ կանխաւ յունական բարբառոյն 'ի Հայերէն գարձուցեալ, և բազում ևս գՀայրապետաց սրբոց գնմանատութիւնն: Դարձեալ յետ այնորիկ առեալ հանգերձ եգեալ կաւ գյաաշագոյն գյանկարծագիւտ գիւտիթանակի գԹարգմանու- թիւնս՝ հատուածիր ՀՀմարիս օրինակք բերեալ. և չատ եւս սիկնու- թիւն գրոց Թարգմանչին. և այնպես զամենայն ժամանակս իւրեանց յընթերցուածս գրոց ծանչին Հարցն՝ գաթ. և գդիեր. և նախմր ծագ- կեալք և չահագեալք՝ օրինակ բարեաց ուսուսիասիր առընթերս կոչել լինէին ||:

Coriun in vita S. Mesropis. » Atque multis Ecclesiae Patrum gratiosissimis Syngraphis adeptis, vastissimi maris instar, extendebat profundam doctrinam, et cunctorum bonorum plenitudine explebat [a]. Paucis autem interjectis, sic prosequitur. » Postinde quùm ambo beatissimi viri (S. Isaacus Patriarcha, et S. Mastosius, seu Mesropes Doctor) diligentiam haberi voluissent, ut propriam nationem variis doctrinis magis ac magis augerent, expeditamque redderent, manum admovebat magnus Isaacus interpretationi ac scriptioni juxta pristinum morem. Quibus adhaec visum est, ut fratres binos ex discipulis dimitterent in partes Syriae ad urbem Edessam: Josephum antea memoratum, alterum verò Eznicum nominatum, ex regione Araratensi de oppido Colba; ut pote ex Syrorum sermone, ipsorum Ss. Patrum traditiones Armeniaco Idiomate traducentes, scriptis mandarent. Interpretes itaque cum adissent locum destinatum, impletisque mandatis scripta ad venerabiles suos Patres direxissent, ipsi iter fecerunt in partes Graecorum; ubi etiam studiis vacantes, eruditioresque evadentes, Interpretes effecti sunt linguae Hellenicae. Post autem aliquod tempus contigit alios fratres ex Armenia Graeciam versus proficisci: quorum primus Leontius nomine fuit, alter *ego Coriun*. Accedentes itaque adhaerebant Eznico ceu familiarissimo collegae in urbe Constantiniana (sc. Constantinopoleos), et ibi concordia spiritualium opum, optata opera perficiebant. Quique postmodum constantissimis exemplaribus Divinae Scripturae, multisque adhaec gratiosissimis Patrum traditionibus acquisitis, cum Nicaenis Ephesinisque Canonibus reversi, Armeniae apparuerunt, atque obtulerunt Patribus suis Testamenta S. Ecclesiae secum adducta. Beatus ergo Isaacus, qui jam Ecclesiasticorum librorum frequentia examina ex Graeca dialecto in Armenum verterat, sicut et plurima opera ceu Sanctorum Antistitum veram sapientiam, denuo iterum assumptis pristinis versionibus pro tempore properè peractis, cum Eznico recensebat ad normam certorum exemplarium adductorum. Qui quidem et plura librorum commentaria interpretabantur: atque ita omnia sua tempora in lectionem librorum impendebant Patres die et nocte: atque eo florentes et lucrificantes, pro exemplo bonorum existebant studiosis assistentibus [a].

2 " Ապա եկեալ և առեալ մեսրոպայ և մեծին սահակայ զնոյն ա- շակերտս, զՅովսէփ, և միւս նոսին 'ի կողբ գեղջն՝ որում ա- նուն Էզնիկ կոչեին, առաքեն 'ի միջագետս 'ի քաղաքն եգեսեայ. զի զոր միանգամ գոցի անգ գիրք ասացեալ նոցին սրբոց Հարցն առաք- նոց, Թարգմանեալ 'ի մեր լեզուս՝ բերցեն փութով. զի յետ այնր 'ի բերգնդիան առաքեսցին 'ի նոյն գործ... Եղեն ընդ նոյն չուեալ գնացին 'ի բերգնդիան, նախանձուր բարեաց եգեալ ուսանեց, և քաջ վարժեալ հելլէն գպրութեամբ՝ ձեռնարկեցին 'ի Թարգմանել և 'ի գրել: Եւ ընդ նոսա նախանձեալ ընկերաց իւրեանց աշակերտակ- ցաց, որոց անուանքն Ղևոնդ և. Կորիւն կարգալին, յիւրեանց կամաց ելին ևս նոսա 'ի բերգնդիան: Ապա ելանէն անդր Յովհան և Ա- նանիան, զորս կանխագոյն առաքեալ էր մեծին Սահակայ և Մեսրոպայ՝ որոց յուշարբ ուշիորեալ և ծուլաբար գեգերեալք՝ պատապեցան 'ի կեսարիա. որոց ընդունելութիւն ամենեցուն մեծապէս արար մաք- սիմիանոս եպիսկոպոսն բերգնդացւոց ||. խոր. գ. 60: " Զսոսն որոյ ա- ռեալ մեծին սահակայ և մեսրոպայ՝ առաքեցին զմեզ յայգեքսանդրիա՝ 'ի լեզու պատճառել. 'ի սպրդ յօգտանալ ձեռնպահին վերաբանութեան ||. անդ. 61: " Օ՛ի և ես այլ ծերացեալ եմ, և հիւանդոտ, և անպատրաստ 'ի Թարգմանութեանց ||. անդ. 65:

Chorenensis similia repetit. L. III. c. 60. his verbis. » Deinde Mesro-

rum poetarum, et historicorum parens clarissimus, plures ex s. Mesropis discipulis ac sociis recenset, qui non Graecorum modo, sed Syrorum etiam Patrum libris transferendis insudarunt. Itaque haud inepte quaecumque ex Graecis Patribus extant in Armeniam linguam conversa, ea fere omnia ad saeculum Christi quintum referre solent Armeni, imo illud ipsum saeculum, *Interpretum saeculum* ut plurimum solent nuncupare. Huic porro aetati et nostram Eusebianorum Chronicorum translationem adscribendam esse multa prorsus sunt quae suadeant. Nam si quis ipsam praeclari operis dignitatem et praestantiam aliquantisper perpendat, fieri ne potuisse existimabit, ut cum tam multa Ss. Mesropis et Isaaci studio in Haicanam linguam Graecorum Patrum scripta transferrentur, illud prae ceteris intactum relinqueretur, quod erat tum sacrae tum prophanae historiae illustrandae fortasse omnium aptissimum atque opportunissimum? fieri ne potuit, ut Ecclesiasticam Eusebii ipsius historiam Armeniace edendam curarent eruditissimi viri, nihilque interim de Chronographico opere cogitarent, quod tamen in ipso historiae prooemio commemoratum reperissent? Nam de Eusebii Historia in Haicanum saeculo Christi v. translata, praeclarissimum extat Moysis Chorenensis superius memorati testimonium, qui Isaacum Bagratunium magnum principem alloquens, *in proximo*, inquit, [1] *adest testis (et) fidejussor Eusebii Caesariensis historia Ecclesiastica, quam in sermonem Armeniacum transferendam curavit beatus noster Doctor Mastosius. Eam si quaesieris, in Gelarchunia Syniorum provincia invenies* etc. Porro Moyses Chorenensis floruit saeculo quinto: imo Arzerunio teste, integrum saeculum quintum complexus est, ut pote qui ad annos CXX. aetatem produxerit: ita ut nullo modo dubitari possit sub ipso saeculi quinti exordio Historiam illam e Graeco fuisse translatam. Quod si historia, cur non et Chronicum opus? cujus tanta futura erat cum sacrae tum prophanae historiae et antiquitatis studiosis utilitas, ne dicam necessitatem.

II. Verum haec conjecturam minime excedunt. Quanti autem faciendus sincerus ille, nullaque peregrinitatis facce adulteratus Haicanae linguae nitor, qui in hac nostra Eusebii versione maxime elucet? Quemadmodum enim apud Graecos et Latinos est suus cuique aetati scribendi mos atque ingenium, ac unumquodque saeculum suam velati faciem atque indolem in ipsis celeberrimorum auctorum scriptis exhibere solet; ita ut ubi de scriptoris alicujus aetate quaeratur, nihil apud cordatiores criticos magis valere, aut prius perpendi consueverit: ita in Haicana etiam lingua cum varius pro varia temporum ratione loquendi, scribendique mos obtinuerit, certissimum inde argumentum deduci potest, quo de cujusque operis aetate absque ullo errandi periculo statuatur. Porro quid aliud versionis nostrae indoles, nisi quintum Christi saeculum refert, saeculum, inquam, quod vir eruditissimus Joannes Joachim Schroderus [2] *aureum Haicanae linguae saeculum* appellavit? Id sane intelligent qui ejusdem linguae indolem probe assecuti, quantum versionis nostrae incorruptus candor atque elegantia a posteriorum saeculorum squallore distet animadvertent. Adde voces sane multas, partim antiquas, partim antiquatas atque obsoletas quae identidem occurrunt; quas inter nonnullas ostendimus, ut suis locis innuimus, de quarum significatione certi nihil constituere licuit, nisi forte aliquid aliunde subsidii occurrisset, puta aut ex Graecis fragmentis, aut ex Hieronymiana versione: quae quidem ostendunt versionis nostrae aetatem nullo modo ultra saeculum quintum posse produci: ut nihil dicam de communi Armeniorum sententia, quae illi ipsi saeculo tam Eusebianae Historiae, quam Chronographiae translationem tribuere videtur: quae quidem sententia quomodo repudiari possit, prorsus non video.

III. Sed nihil est, quod ita ipsius antiquitatem ostendat, ac Armeniorum scriptorum a quinto Christi saeculo ducta traditio: qui omnes fere vel ex Eusebiano Chronico mutuati aliquid sunt, vel illum saltem laudarunt, cum tamen eorum plurimi Graecae linguae prorsus ignari, quae ex ipso proferebant nonnisi ex Haicana translatione accipere potuissent: praesertim cum non res modo, et sensa, sed ipsa Armeniacae versionis verba fere semper exhibeant. Hujusmodi sunt Samuel Aniensis Presbyter, qui saeculo XII. floruit, quique cum Armenam Chronographiam scribendam suscepisset, ducem sibi praecipuum adscivit Eusebium, [3] ejus-

pes et magnus Isaacus convenere, atque eundem discipulum Josephum, alterumque ex oppido Colbâ, cui nomen erat Eznic, socium ejus, in Mesopotamiam ad urbem Edessam dimisere, ut quaecumque ibi sanctorum antiquorum Patrum scripta reperissent, in nostrum sermonem converterent, atque ocyus reportarent, uti postea ad idem opus iidem Byzantium mitterentur... Illicò Byzantium petere contenderunt, bonarum doctrinarum cupidissime studiosi; et cum litteris Graecis optimè instituti atque eruditi essent, ad convertendos itemque ad conscribendos libros aggressi sunt. Quorum aemuli condiscipuli eorum, qui Leontius, et Goriunus nominabantur, se sua sponte Byzantium contulerunt; quo postea Johannes etiam atque Arzanus pervenere, qui a Magno Isaaco et Mesrope jampridem missi, tardè iter facientes, morasque interponentes, Caesaraeae cunctati fuerant: quos omnes Maximianus Byzantii Episcopus magnifice recepit ». Et ibidem cap. 61. » Eaque de causa Isaacus et Mesropes ad linguam nobilissimam ediscendam nos Alexandriam misere, ad praeclarissimam scientiae Academiam ». Et cap. 65. » Ego enim senex sum, valetudine infirma, et ab interpretationibus parum otiosus ».

1 Lib. I. cap. 9. Verba Chorenensis ita se habent. « Վկայ քեզ ՚ի մեզ երաշխաւորեալ եկեղեցասէր գիրք Եւսեբի կեսարացւոյ · զոր եւս Թարգմանել երանելի վարգապետն մեր Մաշտոց ՚ի հայ լեզու, խնդիր արասցես ՚ի գեղարքունի ՚ի գաւառին սեւնեաց, և գտցես յաւանին հայոնէրգուհեանն, յերկրասահերգ Թուին, զի վկայեն ևՆ ».

2 Thesaur. Linguae Arm. pag. 23. Edit. Amstelodam. anni 1711.

3 « Խրատանչելոյր ՚ի կրօնաւորան (կամ ՚ի սովորարան) և յիմաստասիրս արանց յայգիին խորում գիմանդակապրութիւնս կարգել ձեռնարկաց · առ. որս երեքտասին քան գյոլովս եղև Եւսեբէի երանելի ՚ի մէջ առաջնոցն և վերջնոցն ». Ասմ. յառաջաբ. որպէս և ՚ի կարգի բանիցն · « Աղաչեմք ՚ի ձեռս գրել ՚ի սաղգ մատենից, զսա Եւսեբէոյ ծնեալ Համաքսան Համեան, և Մաւսէսի հայոց վիպագրի ».

» Unusquisque (ait) praeclarorum sapientissimorumque sua quaque

que verba, prout in codice nostro leguntur, exscripsit: Gregorius princeps et militum Magister haud ille quidem inter Clericos cooptatus, sed multiplici tamen eruditione praeclarus saeculo XI. qui in Epistolis multa quidem ex Eusebio nostro in medium producit, ipsius tamen nomine, ut pote in re notissima dissimulato: cujus loca in adnotationibus afferemus: Stephanus Vartabied, sive Doctor Taronensis historiographus, *Asolicus*, etiam, vel *Asolnik* appellatus saec. X. qui cum in operis sui praefatione Eusebii Chronicon non commemorasset modo, sed brevi etiam compendio descripsisset [1], integras deinde ex Eusebio paginas exscribit, suisque commentariis interserit, ita ut saepissime ad Asolicum confugere, tamquam ad alium codicem licuerit, ubi de codicis nostri lectione dubitandum esse videbatur. Porro Asolicum Thomas Arzerunius praecesserat labente saeculo IX. qui cum ex Vaspuracania regione esset, ac ex posteris Sennecherib qui in Armeniam profugerant, Armeniorum Historiam conscripsit, ita tamen ut praecipue de gentis suae Arzerunitae et majorum suorum rebus gestis fusius ageret. Is itaque cum multis aliis in rebus, tum in Assyriorum regum successione, factisque recensendis (siquidem ex Assyriis gentis suae originem repetebat) Eusebii chronicon perpetuo sequitur, ac ejus verba, prout habentur in versione nostra, identidem exscribens, utramque Eusebiani operis partem, sed praesertim canonem, semper prae oculis habuisse haud obscure demonstrat. Hujus etiam scriptoris loca nonnulla adducemus in adnotationibus. Mitto Joannem VI. Catholicum et Armenae historiae scriptorem saeculo IX. nonnulla ex hoc ipso Chronico excerpentem: mitto Zachariam I. itidem Armeniae Catholicum, ad quem Photius CP. Patriarcha medio saeculo IX. litteras dabat, nominatim Eusebii chronicon in homiliis suis commemorantem [2]; et geminos ex ipso saeculo Christi V. testes producens cum tertio Anonymo, rem universam expediam. Sunt autem Lazarus Pharpensis, *Rhetor* appellatus, et Moyses Chorenensis, superius laudatus, cujus historiam antiquis monumentis refertam Latinitate donarunt, typisque ediderunt Whistonii anno MDCCXXXVI. Londini. Et Lazarus quidem ipsum Eusebianae Chronographiae exordium, imo verba ipsa sibi adscivit, suaeque historiae prooemio inseruit. Moyses vero ita ad verbum plurima ejusdem Chronographiae loca expressit, ut nullo modo possit dubitari hanc ipsam, quam modo damus ejusdem versionem prae manibus habuisse. Certe non aliis verbis celeberrimum Abydeni textum de Nabuchodonosor repraesentat, nisi illis ipsis, quae habentur in nostro codice: et ipsum nomen *Megasthenis* Μεγασθένης verbotenus մեծ ծաղօք, *Potentissimus* redditum, eodem prorsus modo legit, quo in nostra versione exhibetur: ut ostendemus loco suo [3]. Quin imo frequenter admodum in Eusebiani Chronici lectione versatum fuisse Chorenensem vel ex eo apparet, quod nonnulli apud illum dicendi modi occurrunt, quos certum est non aliunde accepisse: qualis ille est [4] Ա|կայ քեզ ՚ի մօտոյ երաշխաւորեացդ եկեղեսիաստէ գիրք եւսեբի կեսարացւոյ. *De proximo adest testis fidejussor Eusebii Caesariensis liber Ecclesiasticus:* quae loquendi forma singularis apud Eusebium ipsum haud semel [5] occurrit, ubi Zachariam prophetam in medium producens ait: Ա|կայ ՚ի մօտոյ երաշխաւորէ զաքարիա մարգարէ. *Proxime adest testis fidejussor Zacharias propheta*: vel *testis proximus tamquam sponsor*. Itaque suspicari quis posset ipsius Chorenensis manu versionem hanc nostram adornatam fuisse, cum nemo alius ita familiariter, ut ita dicam, Eusebio usus fuerit: quae conjectura licet haud fortissimo argumento nitatur, non omnino tamen spernenda est. Sed quicquid demum de illa dicendum sit, constat tamen Pharpensem et Chorenensem versionem hanc nostram prae manibus habuisse, ideoque saeculo quinto jam fuisse exaratam, ita ut Graeco Eusebii textu vel amisso, vel in tenebris adhuc delitescente, jure meritoque ipsius loco haberi possit. Tertium autem nominavi Anonymum, eum videlicet scriptorem, qui fuit vel auctor, vel interpres Praefationum in singulos sacrae scripturae libros lectionis Armenae; cujusque modus loquendi una cum Haicanismo perfecto quinto vel sexto ipsum saeculo prodit fuisse. Is ergo (si alius est a Chorenensi, vel a suis collegis) non solum adducit identidem testimonium Chronicorum sub claro nomine ipsius Eusebii, verum etiam verba ipsa repetit Armeniacae interpretationis, maxime cum voce, ut putabatur, mendosa, Հրէից, *Judaeorum*, pro Յուդիթայ, *Judith*, ex serie Canonis, ab anno Abr. 1487. consule adnotationem nostram ad eundem annum in calce Tom. II. Interim satis de antiquitate versionis Chronici apud Armenios.

in natione virorum chronographias contexendas aggressus fuit, quorum in serie insignis prae multis compertus est *Eusebius* beatus, inter superiores, posterioresque ա. Sam. in Prologo. Item in textu: » Praestat assumere et conscribere ex certis codicibus, *juxta Eusebii Canones Chronicos*, et Moysem Armenorum Historiographum «.

1 Ասողիկ ՚ի յառաջաբ. ՚ Ես յառիս և բանիս պատուիրալ բանալ կանքս ... գրական տաբեր պատմագրեցին զանուանս և զժամանակս թագաւորաց, և զամենայն դրծեալսն ՚ի ժամանակին սրժանի յիշել տակի: Որպէս և Նչ-ոէիք Բուսդ ծամանոյց Իշուէիի գումիէոյ, սկսեալ ՚ի մարդն առաջին՝ յորժամ եկ նա սրտապս ՚ի վայրկն վայելչութեան, առաբատանէ ՚ի քաղաքականն կոստանդիանոսի մեծի թագաւորի ||:

Asolik in praefat. » Ita sane et ratione donati Rationales (homines)... litteralibus elementis scripto mandarunt nomina temporaque regum, et omnia acta pro tempore memoria digna. Quemadmodum etiam verus ille Temporum calculator *Eusebius Pamphili* initio facto jaminde a primo homine, postquam exiret foras de loco venustatis, concludit in Vicennali Constantini Magni regis «. Accuratissima quidem Chronicorum Eusebii recensio.

2 Poteram signare vestigium Eusebii apud alios quoque scriptores Armenos a quinto saeculo usque ad decimum etc, sed sufficiunt illi, quos citavimus una cum perpetua traditione totius nationis.

3 P. I. pag. 29. adnot. 4.

4 Lib. I. c. 9.

5 P. I. pag. 90. adnot. 1. et II. pag. 115.

IV. Quod vero ad ipsius versionis praestantiam attinet, quamvis Graeco textu deficiente ad quem exigatur, perpetua quidem ac continens ejusdem cum illo collatio nequeat institui; optime tamen ex fragmentis quae apud Syncellum, aliosque adhuc supersunt, et ex ipsa Hieronymiana versione, quam diligenter atque operose elaborata sit colligi potest. Nam non modo sententiae sententiis, sed saepissime etiam verba verbis apprime respondent: adeo ut ipsa Haicana dictio Hellenismum plerumque sapiat; ita tamen temperatum, ut eruditorum aures minime offendat; imo novitate quadam et suavitate detineat: cum nulla vox aut barbara, aut peregrina, nihil in verborum collocatione asperum, hiulcum, nihil durum, aut fractum occurrat, sed omnia prona sint atque nitida, et linguae nostrae ingenio mirifice accommodata. Quae vero ex Graecae linguae indole posita sunt, ea quidem elegantius et haud communiter dicta videri possunt; non tamen aliunde adscita atque deducta; quae res majestatem nescio quam versioni nostrae atque incredibilem paene suavitatem conciliat. Id vero tum Haicanae linguae ubertati ac felicitati tribuendum, quae in omnes prorsus dicendi modos insuetos etiam et peregrinos facile inflectitur, tum etiam ex quadam ipsius cum Graeca syntaxi similitudine, qua fit, ut licet nec radices ut ajunt, vocum, nec nominum verborumque inflexiones utrinque conveniant, utraque tamen mollis sit atque flexibilis, et quae facile sequatur quocunque ducas: utraque vocum compositionibus gaudeat, utraque libera quadam verborum constructione efferatur. Itaque saepe fit, ut in quibus e Graeco transferendis Latini maxime laborant, ea Armenii majori nescio facilitate, an felicitate convertant: ita ut qui Haicanum legunt, non jam versionem, sed primigenium opus ipsum sibi intueri ac collustrare videantur. Id et nostrae huic Eusebii versioni usuvenisse certum est: accedente praesertim Interpretis, quicumque demum ille fuerit, Haicanae linguae peritia, et aurei illius saeculi, quo exarata fuit, singulari prorsus felicitate.

§. III.

De Eusebii Codice Armeno, unde nostra haec editio deducta est.

I. Codex Armenius, ex quo editio nostra comparata est, quique Hierosolymis advectus, ut diximus, in Bibliotheca Constantinopolitani Armeniorum Seminarii modo asservatur, membranaceus est, atque nitidissimus, charactere satis venusto atque eleganti. Licet autem calligraphi nomen, atque aetas incomperta sint, (siquidem avulsis postremis utriusque partis pagellis, ubi hujusmodi notae ut plurimum apponi solent, nihil de hac re statui potest) sunt tamen nonnulla quae ejusdem antiquitatem commendare videantur. Nam praeterquam quod rotundis litteris exaratus est, quae haud contemnenda vetustatis nota haberi solet, ita detritus est, ut ex ipso atramenti litterarumque identidem evanescentium colore suam ipse per se prodat antiquitatem. Itaque ubi primum ipsum propius inspicere contigit atque contrectare, quod mihi per septennium integrum dum Constantinopoli versarem, ab anno sc. MDCCCII. usque ad MDCCCIX. licuit frequentissime, statim cognovi non ultra Christi saeculum XIII. ejus aetatem esse producendam. Quin imo cum ipsum diligentius adhuc considerassem, litterarumque ductus operosius pensitassem, illum saeculo Christi XII. si non anterius, conscriptum fuisse nullo modo dubitavi. Ut enim in Latinis, ac Graecis codicibus sunt certae quaedam notae, quae uniuscujusque codicis aetatem prodant, quibusque inspectis statim de ipsorum antiquitate constitui potest: ita et in Armenis evenire harum rerum periti optime norunt. Porro conjecturae huic confirmandae accedit sigillum Gregorii Armeniorum Catholici, quod impressum extat in nostro codice ad Olympiaden CLII. quodque nos etiam exhibebimus loco suo. Siquidem sigillum illud aperte ostendit librum hunc Gregorii ipsius aliquando fuisse; ac proinde Gregorio antiquiorem habendum esse: nisi fortasse ipsius jussu conscriptum editumque quis putet: cujus quidem rei suspicionem ea quae modo dicemus vehementer augebunt. Gregorium vero hunc ante saeculum XIII. vixisse facile est demonstrare. Cum enim in Patriarcharum serie, post Beatum illum Armeniae Illuminatorem Gregorium, nullus prorsus occurrat hujus nominis Patriarcha usque ad Gregorium II. *Vegajaser* sive *Martyrophilum*, qui anno Christi MLXV. ad illam dignitatem evectus est: hunc vero secuti sunt Gregorii duo, tertius nempe *Pahlavuni* dictus, et quartus *Dega* vocitatus, uterque S. Niersis Clajensis consanguineus, (anterior enim frater suus erat, posterior vero nepos ex altero fratre,) quorum prior anno Christi MCXIII. alter anno MCLXXIII. est inauguratus, tum anno MCXCIII. Gregorius V. *Kahavez*, anno MCXCV. Gregorius VI. *Abirad*, denique anno MCCXCIII. Gregorius VII. *Anavarzensis*: nec deinde usque ad Christi annum MCCCCXI. Gregorius ullus occurrat, jam constat codicis nostri aetatem inter annum Christi MLXV. qui Gregorii secundi primus, et an-

num MCCCVI. qui Gregorii VII. postremus fuit, esse collocandam. Nam ne ad saeculum XV. referri possit, ipsa prohibet codicis species et forma antiqua: Gregorium vero Illuminatorem codicis possessorem comminisci insanum esset atque delirum. Itaque supersunt tantum Gregorii sex, a secundo nempe ad septimum, quorum alicui illum adscribas: at cuinam potius inter illos, haud pronum est constituere. Si quid tamen conjecturae tribuendum est, Gregorio III. *Pahlavunio* S. Niersis Clajensis fratri germano, ejusdemque in Generali Armeniorum Patriarchatu antecessori illum libenter tribuerem. Facit ut ita sentiam Ecclesiastica Armeniorum historia, quae *Pahlavunium* sacrae eruditioni apprime deditum prodit; ita ut per ea tempora quicumque inter Armenios aliqua litterarum laude floruere, ipso studiorum suorum hortatore atque suasore usi fuerint: facit etiam Samuelis Aniensis presbyteri auctoritas, qui in serie Chronici sui Canonis cum pervenisset ad vestibulum primi anni Patriarchatus Gregorii Pahlavunii; puta ad Aeram Armenam DLXII. Annumque Christi 1113. vel 1115. peculiari modo prosequitur[1] laudem ejusdem Catholici, et honorem habitum coram Romanis, atque ita opus suum claudere se paratum demonstrat: quia tamen poterant novi quoque eventus notatu digni succedere usque ad obitum suum, aut Patriarchae, sic pergit: » *Quandoquidem vero principium annorum* (tuorum) *et successionem in regimine volumus adhuc adsignare, simulatque cum hujusmodi prosperitate caeterae etiam felicitates et gesta laude digna post annos quotidie accessere, propterea impraesentiarum reliquimus aliis de rebus historias, quas, si digni efficiamur, suo loco scribemus: hic autem ista (vel sequentia) notabimus Tibi, qui nobis jussumdator fuisti, et honore nos affecisti*[2] «. Quid his clarius[3] ad demonstrandum Samuelem jussu Pahlavunii Chronica sua elaborasse? quamvis ipse in vivis egerit etiam sub uno vel altero ejus successorum, et adjecerit quaedam usque ad annum quartum Gregorii Dega, quo solita exemplaria Samuelis expliciunt.

II. Pro certo itaque quum habeatur Samuelem hic alloqui Gregorium Pahlavunium, juvat ipsum iterum Samuelem audire, ita magnum illum Antistitem in operis sui exordio alloquentem: *Nos vero*, inquit, [3] *Gregori sanctissime, cum tua nobis jussa quasi in oblivionem quandam infirmitatis ac tenuitatis nostrae induxerint, voluntati tuae obsecuti, quae a nobis expostulasti conscribenda suscipiemus. Itaque S. Spiritus ope suffulti, ea tantum quae verissima videantur sequemur: eademque ex certis auctoribus decerpentes atque contrahentes, veluti quasdam sermonis opes tibi mirifice acceptas, repraesentabimus. Porro inter hujusmodi auctores, duo prae ceteris nobis sequendi sunt: Eusebius scilicet, et Moyses Chorenensis. Ac primum quidem accepto ab Adam dicendi exordio, ad Noe veluti per gradus, ac deinde ad Abraham descendamus. Deinceps vero ad Chronici* (Eusebiani scilicet) *normam virgulis usi, ad nostra usque tempora progrediamur; ac quae supervacua videri possunt, praetermissis, suffectis vero quae utilia et necessaria, votis tuis pro virili respondere conabimur. Qua de re futiles illas Chaldaeorum narrationes, ac barbarorum nominum monstra praetermittemus: quae si quis noscere cupiat, jam praesto adest Eusebii, admirabilis viri illius liber, quo destituti, nec ipsi nos susceptum opus conscribere valeremus.* Haec in prologo Samuel, quae ad calcem prioris libri iterum inculcans, *itaque*, ait, *Te, sanctissime Gregori, impellente, rudis licet atque imperitus operi huic manum admovi .... Divi Eusebii historias pulcherrimas exposui, ac fere exscripsi* etc. Itaque ex his constat Samuelem opus illud suum *Pahlavunii* jussu elaborasse, et Eusebiani Chronici exemplum prae oculis habuisse, quod in universa fere illa lucubratione sequeretur. Quid si exemplum illud ipsius *Pahlavunii* jussu conscriptum, et ad praestantissimos quosque codices exactum, emendatumque ab ipso *Pahlavunio* accepit Samuel? quid si codici illi sigillum suum *Pahlavunius* apponi voluit, integritatis veluti vadem ac testem? quid denique si codex quo usus est Samuel idem ille est, ex quo nunc post VI. integra saecula et quod excurrit, iterum in lucem prodit Eusebii Chronographia? Idem fere dixerim de exemplari, quod se usurpasse testatur S. Nierses Lambronensis (ex fratris filia nepos D. Gregorii Pahlavunii Niersisque Clajensis) bibliothecae Patriarchalis frequens ventilator, in Comment. Libri Sapientiae, ubi ad illa verba c. XIV. v. 15. » Acerbo enim luctu dolens pater, cito sibi rapti filii fecit imaginem « etc. sic habet: *Quum pervenissem*

1 Այս. 'ի Թուին Հայոց · չիբ · * Բայց վասն զի զսկիզբն ամաց, և զաւարտիլ առաջնորդութեան կամիմք տակաւին նշանակել, և ոչսոկիս յաջողութեամբվք և այլ բարեխառնութեիւնք և գործք գործելիք (այլ ձ· գովելիք) զկնի ամաց օրըստօրէ յառնելոյ (կամ յառնլօս), այնր ազգաս առանձինր Թողաք զսյլոցն զպատմութիւնս· զորս եթէ տր_ ժանի լինիմք, յկուրտ առնելոյն գրելոցդ· և առանձինր զայսոսիկ ծա_ նուցցուք Աներոյ Հրամանառուիդ և Պատուասիրիդ ||։

2 Mirari satis non possum, quare haec Samuelis perioche perne cessaria suppressa sit in edit. Mediol. his diebus a nobis visa, quum in quatuor nostris codicibus constanter habeatur.

3 * Իսկ իմ մեռացեալ զգիտութիւն և զանու սուիութիւն իմ՝ 'ի Թախանձելոյ քո սրբազգեացդ Գրիգոր, յայնմեցայ 'ի սիրոյ կամացդ ձերոյ՝ առ 'ի գրել զոր կամիցաք ։ Եւ այժմ օժանդակեալ 'ի հոգւոյն սրբոյ՝ ժողովեցից 'ի սոցանէ կարճ 'ի կարճոյ զախտժակս ձեր զրանից հանգէս, միայն զՆշանաւորութեանն գնալով հետս · և 'ի յորվիցն առա_ ւել զերկարամտիցս Թեւակոխելացուք, ձեռնառու ունելով զտուա՝ զԱրարչն ասեմ, և զմեզեռնատորենացն ։ Եւ նախ յագամայ սկսեալ՝ կատարեացուք 'ի նոյ, և անտի մինչև յաբրահամ։ Եւ ապա քան զԲրահիմեան՝ գառաջ զանաք զբանեացուք 'ի ներկայս, զառելորդան Թողուվ, և զկոնեսորան 'ի ներքս մուծանելով· Թեւեա հասանիցես փոփոխելոյն ։ Աւրդ առելորդ վարկաք ասելով զանվառեր պատմութիւնս քաղդեացւոց և զգժական անուանակոչութիւնան· յորս եթէ ոք կարօտասցի, ա՝ յնոյն գտցէ ասէն ընծեր զարհանալոյն Եւսեբիոյ· առանձ ոչոյ և ու գե Իշտասցուս գրել ||։ Այսուհետ երկոց 'ի յառաջասան ։ Որ և 'ի վերջասանութեան առաքելոյ մասին ասէ · * Աւրդ սվ սրբազգեաց տէր իմ Գրիգոր, հարկեցոյ 'ի Թախանձելոյ ձեր զնգնելի անձն իմ, հնուս զանարհնաս ձեռն իմ 'ի մշակութիւն այսր գործոյ · · · Աբրահամեան զաներնագնեցիկ ծնունդ բնաւ Եւսեբիոյ զպատմութիւնս՝ կրկին գրելով ||· եէ ։

in praesentem textum, in manus accepi Chronicon temporum Canonem Eusebii, et minutim explorans praefixos reges virgulasque temporum, haud repertam probavi hujus rei memoriam, quod nempe ex tali casu idololatriae initium fuerit: nos tamen fidem praestamus narrationi Sapientis [1]. Quid de conjecturis hisce nostris statuendum sit, viderint Eruditi.

§. IV.

Qua fide et diligentia in Armena versione repraesentanda, ac illustranda versati simus.

1. Tantum, igitur nactus, ac tam singulare antiquitatis monumentum, cum jam neque de operis αὐθεντία, neque de versionis fide et vetustate, neque de codicis antiquitate et praestantia dubitare possem; ac proinde de eodem in Latinum transferendo, ac eruditis viris communicando consilium coepissem, ea statim animum subiit cogitatio, duo esse quae in antiquorum operibus evulgandis maxime requiri solerent, fidem scilicet, et eruditionem: illam quidem ut liber ita se in publicum efferat, qualis omnino in Mss. Codd. reperitur: hanc vero ut novum opus, suaque ipsa novitate ut plurimum obscurum atque impeditum non hominum tantum eruditissimorum commodo cedat, sed, si qui non ita exculti sunt, atque exercitati, ut omnia per se cognoscere possint, iis etiam alicui utilitati, atque usibus esse possit. Et ad eruditionem quod attinet, nihil dicam. Neque is enim sum, qui magna de me audeam polliceri; cum me praesertim haud lateat veterum scripta illustrare quam sit operosum, ea praesertim quae ad temporum doctrinam et supputationes referuntur. Itaque imperitiae meae probe conscius libenter hanc Spartam aliis adornandam reliquissem, nisi ea lingua exaratum opus fuisset, quae cum paucis admodum, imo fere nulli inter eruditos nota sit, a nobis tamen, ita ferente Coenobii nostri institutione, ac pro ea quae est omnium gentium in patrias antiquitates charitas atque amor, assiduo labore excoli solet. Jussu igitur Reverendissimi Patris D. Stephani Melchioris tunc temporis Abbatis nostri Generalis operi manum admovi, in id maxime incumbens, ut quantum eruditioni decederet, tantum accederet fidei et diligentiae: nec ulli aut labori, aut industriae, aut sumptui parcendum existimavimus, quo codex ille auro contra aestimandus, qualis ab antiquo amanuensi prodierat, talis in eruditorum hominum manus perveniret. Id vero qua ratione assecuti fuerimus, breviter habe.

2. Cum anno MDCCLXXXVII. Georgius quidam Lector, Joannis Palatensis Constantinopolitani filius, vir inter Armenios eruditissimus pretiosissimi codicis nuper Constantinopolim advecti notitiam per litteras nobis communicasset, rescripsimus statim viro doctissimo, gratissimum nobis futurum, si codicis illius exemplar suamet ipsius manu quam emendatissime descriptum nobis Venetias transmitteret. Aderat tunc temporis Constantinopoli R. P. Lucas Ingigi Coenobii nostri Monachus Georgio familiarissimus: siquidem illos non tam paternae amicitiae recordatio, quam singularis in litteras amor copulaverat. Huic itaque Venetias revertenti anno MDCCXC. libri exemplar a se descriptum nobis tradendum commendavit: quod cum accepissem, et cum Eusebiano Chronico ab Scaligero edito contulissem, statim mihi suspicio quaedam oborta est, exemplum nobis transmissum haud omnino antiquo illi codici respondere. Licet enim in multis a Scaligeri lectione discederet, consentiebat tamen in nonnullis; quae quoniam ab Eusebio ipso profecta esse non poterant, haud exiguam mihi interpolationis suspicionem injiciebant. Nam et voces quaedam margini erant adscriptae, quae utrum in autographo extarent, an ab exscriptore eruditionis gratia additae essent, non liquebat: et literae quaedam aderant, quibus aliae voces erant insertae; et deletae nonnunquam numerales notae, aliaeque suffectae; et priori lectione nonnunquam servata, aliae superius inter versus adjectae, et id genus alia; [2] quibus profecto fiebat ut anceps prorsus haererem, nec quid de re universa esset statuendum, intelligerem. Porro dubitationem magnopere augebant Sicyoniorum regum *Marathonii*, *Marathi*, et *Chyrei*, vel *Echyrei* nomina,

1 Լամբրոնացի. մեկն. խնամս. գլ. ԺԲ. ԺԳ. ՚ի բանն. * Ջի տա- բաժամ ագամ Թոմասեանց Հայր. վարամեանի Քնիկըդ որգուդ խրդդ ադաք պատկիր || եև, ասէ.

* Ելիաս ՚ի բան յայս՝ ՚ի յետս առի գերբանիկն քահանայ խոնն եսե- բեայ, և համրատին եղեալ նախադիտեալ քաղաքացն և գաւազանաց քահանայ, ոչ գիտա այսմ իրի յետագային՝ ըն համագաւոնին յայսմ իրի սկիզբնաւորեալս. այլ ՚ի պարտութիւն խմասիրեալս հասարակ || . և այլն :

2 Ut, ubi primum erat *mare*, rescriptum videbatur *Thraces:* et ubi *ira*, postea *Ceraunus:* sicut et pro *Tityis*, *Tyriis:* pro *Cechous*, *et Secandus Chous:* pro *Ophratanes*, *Epacheres*, *qui dicitur etiam Ophractenes:* pro *similis*, *simul:* pro *quindecim*, *quinque*, et post nomen *Aramulius*, adjunctum *Allates vel Aremulus;* atque ubi virtualitur subauditur nomen *David*, actualiter additum. etc.

quae cum primum hoc ipso ordine digesta essent, quo etiam in certissimo Eusebii fragmento apud Anonymum Casaubonianum disponuntur, tum apud Samuelem Armenum, et in Canone Eusebiano Arm. et Lat. postea juxta Scaligeri editionem Syncello morem gerentis per numeros marginales aliter secunda manu disposita cernebantur [1]. Haec itaque cum animum meum vehementer percellerent, iterum ad amicum Constantinopolitanum litteras dedi, ac quid me permoveret, quominus exemplo illi, quod ad nos transmiserat, haud nimis fiderem, apertissime patefeci: hominemque, ut mihi videbatur, Scaligerianae industriae plus aequo fidentem, de frequenti Scaligeri lapsu, et hallucinatione commonefeci. Tum ut exemplum alterum impensis nostris conficiendum, ad nos mitteret rogavi: quod tamen codicem illum summa fide, et accuratione repraesentaret, amandatis quibuscumque Scaligeri interpolationibus. Obsecutus est vir humanissimus, operisque exscribendi iterum laborem subiit: tum illud R. P. Haruthcno Malachian Ordinis nostri Monacho mihi Venetias transmittendum tradidit, et iste commendat librum in manum D. Joannis Zohrab, (qui tunc ex Constantinopoleos Venetias redibat,) una cum litteris Georgii ad me directis sub die 25. Jul. anni MDCCXCIII. quibus ultro fatebatur prius illud exemplum, quod triennio ante transmiserat, a se interpolatum fuisse [2]: idque ut Gennadio cuidam Graeco Metropolitae obsequeretur, qui illud ad Scaligerianam editionem exigendum esse ipsi persuaserat. Caeterum in novam hanc exscriptionem nihil se extraneum, alienum nihil, aut adscititium induxisse, sed codicem ipsum antiquissimum bona fide et adamussim repraesentasse, *non solum quo ad verba, verum etiam secundum omnes conditiones diligenti cura, usque ad syllabas, apices, et puncta*. Sunt haec ipsa Georgii verba, cujus epistolas [3] primam et secundam, κατὰ λέξιν in Latinum conversas videre potes: nam iteratis interrogationibus ipsum constrinxeram.

Sincerum itaque illud atque genuinum codicis exemplum adeptus, anno MDCCXCIV. Decembr. 25. statim illi illustrando, vertendoque, tum Graecis Eusebii fragmentis undecumque colligendis insudavi, in partem laboris vocato R. P. Jacobo Ergan Zemliensi Monasterii nostri religioso; atque ita in opus iterum incubui,

1 Vide locum citandum ventilandumque a nobis P. I. pag. 123.

2 Hoc exemplar est interpolatum, quod postmodum transfertur clanculum in Mediolanum.

3 Epist. I. scripta CPoleos. 1793. Julii. 23. a Georgio Joannis filio David dicto, ad P. Jo. Baptistam Aucher.

Accepi litteras Rmae. Paternitatis V. datas Venetiis 1792. *decembr.* 20. *quibus lectis, optime novi intentionem in eis comprehensam ... De mea conditione plenam tibi dabit notitiam, qui ad vos venit R. P. Luca Ingigi ... De Chronico Eusebii, (de quo quaeris, an Graeci orientales habeant ne aliquam notitiam?) certus esto, quod Graeci Constantinopolitani non habent alterum exemplar praeter editum Graece et Latine (ab Scaligero), quem ego quoque vidi in manibus eorum; et quum essem in villa Bospori Therapia dicta, contuli cum Armena lectione, adstante mihi Gennadio Metropolita doctissimo: tunc ergo aliqua interpolavi in margine, aliqua etiam in serie textus: meam ergo esse glossam nosce haec et haec verba ... Ad alteram interrogationem tuam, habesne apud te alterum exemplar Chronici Armeni? respondeo: Habeo itidem a me transcriptum sine ulla mutatione ex ipso antiquo Codice Armeno authentico, ad amussim ejus exaratum non solum quo ad verba, verum etiam secundum omnes conditiones diligenti cura usque ad syllabas, apices, punctaque. Et ecce hoc exemplar accuratissimum ac inviolatum commendans in manus R.P. Haruthiun Malachian, mitto ad vos pro memoriâ aeterna: quo lecto et comparato (cum anteriore interpolato) per se recipies responsa duodecim interrogationum a te mihi factarum. Nam alterum exemplar, quod jam mandaveram, ex praesenti isto rescriptum fuerat cum meis interpolationibus juxta editionem Gr. et Lat. (Scaligeri). Itaque ex puro sinceroque exemplari nunc ad te directo plenas accipiens notitias quaesitas, acquiescas necesse est; summa enim religione servata est a me tota fides in hoc codice, qui omnino unus ac idem est cum originali antiquo. Vale.*

Post acceptum exemplar accuratum quum gratias maximas egissem amico, de novo admonui eum in utroque suo labore videri quaedam librarii menda similia, nescio an antiqua, aut nova: e. g. *Ciorrortn Hephesti, Quartum Vulcani*, pro *Ciar uortin Hephesti, Cacum* (sive *Malum*) *filium Vulcani:* et *Zieris, tres* (in accusat.) pro *Kieris, captivos: jerits, trium*, pro *jerets, senior: archiagann avelasdaz*, pro *archiagan navelasdaz*, vel *navasdiaz*, (quorum magna est differentia) etc. Secundam ergo epistolam rescribit mihi sequenti tenore.

Epist. II. ejusdem Georgii Lectoris ad P. Aucher data CPoleos 1795. Martii 7.

Quae scripta fuerant a benedictis digitis R. Paternitatis V. 1795. *Januarii* 22. *magnam mihi laetitiam praestiterunt, eoquod acceptis muneribus meis incolumiter, gaudium vobis fuerit eximium ... Ad novas ergo interrogationes tuas breviter dico. Nihil a me scienter renovatum fuit in codice isto, ita ut etiam in exiguis apicibus cautione adhibita ad placitum vestrum diligenter transcripseram ab originali, servatis etiam coloribus et majusculis simillimis, sicut et lineis ac mensuris uniuscujusque paginae in Canone; necnon imperfectè relictis lacunis verborum ac vocum, utcumque erat in originali: omnis enim attentio fidelitatis a me usurpata fuit in hoc exemplari, quod iterum atque iterum contuleram cum autographo: quod si humaniter mendum aliquod irrepserit sive in originali, sive in mea transcriptione, quod non ita facile credam, sapientia vestra potest per se animadvertere. Uno verbo, habetis nunc prae manibus vel ipsum codicem antiquum, quandoquidem nullatenus differt ab eo istud exemplar, quod ultimò possedistis. Vale.*

Fidem istorum verborum merito comprobavi ego oculatus testis, quum vidi per multos dies Originalem ipsum codicem antiquum, et conferens minima quaeque dubia, integram reperi fidem exemplaristae: et quidquid mendum humaniter irrepserat (paucissimum sane), ad fidem originalis correxi in meo libello; ad cujus formam facta fuit praesens nostra editio Veneta.

Unum tantum desiderium meum incompletum restitit: nequivi nimirum possidere ipsum Originale a me usurpatum, quia jam transierat in possessionem Seminarii Patriarchalis; quare coactus sum restituere domino suo: sola ergo spe aliquando possidendi, quam mihi dabat Jacobus Doctor (dictus Vicarius Patriarchae Hierosolymitani) egressus sum a Constantinopoli: quod patet ex peculiari epistola ejusdem Doctoris ad me scripta hoc tenore.

Epistola Jacobi Doctoris data Constantinopoli 1808. Octobr. 20. accepta a P. Aucher in eadem Urbe iis diebus.

Admodum Rev. Pater.

Pervenerunt in manus meas ambae epistolae tuae, una per manum Georgii Lectoris philologi, altera per alterum amicum communem: quibus novi desiderium tuum justissimum. Sciat itaque velim Reverentia tua, quod si in mea fuisset potestate codex optatus, incunctanter rem perfecissem, ut credit certo certius etiam animus tuus. Opportunum ergo tempus est expectandum, et occasio expediens: nolite itaque negligentem me putare, procuro enim agere omnia pro meo posse. Vale.

Adimpleret fortasse promissionem suam, si longius supervixisset; verum tamen excessit e vita paucos post menses sub principio anni sequentis 1809. quo et ego discessi Constantinopoli, et post longum iter per mare et terram appuli Venetias 1810. die Majas 1. et iterum recolui per aliquot menses antiquum laborem meum in Eusebium; expectabatur enim editio quaesita jam a multis temporibus: quae tamen ob varia impedimenta retardavit usque ad annum 1818. quo res Deo juvante coepta est executioni mandari.

ut altero vixdum elapso, hoc est anno MDCCXCV. jam praelo maturum esset: ut ex subjecto Reformatorum (ut ajebant) studii Patavini decreto apprime patet [1].

Verum quia spes aliqua affulserat alterius alicujus codicis in Oriente reperiendi, quocum codex hic noster conferri posset, (quae enim ex uno tantum codice prodeunt, ea aut nunquam, aut fere nunquam, emendata omnino atque expolita esse consuevere) dum hac ipsa spe detineor, qua tamen frustratus omnino sum, eumdemque mihi ab Oriente allatum iri confido, en iterum biennium transit: tum subsecuti tumultus communesque illae Europae universae calamitates alias animos avocant; ita ut in tanta rerum perturbatione nullo modo de codice illo tunc temporis in lucem producendo cogitandum esse videretur. Itaque tantisper conquiescendum esse existimavi, donec ingenti illa tempestate defervescente, suus iterum litteris honor, litteratis viris otium ac tranquillitas redderetur.

Moritur interim anno MDCCC. Reverendissimus P. Stephanus Melchior, eique Stephanus alter Acontius sufficitur, quem paulo post Pius VII. P. M. in Siuniensem Archiepiscopum consecrat. Eo jubente Constantinopolim proficiscor, ibique septennium integrum moratus Missionarii Apostolici munere apud Armenios defungor. Id vero mihi, qui nondum omnem Eusebiani operis tandem aliquando vulgandi spem ac cogitationem deposueram, percommodum accidit. Nam et Jacobum illum Rhedestonium Doctorem, qui codicem Hierosolymis advexerat, et Georgium Lectorem, cui ejusdem describendi curam commiseram, adire licuit, et cum ipsis multa de illo conferre, et codicem ipsum non semel tantum aut bis, sed pluries per otium lustrare, ac diligentissime expendere; et quaecumque postremi amanuensis vel incogitantia, vel inscitia in exemplum nobis transmissum irrepserant (erant sane paucissima) ad trutinam revocare. Qua in re Georgii diligentiam nunquam satis mirari poteram, qui paucis admodum exceptis, quae [2]

haud incuria fudit
Aut humana parum cavit natura

ita codicem illum expresserat, ut ovum ovo, quod ajunt, tam simile esse minime possit. Itaque ingenti Italiae desiderio distinebar, quo thesaurum hunc jampridem in telluris sinu delitescentem tandem aliquando litteratis viris patefacerem; quod mihi prospere succedere posse sperabam, rebus praesertim post tot motus compositis, ac publica Europae tranquillitate Vindebonensibus comitiis feliciter constituta. Verum anno MDCCCXV. in Italiam reverso, post quam ultimam manum operae admovissem, integrum fere mihi triennium transigendum Romae fuit; ita ut vix nunc tandem opus quod multis ante annis molitus fueram, anno MDCCXCV. perfeceram, typis committere datum fuerit anno MDCCCXVIII. duplici forma, in 4. et in folio, ut dicitur; quarum secunda magis expurgata fuit ab erroribus typographi.

III. Atque haec operosius fortasse ac minutius quam par erat praefati fuisse videri possumus. Verum fidei nostrae liberandae, et diligentiae nostrae nos asserendae optime faciunt: et quid etiam de recenti quadam Mediolanensi editione ex priori illo exemplo juxta Scaligerianum systema interpolato sentiendum sit, apprime demonstrant: sed haec alias. Interim ex his quae ingenue retulimus, intelligit unusquisque, quam accurate, et bona fide in codice illo repraesentando versati simus, ac quam tuto fidere editioni huic nostrae quisque possit, quae pervetusto illi monumento adamussim respondet; ita ut, nisi fortasse aliquis operarum lapsus occurrat, qui tamen ipse ne occurreret cavimus diligenter, quicumque ipsam pertractas, ipsissimum Armenum codicem versare, atque inspicere possis existimare.

Eamdem porro accurationem atque diligentiam Latinae translationi adhibuimus, quam Armena verba pede presso secuti, ita concinnavimus, ut litteralis, ut ajunt, omnino esset, singulaeque fere Latinae voces Armenis vocibus responderent: cujusmodi versiones illae sunt, quae in Polyglottis Bibliis habentur, qualesque Homero, Hesiodo, Theocrito, Pindaro, Aristophani, caeterisque fere omnibus Graecis poetis ab eruditissimis viris adjectae sunt. Nec nos latet futuros plerosque, qui ingenuum illum Latini sermonis nitorem atque

[1] NOI RIFORMATORI DELLO STUDIO DI PADOVA.

Avendo veduto per la Fede di Revisione, ed Approvazione del *P. F. Gio. Tommaso Mascheroni* Inquisitor General del Santo Uffizio di *Venezia* nel libro intitolato *Eusebii Pamphili Caesariensis Episcopi Chronicon Bipartitum Graeco-Armeniaco-Latinum, sive Historia Temporum etc. per Patres Armenos Mechitharistas etc. M S.* non vi esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Attestato del Segretario Nostro, niente contro Principi, e Buoni Costumi, concediamo Licenza a *Francesco Bortoli* Stampator di *Venezia* che possi esser stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 6 *Maggio* 1795.
Agostin Barbarigo Rif.
Paolo Bembo Rif.
Zaccaria Vallaresso Rif.

Registrata in Libro a Carte 686. *al Num.* 1.
Marcantonio Sanfermo Segr.

di 11. *Maggio* 1795 *Registrato a carte* 186 *nel Libro del Magist. degl' Ill. ed Eccell. Sig. Esecutori contro la Bestemia.*
Antonio Cabrini Segr.

[2] Horat. in Arte Poet.

elegantiam in versione nostra desiderari molestius ferant, siquidem paullo durius loqui contigit, imo barbare etiam nonnunquam, ut proposito nostro obsequeremur; verum meminerint, quaeso, eruditi fastidii homines, nos ex ea versione opus in Latinum transferre, quae primigenii textus jamdiu deperditi vices sufficiat, tum ex ea lingua, quae paucis admodum in Europa nota sit: ac proinde illud nobis providendum fuisse diligentissime, ut versio haec nostra Eusebiani Archetypi loco esse posset: Id vero haud perficere nos potuisse, nisi Armeniaca phrasis, et dictio, quo ad ejus fieri posset, accurate servaretur: quod nobis in iis locis praesertim praestandum fuit, in quibus Haicana lectio vel a Graeca lectione, quae in Eusebianis fragmentis habetur, vel a Hieronymiana translatione dissidere videbatur. Tunc enim Armena versio *ad verbum* omnino exhibenda fuit, ut in ea lectionum discrepantia integrum cuique esset, omnibus expensis, de Eusebii mente et sententia constituere.

IV. Quandoquidem vero Graecorum fragmentorum meminerimus, illud ingenue liceat profiteri, nihil nobis in hac editione adornanda majori aut molestia aut labore constitisse. Nam nec quidquam ex Scaligero adjumenti sperandum fuit, apud quem, ut capite sequenti ostendemus, omnia congesta sunt atque confarcinata, vera falsis admixta, locorum indicationes praetermissae, textus ipse identidem interpolatus: nec multum item ex Vallarsio, qui *Canonem* tantum illustravit, eumdemque haud omnino accurate. Itaque, exceptis nonnullis locis, quae Scaliger ex Anonymo Casauboni Ms. producit, quaeque ex ipsius fide retulimus, caetera omnia ipsi nos ex Syncello, Chronico Paschali, S. Nicephoro Patriarcha, Cedreno, aliisque expiscari debuimus labore improbo: quem tamen litterariae, atque adeo Christianae Reipublicae juvandae spes, atque desiderium mirifice levavit. Caeterum qua fide, et diligentia fragmenta illa attulerimus, auctorum locis apud ipsos inspectis, tute ipse videre potes.

V. Adnotationes etiam adjecimus, sed quae perspicuitati potius, ac necessitati inservirent, quam eruditioni; non enim nostri erat eruditis lectoribus eruditionem venditare. Itaque criticas disquisitiones, et ex aliis auctoribus delecta testimonia, quae Eusebii fidem demonstrarent, tum animadversiones de variis scriptorum sententiis, et alia id genus, ultro praetermisimus; quae eruditis viris, si erunt qui Eusebianam Chronographiam illustrandam aliquando suscipiant, sequenda quam libentissime permittimus. Satis nobis erat obscura loca nonnulla expendere, variantes lectiones notare, auctorisque mentem, collatis Graecis fragmentis cum versione Armena, adhibitaque in Canone Latina translatione, aperire, Eusebium denique ipsum non adulteratum, aut interpolatum, sed sincerum atque incorruptum exhibere. Hoc enim interpretis officium esse existimavimus: illud explanatoris atque Philologi.

§. V.

De iis, qui Eusebianae Chronologiae illustrandae ante nos insudarunt.

1. Primus inter Latinos de Eusebii Pamphili Chronographia optime meritus, est alter Eusebius, Hieronymus scilicet Stridonensis, Ecclesiae Doctor celeberrimus; quem commemorare profecto laudare est. Opus ille in Latinum sermonem convertit, ut diximus, ejusque interpretatio tanti habita est, ut Graeco Eusebii textu temporum injuria sublato, ipsa ejus vices suppleverit, eaque usi fuerint quicumque deinde temporum doctrinae illustrandae insudarunt. Verum Eusebiani operis ab Hieronymo translati sola superest pars secunda, hoc est *Canon*; sive illam tantum interpretatus fuerit sanctissimus Presbyter, quod nonnullis criticis, atque adeo nobis ipsis [1] persuasum est; sive quod aliis placet [2], altera illa pars jamdiu perierit. Adde *Canonem* ipsum ab Hieronymo, ut ex ejus verbis apprime constat [3], fuisse interpolatum, insertis, quae in Eusebio

1 Nobiscum sentit maxime Hier. de Prato, imo et praecipuum suae dissertationis argumentum in hac re demonstranda versari ipse praenotat pag. 1. *Duos de temporibus Libros ab Eusebio editos fuisse* (contra nempe Vallarsii systema); *Hieronymum autem ex illis alterum tantum fuisse interpretatum:* quod Scaligerum, imo et complures alios oppugnat, ut aperte declaravit p. 19. ubi ait: *Quod itaque in primis, Lector, a te animadversum ac probe perspectum velim, hoc est: Falsum omnino esse, quod Scaligero, Vallarsio, atque aliis omnibus hactenus persuasum fuit, nimirum Hieronymum utrumque Eusebii de temporibus librum, seu utramque libri partem fuisse interpretatum: nam revera ille nihil aliud in eo argumento, praeter Prologum et Chronicum (puta Canonem) Latinum fecit. Longius forte quam par sit hac te quaestione ab argumento primario abducam: Sed nulli parcendum est labori et diligentiae, quo praejudicata opinio illa probe refellatur, et contraria sententia in praeclaro lumine collocetur: mire enim haec scopo nostro inservient.*

2 Oppositae ergo sententiae, ut dictum fuit in superiore adnot. patronus extitit Scaliger in Prolegomenis sui Thesauri, dicens. *Utrumque autem Latine Hieronymus convertit. De posteriore nemo dubitat: de priore ipsum testem damus Comment. in Dan.* Quod tamen nihil valet, ut demonstrat laudatus Hier. de Prato. Scaligeri sententiam secutus est et Du-Pin. Idem senserunt et alii, nullo tamen certo innixi argumento.

3 *Sciendum etenim est, me et Interpretis et Scriptoris ex parte of-*

deficere videbantur, iis praesertim quae Romanam historiam respiciunt: quo fit, ut in ea Versione non tam Eusebii Pamphili, quam Eusebii Hieronymi opus exhiberi, idemque magna sui parte a librariis vitiatum videatur. Quare utcumque post renatas litteras Hieronymiano Chronico viri eruditi perpetuo usi fuerint, (neque enim aliud, ad quod confugerent, suppetebat) ingenti nihilominus Eusebiani operis reperiendi desiderio flagrarunt: quod tamen universis fere Europae Bibliothecis excussis purum atque incorruptum nullibi deprehendere potuere.

II. Huic tamen incommodo mederi aliquo modo conatus est vir aetatis suae eruditissimus, nullique prorsus, uno excepto Petavio, in Chronologica eruditione comparandus, Josephus Scaliger. Is enim novam Hieronymiani Chronici editionem molitus (siquidem per ea tempora illud ad XXVIII. Mss. Codd. exactum ediderat, ac eruditis commentariis notisque illustraverat Arnaldus Pontacus Vasatensis in Aquitania Episcopus,) eandem anno Domini MDCVI. Lugduni Batavorum publici juris fecit: quam deinde novis curis auctam, atque adornatam recudere cogitavit; licet morte praeventus, nec inceptum opus perficere, nec typis ipse tradere potuerit. At anno MDCLVIII. illam Amstelodami Alexander Morus vulgavit, adjectis Chronicis Prosperi, Victoris Tununensis, Idatii, Marcellini, et aliorum, qui Eusebii opus continuaverant, additis insuper *Isagogicorum Chronologiae Canonum* libris tribus ab eodem Scaligero adornatis, utpote Eusebianae Chronographiae illustrandae pernecessariis. Porro opus universum, sive ipse Scaliger, sive qui ipsum edidit Morus, *Thesaurum Temporum* inscripsit, illudque statim magno plausu excepere viri eruditi. Et sane multa inerant, quae Scaligerianam industriam ac laborem commendarent. Nam et priorem operis partem (siquidem ex Canonis praefatione intellexerat totum opus in duas partes ab Eusebio fuisse tributum,) et priorem, inquam, partem jamdiu deperditam utcumque suffecerat, et loca plurima impedita atque perplexa felicissime enodaverat, et obscuris saepe lucem affuderat, et allatas ab Eusebio vetustas traditiones antiquorum auctorum testimoniis confirmaverat, et (quod nonnullorum criticorum pace dixerim) collatis inter se Mss. codicibus, iisdemque plurimis, atque optimae notae, Latinam ipsam Hieronymi lectionem felicissime emendaverat atque restituerat. Sed quod Scaligerianam editionem longe maxime commendare putabatur, delectus ille ingens erat Graecorum Eusebii fragmentorum, quae undecumque decerpserat, quaeque tanta copia subjecerat, ut integrum paene Eusebii textum jamdiu exoptatum, et frustra quaesitum restituisse videretur. Ea enim ut colligeret, universam paene Graeciam, ut ita dicam, lustraverat; nec veterum scriptorum erat quisquam, unde aliquid in suam rem posset mutuari, qui diligentissimi hominis aciem effugisset. Itaque et Georgium imprimis Tarasii Patriarchae Constantinopolitani Syncellum excusserat, et Georgium alterum, Cedrenum scilicet, et Chronicon Paschale sive Alexandrinum, et ejusdem Chronici epitomen sibi ab Isaaco Casaubono communicatam, et Anonymum quendam Eusebii eclogarium, quem ab eodem Casaubono acceperat, et quoscumque demum aliquid ex Eusebiana Chronographia accepisse poterat suspicari. Ita ut mirandum minime sit, opus tanto labore atque industria elaboratum, adeo auctori suo arrisisse, ut in fronte Graecorum fragmentorum vix satis ducens inscribere τὰ σωζόμενα, *quae supersunt*, (quae certe modestior erat inscriptio,) praesumpserit addere absolute singulis paginis tituli loco, Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου Χρονικῶν λόγος πρῶτος, *Eusebii Pamphili Chronicorum liber primus*: (haud aliter scripserat et in Latina sua collectione commentitia,) quasi integrum ac genuinum Eusebium exhiberet.

III. Enim vero quis crederet Scaligerum in hoc ipso opere, quod tanto labore atque ingenio comparaverat, tam multa peccasse, ut jure in dubium revocare quis possit, utrum in illo adornando optime, an pessime de Eusebio meritus fuerit? Et ad priorem operis λόγον quod attinet, in eo quidem maxime commendandus vir eruditus, quod persensit, quam ex Hieronymo habemus Eusebii Chronologiam nonnisi postremam operis partem complecti: at in eo maxime est hallucinatus, quod ex hac ipsa posteriori parte priorem illam suppleri omnino posse existimavit. Siquidem ut illam conficeret, ipsum Hieronymianum Canonem paullo a vulgatis exemplaribus immutatum, intermixtis pro lubitu additamentis locupletatum, alioque linearum ordine (omissis tamen laterculis) dispositum inibi collocavit, praemissa Hieronymi praefatione, quasi praeludio operis universi (siquidem universum opus ab Hieronymo translatum fuisse arbitratur,) additoque nescio quo *Exordio libri*, incerti auctoris, ut videtur Latini, ac pro sincero Eusebii foetu eodem obtruso. Porro centonem hunc ex variis laciniis consutum, *Eusebii Pamphili Chronicorum Canonum librum priorem, qui Chronologia dicitur*, appellavit, (perperam Canonis nomen secundae partis proprium priori etiam communicans,

ficio usum, dixit S. Hier. in Praef. Canonis. Idem iterato suggessit in Praefatione alterius libri Eusebii de locis Hebraicis a se translati, his verbis. *Eusebius, qui a beato Pamphilo martyre cognomentum sortitus est, post decem Ecclesiasticae historiae libros, post temporum Canones, quos nos Latina lingua edidimus: post etc. . . . ad extremum in hoc opusculo laboravit. . . Unde et nos admirabilis viri sequentes studium, secundum ordinem literarum ut sunt in Graeco posita, transtulimus: relinquentes ea, quae digna memoria non videntur, et pleraque mutantes. Semel enim et in Temporum libro praefatus sum, me vel Interpretem esse, vel novi operis Conditorem.*

quod et nonnullis recentiorum fucum fecit [1].) sive, ut in singularum paginarum fronte legere est, *Eusebii Pamphili Chronicorum librum priorem*. Sed quia liber ille in altera parte iterum erat recudendus cum laterculis, et *Chronicus Canon* jure appellandus, ne idem prorsus bis exhiberi in eodem opere videretur, lacunas quasdam identidem reliquit vir sagacissimus signatis asteriscis *******, perinde ac si multa desiderarentur, addita etiam illa nota, λείπει πολλά, *multa desunt*, vel illa etiam, *desunt infinita alia praeclara* etc. cum nihil revera deesse constet, nisi ad mentem Scaligeri. Tali pacto priori operis λόγῳ expleto, seu potius coacervato, secundum adjecit, vulgatum nempe Hieronymiani *Canonis* exemplum; quod tamen, non, ut par erat, inscripsit, *Chronicorum liber posterior, qui Chronicus Canon dicitur*, sed absurde *Chronicorum Canonum liber posterior* etc. Hic vero quis non Scaligeri, non dicam judicium, sed fidem desideret? Equidem sibi persuaserat vir eruditissimus, quaecumque habentur in Canone, ea verbis vix immutatis et in priori parte extitisse, alio tamen ordine, additisque veterum auctorum testimoniis. At quis illum tandem de hac ipsa non rerum tantum, sed et verborum consensione docuerat? et utcumque de ipsa constaret, quomodo scire poterat Scaliger quo ordine digestum opus illud foret, quid prius positum, quid posterius, quae quibus auctorum testimoniis praelata, quae adducta, quae praetermissa? Haec omnia nisi Sibyllino aliquo oraculo admonitus, divinare Scaliger nequaquam potuit: ut proinde quaecumque de prioris illius partis ordine, et verbis tradidit (praeter fragmenta a Syncello, et Anonymo sub nomine Eusebii nostri producta), ea omnia ex suo cerebro eduxisse dicendus sit.

IV. Nec integrior Scaligeri fides in Eusebianis fragmentis, quae utrique operis parti adjecit, repraesentandis. Nam ut omittam locorum indicationem, auctorumque nomina perpetuo praetermissa, ita ut ipsis apud Graecos scriptores reperiendis Delio natatore opus sit; quis non miretur hominem κριτικότατον non solum pro Eusebianis ea loca attulisse, quae Eusebii nomine apud Syncellum, aut Anonymum, aliosque recitantur, verum illa etiam quae ab iisdem veluti sua ac propria afferuntur [2]. Quis illum admonuit auctores illos longe

1 Solerter animadvertendum omnino errasse Scaligerum, quum semel et bis Canonis nomen extendat in utramque Chronici Eusebiani partem. Deceptum dixeris virum sagacissimum ex eo, quod *Canon* Eusebii aliquando vocetur etiam in plurali *Canones;* ut quippe totus laterculis columnisque constet. Ad illustrandam fulciendamque veritatem audiendi sunt auctores indubii. Namque Eusebius ipse in Praep. Evang. X. 9. p. 484. D. sic citat praefationem suam in Canonem, ἐν τοῖς ποτεθεῖσιν ἡμῖν Χρονικοῖς Κανόσιν, *in elaboratis a nobis Chronicis Canonibus:* cujus loci alteram partem citans Syncellus pag. 50. C. dixerat, ἐν τῷ τοῦ Κανόνος αὐτοῦ προλόγῳ, *in Canonis sui prologo*. (quae loca videsis in hoc opere Tom. II. pag. 24. et 29.) Item Cedrenus pag. 153. C. citaturus Eusebii dicta in Canone anno Abr. 1686. et seqq. sic profert. Ὁ τοίνυν πολυμαθὴς καὶ πολυΐστωρ Εὐσέβιος ἐν τοῖς Χρονικοῖς Κανόσι .... τάδε φησίν. ὁ γοῦν Αλέξανδρος ὁ τῶν Μακεδόνων Βασιλεὺς etc. ubi interpres Lat. Guil. Xylander pro vocibus sonantibus *in Chronicis Canonibus*, non abs re dixit *in tabulis Annalibus*, siquidem Canon integer tabulis describitur. Ex his patet, quod etiam dictum S. Hieronymi in prooemio in loca Hebraica, *temporum Canones, quos nos latina lingua edidimus*, de secunda solum Chronicorum parte intelligendum est; haud secus ac quod dixit idem S. Doctor in epist. LVII. ad Pammachium: *Quum Eusebii Caesariensis Χρονικὸν in Latinum verterem, tali inter caetera usus sum praefatione;* ubi repetit aliqua de praefatione sua in Canonem. Sic etiam in Armeno sine discrimine tam in singulari, quam in plurali secundus Eusebii liber vocatur կանոն, *Canon*, vel կանունք, *Canones:* ut videre est in Armena lectione Eusebii nostri, et apud auctores nostros. Sufficiat locus praefationis ad I. Maccab. in Bibliis Armeniis, ubi dicitur: "Ի ՄՀՂագս յայս ի յամենայն և յամբո կանեաց առեալ Իւսեբի գանուանս քաշանայապետացն՝ որ սերեին ժողովրգեանն, ղուանիկ Ի կանոնս ժամանակաց ‖ . h. e. "Hoc spatio "ex Josepho, et Africano desumens Eusebius nomina Pontificum, qui "praerant populo, adsignat *in Canonibus temporum* ". Nullibi autem reperitur apud Graecos, vel Latinos, vel Armenos, ut simili nomine Canonis citent primum Eusebii librum, sed generaliter dicunt aut Χρονικὴν συγγραφήν, aut τὰ Χρονικά: vide Syncellum p. 134. D. et 32. B. vel գիրք Իւսեբեայ, *Liber Eusebii*, ut apud Samuelem Armenum, etc. At Χρονικὸν βιβλίδιον, *Chronicum*, vel *Chronica* in genere aeque dicitur apud omnes tam de prima, quam de secunda Chronicorum parte. Illud autem Hieronymi de viris illustr. *Chronicorum Canonum omnimoda historia, et eorum epitome*, aut *Chronicon omnimodae historiae*, notat Canonem ipsum cum sua Isagoge, tum seorsim intellectum, tum etiam simul cum anteriore libro, cui magis convenit titulus omnimodae historiae. Verum haec omnia lucidius patebunt in cursu totius operis.

2 Audi ipsum Scaligerum dicentem in Prolegomenis: *Graeca autem, quaecumque nancisci potuimus, majori ex parte a Georgio Tarasii Patriarchae Syncello habemus: quaedam etiam a Chronologo innominato beneficio viri nunquam satis laudati Isaacii Casauboni, quos fastos Siculos vocant* (i. e. Chronicon Paschale): *neque pauca a Georgio Cedreno, qui multa Eusebiana in suum centonem inculcavit, non quidem ab Eusebio petita, sed a Georgio Syncello. Accessit his cumulus* (opus nempe Anonymi Graeci) *comitate ejusdem, quem modo nominavi, praestantissimi viri* (Casauboni) σταδιοτίκαι, *et alia immortalia monumenta, quae in calcem Graecorum Eusebianorum conjecimus, quod ea sero accepissemus.* Haec sanè, quae sero se accepisse ait Scaliger, Anonymi fragmenta, sola sunt certa Eusebiana. De aliis verò ab Scaligero laudatis, siquando ii nominarunt Eusebium, tutus esse potuerit Scaliger, alias dubitare oportuit. Sed instat Scaliger, omnia Syncelli et Cedreni opera totidem verbis ab Eusebio desumpta fuisse. Haec enim habet initio adnotationum in Graec. Euseb. p. 401. *Quidam totum opus Eusebii, totidem verbis in sua Chronica transfuderunt: in quibus duo Georgii Monachi, alter Syncellus Tarasii Patriarchae, alter cognomento Cedrenus. Syncellus Tarasii . . . universam Eusebii Chronologiam sine ulla verborum immutatione in suum volumen transtulit. . . Ex eo omnia Eusebiana excerpsimus, quae quidem deprehendere potuimus.* Sed quia mutilum ac mancum putat Scaliger Syncelli exemplar hodiernum, ex Cedreno impleri voluit alia fragmenta; quoniam infert: *Georgius vero (ait) Cedrenus totum Chronographium Syncelli descripserat, et ex eo, atque aliorum Chronologorum scriptis, ingens volumen contextum σύνοψιν ἱστοριῶν vocavit.* Sed et Cedreni opus mutilatum interim asserit. Quis hanc ferat Scaligeri assertionem? quam jure refutavit Martinus Hankius P. I. c. I. num. 197. his verbis: *At verò Scaliger, uti solido sententiae suae fundamento destituitur, ita justo confidentius institutum suum exsecutus est. Nam unde cognitum habuit, duos Georgios, Syncellum et Cedrenum, in Chronica sua totum Eusebii opus totidem verbis transfudisse? Quo nixus, seu argumento, seu testimonio, scripsit, a Georgio Syncello in suum Chronicon universam Eusebii Chronologiam, sine ulla verborum immutatione translatam? a Georgio Cedreno totum Syncelli Chronographium verbatim descriptum? Totum certe Chronicon Eusebii Graecum, quod ex his auctoribus concinnare laborabat, nunquam legerat, nunquam viderat. Neque totum, vel in Syncello, vel in Cedreno, quorum Chronica mutila reperiri loco citato narrat, sibi repertum inibi fatetur. Quod si verò certum non est, Syncellum et Cedrenum in Chronica sua totum Eusebii Chronicon iisdem verbis transtulisse, vanam erudito saeculo spem fecit, hoc integrum, illis integris, nos habituros* etc. Idem sequenti numero 198. subdit. *Quamobrem Scaliger, sicut in Georgiis ea loca, quibus Eusebii nomen additum non reperit, Eusebii reputare; sic inter Eusebii Graeca referre, nisi cum quodam erroris periculo, non potuit. Ille tamen conjectura sua ductus, Eclogas multas, nec a Georgiis, nec in Fastis Siculis Eusebio tributas, sub Eusebii nomine publicavit.*

gravissimos, quos identidem Eusebii nomen commemorare minime piguit, ea etiam ex eodem Eusebio exscripsisse, quae tamquam proprio marte ac ingenio excogitata producerent? Quis illum commonefecit Syncellum universum Eusebii opus in suam Chronographiam sine ulla verborum immutatione intulisse, ita ut quae ex ea proferantur (vel etiam contra Eusebii sententiam, quod mireris) pro Eusebianis ac genuinis accipi debeant? Quo auctore didicit, ubi auctores illi Eusebii loca non *ad verbum*, sed *ad sensum* afferebant, aut certi alicujus fragmenti lectio a Hieronymiana quoquo modo dissidebat, ita ea distorquere, atque pro lubitu aptare, ut Graeca Latinis κατὰ πόδα responderent? Quaenam tandem haec est hominis confidentia, ramenta quaelibet historica ex notis ac ignotis, editis manuscriptisque libris corradere, imo Latinorum etiam Scriptorum loca aliqua a se in Graecum conversa (ut de his omnibus jure conqueritur Vallarsius in Praefat.) obtrudere, et pro veris ac genuinis Eusebiani operis reliquiis bonis lectoribus, si quos inveniat, venditare? Ego ne hanc farraginem undecumque congestam, ipsissimam esse Eusebii Chronographiam existimabo? Et tamen multos, nec eos parvi nominis criticos, Scaligeriana sive fraus, sive, ut mitius agam, imprudentia decepit. Nam ut Casaubonum [1] praetermittam perpetuum illum Scaligeri laudatorem atque praeconem, et Petro Vesselingo [2], et Jacobo Gronovio [3], et Ludovico Capello [4], et quod maxime mirari oportet, ipsi Dionysio Petavio, viro in temporum doctrina omnium exercitatissimo, fucum fecit: qui licet Scaligero infensus, ipsum plus fortasse quam par erat contemptim habuerit (teste Vallarsio), in Eusebii tamen Chronologia producenda [5], Scaligeriana commenta non semel pro veris amplexus est. Quis autem post Petavium in errorem non adduceretur [6]?

v. Et tamen non defuere, qui Scaligeriani Eusebii ἰοθείαν persentiscerent. Nam Martinum dal Rio contra se quaedam moliri audiverat ipse Scaliger, cui etiam se respondere paratum professus fuerat; et Salmasius multa in Scaligerum congessit; et demum, ut de caeteris taceam, Spittlerus in Historia Critica [7] ita est locutus, ut universum Scaligerianum opus uno paene ictu prostraverit: » Quem igitur, inquit, Eusebium Sca» ligero debemus, cum profecto ita illi debemus, ut non Eusebium ipsum, sed Chronicon a Scaligero ex com» mentitia Eusebiani operis idea conditum habeamus; nec in ipsa etiam altera editione Thesauri temporum, » quem Alexandro Moro debemus, quidquam allatum est, quod querelas hasce levare possit «. Et revera quantum Scaligerianae industriae ex collectis Graecis fragmentis accessit laudis, tantum Scaligerianae fidei ex ipsorum corruptione ac confusione detractum est. Quem si quis, praeterea, immoderatae etiam jactantiae aut temeritatis arcessere voluerit, non repugnabo. Quis enim non stomachetur hominem alienae insdustriae impudentissime obtrectantem et splendidissimum illud Ecclesiae lumen Stridoniensem Hieronymum, vel de perperam intellecto Eusebii textu, vel de corrupto etiam atque depravato exposcentem? aut quis unquam patienter ferat, tot auctorum loca hinc inde decerpta, et temere ferraminata, audacter Eusebio asserentem, quae tamen utrum Eusebii essent, nec ipsi constaret? Sed fefellit hominem, alioquin pervidentissimum, praejudicata illa opinio, nusquam integrum Eusebii opus deinceps repertum iri, quod centonem illum falsi coargueret: nec praeter ea quae ipse collegerat, alia posse inveniri existimavit, nisi decerpta quaedam, quaeque spicilegii loco habenda essent [8]. Verum de Scaligero satis multa; cujus conatus quam infeliciter cesserit, veri nostri Eusebii auctoritas sole clarius ostendet.

vi. Post Scaligerum, qui Eusebianae Chronographiae illustrandae operam daret usque ad proxime elapsi saeculi medium nemo unus repertus est; nisi quis fortasse aut Salmasium qui illam iterum ad Codd. Mss. exegit, aut Corradium Samuelem Schurtzfleischium, ejusdemque fratrem Henricum Leonardum commemorandos

1 Vide Casaub. Epist. 104. et 450.

2 Vessel. in edit. novissima Diodori Siculi, ubi multa ex Eusebio Scaligeriano profert, quae verum sunt Syncelli.

3 In cursu Antiq. Graec. ubi sub nomine Eusebii citatur Pseudo-Eusebius Scaligerianus.

4 Is Chronologiam suam sacram (in principio Bibl. Polyglott. editionis Waltoni praemissam) Eusebii nomine incipit, ac verbis ejus apud Scaligerum repertis procedit; et quidem partim Eusebianis fragmentis utitur, sed non semel etiam Pseudo-Eusebium pro Eusebio usurpat. *Addit etiam (ait) ibidem Eusebius Africani . . . calculum:* is tamen Syncellus fuit, non Eusebius: Item inibi: *Et sane Africanus . . . apud Eusebium in Chronico Graeco dicit*, etc. apud Syncellum puta ab Scaligero usurpatum: dein infert, *Manifestum hoc est ex Georgio Syncello;* qui idem erat cum praemisso falso Eusebio. Tandem validius profert Capellus: *Fallitur ergo Eusebius;* gratis nempe, cum Pseudo-Eusebius ille sit, sc. Syncellus ab Scaligero sub nomine Eusebii recensitus.

5 Petavius P. 1. Ration. temp. Lib. 1. Cap. 13. adducit testimonia ex utraque Chronicorum Eusebii parte, deceptus sane ab Scaligeri commentis; cum vel ipsum Scaligerum de aliis rebus inibi convincere sibi proposuerit. Idem eodem libro sententiam Syncelli circa Reges Assyriorum juxta Scaligeri systema vel invitus supponit Africani esse sententiam.

6 Qui Cedrenum ediderunt, in ipso introitu sic notant. *Cedrenus p. 19. a. πρῶτα. vide Eusebii Chronic. Gr. pag. 7. n. 40. Ced. p. 48. a. v. ibid. p. 4. Ced. p. 48. d. Σῆρες. v. ib. p. 5.* etc. quae sunt citationes locorum Pseudo-Eusebii Scaligeriani: aliàs verus Eusebius nullam habet partem de iisdem locis in suis veris Chronicis.

7 pag. 46.

8 *Haec sunt* (inquit Scal. in calce not. Gr. p. 425) *quae in priorem et posteriorem partem Chronicorum Eusebii dici à nobis potuerant. Multa aliis relinquimus, et quidem maximum spicilegium post messem, imo messe majus.* Idem et in Prolegom. dixerat, formidans posterorum fastum, *De messe nostra ideo nihil percipiemus, quod post illam aliquod Spicum famelicis reliquerimus. Non cogitabunt* (nos tamen cogitavimus post Scaligerum) *unius non esse omnia absolvere. Non illius sententiae Xenophanis illis in mentem veniet,* (nobis tamen et experimento fuit) ὅυτι ἀπ' ἀρχῆς πάντα θεοὶ ὑπέδειξαν. Ἀλλὰ χρόνῳ ζητοῦντες ἐφευρίσκουσιν ἄμεινον.

existimet, qui ejusdem operis castigationem Salmasii morte interruptam continuarunt, paucis admodum additis animadversionibus; quae omnia deinde anno MDCCXII. auctuarii loco, *ad notitiam Bibliothecae principalis Vinariensis* ab eodem Henrico Leonardo edita sunt: iterumque post biennium ab ipso secundis curis recognita. At medio fere saeculo XVIII. iterum Eusebianum Chronicon edendum illustrandumque suscepit Dominicus Vallarsius Presbyter Veronensis, quique ipsi in operibus S. Hieronymi evulgandis atque castigandis adjutrices manus adhibuere homines eruditissimi. Is itaque, ita ferente praeclarae illius editionis ordine atque ratione, Latinum Eusebii Chronicon inter Hieronymianas lucubrationes octavo operum tomo exhibuit, praefationem satis longam atque eruditam praemisit, adnotationibus illustravit, addidit Graeca ex Syncello aliisque (pro Canone solo videlicet) fragmenta, nec ea tamen Scaligeriana licentia, temere ac carptim undecumque collecta, sed inde deducta, ubi ea Canoni Hieronymo-Eusebiano quoquo modo respondere videbantur, indicatis etiam fideliter auctorum locis, unde illa deduxerat, ac ipsa Hieronymiana lectione iterum ad Mss. Codd. castigata. Et quia Scaligeriana editione rejecta, Pontacenam secutus fuerat, ipsum Arnoldi Pontaci apparatum et animadversiones in secunda parte ejusdem tomi recudit, ne quid omnino Eusebianae Chronologiae studiosis deesset, quod ipsi illustrandae emolumento esse posset. Atque haec praeclare sane, ac sapienter. Verum tria sunt, in quibus maxime peccat vir eruditissimus. Nam nec illud omnino ferendum, quod cum Scaligerianam lectionem perpetuo carpere velit, iis ut plurimum codicibus utitur, qui ab Scaligero longius abscedunt, licet a vera etiam lectione maxime absint: Nec illud rursus ignoscendum homini certe non inerudito, et de Hieronymiana laude sollicito, quod ita Sancti Doctoris fidem et eruditionem adversus Scaligeri criminationes tuendam susceperit, ut ejus potius causam labefactare ac prodere, quam sustinere atque corroborare videatur. Nam cum id frequentissime in Hieronymo reprehendat Scaliger, quod Eusebii verba, et sensum haud integra fide retulerit, non id criminanti reponit Vallarsius, quod statim reponendum occurrebat, Hieronymum scilicet usum esse jure suo, ut pote qui se non tantum Chronici illius interpretem, sed auctorem quoque in praefatione professus fuerat: sed universam discrepantiae causam in ipsa Graeca fragmenta rejicit, quae non bona fide ab antiquis relata esse arbitratur, cum alia prorsus in sincero Eusebii opere, et Latinae versioni consentanea Hieronymi aetate legerentur. Quae profecto defensionis ratio quam infirma sit, atque adeo absurda, nemo non videt. Sed in quo maxime peccat Vallarsius, atque a vero aberrat toto caelo, illud est, quod priorem illam Chronographici operis partem, ab ipsomet Eusebio identidem commemoratam, inter Scaligeriana commenta et somnia recenset. Vix enim fieri potuisse putat vir doctissimus, ut Eusebius bis in eodem opere eandem crambem iisdem prorsus verbis inculcaret: quod non jam Eusebius eruditus certe auctor atque disertus, sed nec infimi quidem subsellii scriptor aliquis unquam commisisset. Atqui si haec Vallarsius de priori illa operis parte dixisset, quam Scaliger suo marte procudit, laudarem hominis ingenium atque judicium ex hoc ipso indicio suffecti operis νοθείαν acutissime pervidentis: at opus ipsum aliquando extitisse a Scaligeriano quidem diversum, attamen ab Eusebio ipso profectum, denegare, non ejus certe erat, qui Chronico illi emendando illustrandoque diuturnam operam collocasset, ubi priorem illam partem commemoratam reperisset: loca etiam quaedam apud Graecos offendisset referta Graecis fragmentis nominatim ab Eusebii libro primo Chronicorum desumptis. Equidem alias loca illa detorquere Vallarsius nititur: at quam infelici conatu, haud semel in adnotationibus ad ea ipsa loca ostendemus.

VII. Nec vero Vallarsii hallucinatio Criticos fugit. Vix enim Vallarsianum Chronicon prodierat, statim adversus singularem hominis sententiam dissertationem *de Chronicis Eusebii Caesariensis* conscripsit vulgavitque anno MDCCL. Hieronymus de Prato Oratorii Veronensis Praepositus. Porro tam Scaligerianum, quam Vallarsianum systema expendit vir doctissimus, ac utrumque simul fortissimis rationum momentis refutat; eaque adversus utrumque proponit, quae nunc genuino tandem Eusebii opere detecto, verissima esse atque certissima deprehensum est. Fallitur etiam ille aliquando; nam quid aliud in re ignota contingere poterat? ac Scaligero nonnunquam, quandoque vero Vallarsio videtur accedere: attamen ad rei summam quod attinet, sentit ille nobiscum, nosque multum ex praeclaro illo opusculo profecisse haud inviti fatemur.

Quod utinam nobis et de Ludovici Spittleri *Eusebianorum Chronicorum historia critica* fateri liceret, cujus epitomen inter Comment. Societatis Gottingensis legere est [1]. At ille cum multa sapienter de contrariis tum Scaligeri, tum Vallarsii sententiis dixisset, ac utramque satis explosisset, praepostero deinde consilio novam ipse sententiam excogitavit, quae tamen paucis mutatis cum Vallarsiana omnino consentit. Imo ita aliquando loquitur, ut quam potissimum sententiam sequatur, minime constet [2]: quod profecto in homine apprime erudito magnopere mirandum est.

1 Tom. VIII. Class. Histor.

2 Vide et confer dicta sua contraria pagg. 48. 49. 56. et 67.

VIII. Atque hi fere sunt, qui Eusebianae Chronographiae illustrandae hucusque operose, et ex professo insudarunt. Esset autem hic locus etiam de recentissima quadam Mediolanensi ex Armeno-Latino-Graeco nostro hoc exemplo mutuata editione Latina dicendi: Sed cum illam ad genuinam nostram lectionem studiosus lector exigere per se possit, supervacuum nobis videtur de re aperta laborare. Satis erit in praesentia admonere, eam ex priori illo exemplo, quod a Georgio exscriptore interpolatum diximus, clam nobis, me vero Venetiis absente, Mediolanum delato deductam esse, nonnullis interim ex altero saniore exemplo, quod deinde ab eodem Georgio accepimus, castigatis.

Caeterum ad rem nostram quod attinet, quae de Scaligero, Vallarsio aliisque diximus, non ea mente protulimus, ut praeclarissimorum virorum industriae et conatibus obtrectaremus, sed ut ostenderemus quam facile sit in re haud satis comperta vel ipsa eruditorum lumina hallucinari, nostraeque felicitati gratularemur, quibus opus illud πολυθρύλλητον, de quo toties inter criticos certatum est, integrum et incorruptum Litteratae Europae communicare datum est. Utere itaque optime lector, ac fruere labore nostro: ac si quid aliud aliquando Armenia nostra suppeditabit, quod eruditorum studiis aut Christianae Reipublicae prodesse possit, illud a nobis expecta.

ԲԱՆ ԱՌ ՄԵՐԱՉՆԵԱՑ ԸՆԹԵՐՑՈՂՍ

AD LECTORES ARMENIOS.

Այլ փոքր, այլ մեծապէս մեծ պարծանք էն Հայկազեանս գրոհի՝ ընծայել յիւրմէ իրէն ի պարգեւէ մասին զարդարև պանծալի դործ Վրմնիկին (Վամմնակական) անուանեալ Մաաեան մեծանուն ի մէջ հաւ մօրէն հնապատում տաւիղ նախնեաց, զերկասիրութիւն մեծին Եւսեբի Պամիիղեայ Կեսարացւոյ, ոչ միայն Հայաստան աշխարհի՝ որ զնոյն պահեաց յիւրումն ծոցի ցայսչափ ժամանակ իրէն աւանդապահ հաւատաւ րիմ, այլև համրէն աղգաց և ազանց՝ որ ընդ տիեզերս ուսումնասիրութեան իցեն փափաքօղք։ Օվ և աթենացիք անգամ առաջինք՝ որք ոչ յայլ ինչ պարապէին, քայց միայն յասել ինչ կամ լսել նորագոյնս, եթէ զայսպիսի հնութիւն ցանկալի զրամբ ածէին, նմին փոխանակեալ զամենայն նորութիւն՝ վկայէին, եթէ հինս այս քաղցրագոյն է։ զի այսպէս բնաւորեցաւ արբենալ ի սեր հին աւանդութեանց մատենից ամենայն բանախնդիր բանասէր ։ Վասնիօն առաւել՝ աղգիս պարծանք, և աղգին յունաց անակնկալ պարգև, զի զնոցայն ի նոցայնոց նոցա մատուցանեմք՝ արդ կարօտելոց, արդ զուրկ եղելոց ի մեծագին իրացս, զորս ժամանակն առաջին ետ մեզ ի նոցանէ առնուլ ի փոխ, և ժամանակս յետին յաջողեաց փոխատրել ի նոսա ։ Վասզի ի գարուց հետէ բազմաց կորուսեալ է առ յոյնս յունական սկզբնագիր գործոցս, որոյ հաւաստատ թարգմանութիւն անտիպեծ ի սջզ անտի Վարգմանչաց մերոց աւանդեալ աղգիս՝ պահեցաւ անվթար ի միջի մերում մինչև ցօրս ցայս (բաց ի քանի մի թերթից անկելոց ի հին օրինակէ, զոր յետ ժամանակաց՝ ժամանակն յուսամք ընուցու)։ վասն զի այս սովորութիւն է հնութեան՝ մնալ և հաստել զամենայն , այլ առաւել ի ծոցի իւրում, ուր ինացուած ինչ առ հեռաւորս դիւրագոյն պարհի։ որպէս և ոչ սակաւք ի հնութեանց աղգիս յօտար աշխարհս պահեցան , որ ի բնիկ աշխարհի ոչ ևս երևին ։ Ունել ունէին զնշխարս Վրմնիկին մատենից Եւսեբի և արևմտեցք ի լատին բարբառ՝ թարգմանութեամբ մեծին Հերոնիմոսի ժամանակակից մերոց Թարգմանչաց։ քայց ոչ էր այն բաւական ի յառաջագոյն ընթերցասիրաց, այլ առաւել սովեցուցիչ բաղձանաց նոցին։ Մի՝ զի գլխաւոր և կարևոր մասն առաջին, յորում էն ամենայն հաշակք հնութեան և հիմունք ժամանակագրութեան, կամ՝ անթարգմանն էր թողեալ, և կամ՝ ի կորուստ անկեալ։ յորմէ և յոյզք և խնդիրք բազումք առ մատենագիրս եւրոպացւոց , մինչև և սուտասնուն գրուագ ծոց Եւսեբի՝ ի վեր ելանել , և՝ ի վերոյ ձգգիտ բանից հեղինակին ստուերածս ածել։ Եւ միւս ևս՝ զի և երկրորդ մասն , Եանոն առաձգեալ, այն է աղիւսակ ժամանակագրական՝ իրէն համառօտեալ բովանդակութիւն մատենին առաջնոյ, ոչ տայր դեւսեբեան վաւերականութիւն ինդրելի , այլ կամ՝ ի հերոնիմեան վկայութիւն էր ապաստան, և կամ՝ ի ծուփս խորհրդոց մնայր, եւսեբի իցէ այս ինչ ասացուած, եթէ լատին Թարգմանչի. վասն զի որպէս մեկն խոստովան լինի աչն հերոնիմոս յիւրումն յառաջաբանի , եթէ Եւսեբի ոչ ասէ, այլև յօրինիչ՝ յաւելուածով աղգի աղգի պատմեհան աւանդից ի բանից այլոց արևմտեան հեղինակաց ։ Եւ ահա մերս օրինակ՝ անկեղծ և իրէն անթերի՝ ունի այժմ տալ և եւրոպացւոց գլուխն փափաքանաց իւրեանց. այս է տեսանել զԵւսեբիոս կատարեալ և զԵւ-

սերբիս Հարաղատ։ Եւ մեք որպես ի Հաճոյակատար լինել խնդրոյ նորա, նոյնպէս և ի հաճոյական և ի պանծալի ընծայեցուցանել զաղգ մեր՝ ձեռն արկաք յայս գործ գժուարաբիբան, նախ՝ թարգմանելով զայն ի հայկականս ի լատին բարբառ. երկրորդ՝ հաւաքելով զնշխարեալ ինացուածս յունական սկզբնագրի՝ զորս ի վկայութիւն առեալ էր երբեք ի գրոց սուրբ հարցն եւսեբեայ՝ յայն մատենագրաց եղելոց յետ նորա. և երրորդ՝ ծանօթութիւնս մանրամասնաբար ի վերայ ածելով ամենայն բանի և բառի՝ ի սուրգութիւն հայերէն հին թարգմանութեան, և ի յայտարարութիւն ամենայն հանգամանաց լատին թարգմանութեանս մերոյ, և ի համեմատութիւն աներկբայելի յունական հատուածոց։ Օգր և ընծայեմք սիրով ի վայելուչն ամենայն ուսումնասիրաց ազգիս և ամենայն ազգաց, ի փառս և ի պատիւ հայրենի ժամանակաց՝ անեղ և անժամանակ Բանին բարեբերոյ, վասն մեր ընդ ժամանակաւ եղելոց. որով և նա ինքնին ամենահոգն ՅՈՎ փրկիչ մեր ընդ ժամանակագրութեամբս եմուտ հրաշափառապէս։

ԾԱՆՕԹՈՒԹԻՒՆ

Ամէն ուրեք բառ ինչ կամ տող յընթացս տպոյ ի հայերէնն նօսր գրով տպագրի, իմա ի զանազան միտս. զի կամ ի բուն օրինակի կայր նշանակեալ այն ի վերոյ տողն, որպէս և երբեմն ի լուսանցս. և կամ որպէս յայտնի վրիպակ գրչի ուղղագրեալ է ի մէնջ՝ երբ ի բաց բառնալի, և կամ երբ մուծանելի. և այս ի թելեթ կամ սպա թէ ոչ՝ զոյլ կարևոր գիտելիս Հոմագոյն նշանակեմք ի լատինական ծանօթութիւնս հանդերձ հայերէն գրչութեամբ բառից, զորոց իցէ խնդիրն։

Բնագիրն էր մագաղաթեայ օրինակ՝ բոլորգիր ընթեր, անթուական, և անվերնագիր, գրեալ ի գաւառ Ընորհալոյն, որպէս երևի՝ ի պէս եզերք նորա Գրիգորի պահլաւունւոյ. զի սոցա համարեմք լինել գինիքն՝ որ յընթացս կանոնին. ասէ. Ճծ։

Ամէն ուրեք սեռանուն տպեալ ո, միշտ գրեալ լինի ի ձեռագրի ա ըստ հին ոճոյ, մանաւանդ թէ երբեմն և փոխան տառիս ո. զորօրէնակ Կրաւնոս, տպաւրոս, սերաստաւս, պաւրոս, պաւղիբոս, գիոպաւ, գիոտացիք, սաւսակիմ, և այլն. իբր Կրաւնոս, տպրոս, սերաստոս, պաւրոս, պղիբոս, գիոպղիոտացիք, սոսակիմ, և այլն։

Դարձեալ քանզի ի հին գրչութիւնս Ա. Ս. Տ. Մ. ունին երբեմն զձև նմանաւոր, ուրեք ուրեք գրիչն մեր չփոխէ զայսոսիկ տառս ի խրթին յատուկ անուանս. զորս հարկ եղև մեզ ուղղագրել համեմատութեամբ յունին՝ մերթ սպաքարար, և մերթ նօսրագիր տպէ լով զդէրն սրբագրեալ ի մէնջ. որպէս և երբեմն ի հայոցմն անփո փոխ թողուլ, և ի լատինն ուղղագրելով։

Եւս առաւել տառքս է, և է, առեալ շփոխելին ի մատենիս. և այն առաւել ի յատուկ անուանս. յորս սակս գրի է՝ փոխանակ գրե լոյ է. և մեք բազում մասամբ անփոփոխ պահեցաք, թէպէտև սկզբնական ոճ. զորօրինակ ըստ Հրդ. ազդն ուղղագրութեան նախնեաց պարտ էր գրել ազէքսանդր, և ոչ ազէքսանդր. մնաց մեզ գործացի, և ոչ մնաց մեզ գործացի, և այլն։

Ամէն ուրեք մի և նոյն անուն տղէտդ օրինակաւ գրի, տլսնէքն տարբերութեամբ քանի մի տառից, մի վրիպակ ինչ կարծեցեալ, այլ հեռատեսութիւն օրինակին. զի թէպէտև կարճաք զսխալ կարծեցեալն ընդ ուղիղն յարմարել, բայց տեսանելով զի հաւաքակօրէն դասին այնպիսի պէսպիսութիւնք և ի յն. և ի լտ. կամաւ թողաք զկրկին ընթերցուած։

Ճշմարտութիւն գործոյս ի ժամ ապագրութեան բազումք ի մեզ բանից մերոց կամակոր եղեն ձեռնհաս քրտամբք շաբ. խակ ի թարգմանութեան ի հայկականս ի լատին (իբր քան և հինգ ամաք յառաջ) առանձին գործակցութեամբ օժանդակեալ էր լուսահոգի գեղաւիկն իմ Վ. Հ. Յակոբ վարգապետ աուետիսեան երկանելոց։

Բազում ինչ արժան էր ծանուցանել յընթացս գործոյս՝ վասն մեծութեան բառից և բանից ուրեք ուրեք, և վասն պէսպիսութեան գրչութեան օրինակագրաց ի հյ. և ի յն. և այլն. բայց քանզի զամենայնին լիով նշանակեալ է մեր ի լատինական ծանօթութիւնս, ոչ կամեցաք զնոյնս երկրորդել և հայերէն. ապա թէ ոչ՝ կրկին ելծակ նայր գործս, և անբեկելի լինէր արևմտեան վերծանողաց կրկնելեզու ծանօթութիւն։ Եթէ պէտք լինիցին ըստ ժամանակին տպագրել զայն գործ հայերէն ևեթ ի խնդրոյ փափաքողաց, յայնժամ ի դէպ է ի մեր բարբառ. գնել և զմամանօրինակ ծանօթութիւնս, մանաւանդ պարզաբանութեան վասն խրթին առացուածոց և անծանօթ ազգիս եղելոց պատմութեանց։

EUSEBII PAMPHILI

CAESARIENSIS

CHRONICI BIPARTITI

PARS PRIMA

HISTORICO-CHRONOGRAPHICA[1].

Բ[ազ]մ. պէսպէս մտռեանս առաջ-
նոց պատմութեանց անցեալ. զոր քաղ-
դէացիք և ասորեստանեայք յիշա-
տակէն. զոր գրեն մի ըստ միոջէ և ե-
գիպտացիք. զոր և յոյնք վիպեն հա-
ւասարաւ. որպէս թէ մարթ իցէ
Ընդ որովք փակեալ կային ժամա-
նակք թագաւորաց, և ողջմիպիադաց,
որ թարգմանի ըմբշամարտաց և զա-
րութիւնս ինչ՝ որ ի բարբարոսաց և
ի յունաց, յարեաց և յանարեաց գոր-
ծեցան. և զիւրաքանչիւր ուրուք
զօրս զարմանալիս, զզօրավարս, զի-

Varia [2] antiquarum historiarum evolvi volumina [3], tum, quae [4] Chaldaei et Assyrii memorant, tum etiam, quae singillatim vel Aegyptii conscribunt, quaeque certo, prout licuerit[5], enarrant Graeci: quibus inclusa erant Regum et Olympiadum, quae Athletarum interpretantur [6], tempora; atque praeclara quaedam acta (comprehendebant) [7], quae a barbaris, et Graecis, fortibus ac ignavis gesta sunt; nec non singulorum miram militarem manum, magistros mi-

(Locus Graeci textus desiderati.)

1 Quùm in ipso totius operis aditu nulla occurreret Inscriptio in Codice nostro, ut pote qui sinceram perantiqui Exemplaris fidem prae se ferebat, necesse nobis fuit hanc concinnare inscriptionem, universae hujus Libri rationi congruentem; nempe ut Eusebius ipse Opus suum disposuit. Ceterùm hac de re consule Praefationem nostram. §. 1. Non abs re erit significare, quod Armenus quidam curiosus lector Codicis nostri aliquot ante saeculis, in calce haec notaverat. * Եւսեբեայ Պամփիլացւոյ Եպիսկոպոսի արարեալ զգիրս պատմագրաց հատորս առաւ. յորում ինն հատորն պատմէ զԱբգենւթենէն և զառաքելոցն սրբոց, նաև զամենայն եկեղեցական պատմութենէնց։ Իսկ սա առաջինս յագամայ և զկենդանութենէն աշխարհի մեռեալ. որ և կոչի Քրոնիկոն ‖։ i. e. » Eusebius Pamphilius Episcopus scripsit libros historicos tomis decem; quorum novem narrant de Christi Incarnatione, deque Sanctis Apostolis, necnon de universis historiis Ecclesiasticis. Verum primus iste de Adamo, mundoque condito enarrat; vocatur autem Chronicon «.

2 Merito itaque quidam ex eruditis primam hanc Eusebiani Chronici partem, egregio nomine Παντοδαπὴς Ἱστορίας, scilicet *Omnimodae Historiae* juxta D. Hieronymum in Catalogo virorum illustrium, appellarunt; tum quod vox prima est πλειάκις, quae aeque notat *varium*, ac *omnimodum*, id est παντοδαπόν, maxime apud Interpretem nostrum; tum quod etiam Thomas noster Arzerunius, qui IX. Saeculo vixit, haec Chronica citaverit nunc hoc nomine բազմակն, *multifariam*, nunc altero, բազում վիպք պատմութենից, *plurima historiarum dicta*. Nimis ergo ambiguus fuit novissimus Chronicorum Commentator Spittlerus, cum dixit pag. 50. contra auctoritatem Hieronymi: » Disjunxisse enim videtur Hieronymus, quae conjuncta accipi voluit, et *omnimodam historiam epitomenque* vocavit, quae forte apud subtiliorem Scriptorem *Epitome omnimodae historiae* esset appellata «. Lector autem velim reponat: Opus Eusebii fuit tàm Omnimoda Historia quoad I. Partem, et Epitome quoad II. P. quàm integrum opus fuerit tamquam Epitome omnimodae historiae.

3 Նախնոց պատմութեանց. *antiquarum* sc. *historiarum*, potest etiam intelligi *Majorum*, vel *Priscorum historiarum*. Sicut etiam մեծ. *volumina*, poteram aequè vertere *scripta*, *litteras*; cùm prae se ferat illud Gr. Γράμματα. Verbum անցք denique ad sensum a nobis accommodatum *evolvi*, sive *perlustravi*, *peragravi*, satis prodit illud Gr. διῆλθον. *transivi*.

4 Lazarus noster Pharpensis satis antiquus Scriptor v. Saec. exeunte, praesentem Eusebii praefationem imitatur in prooemio suo his verbis. * Ընդ բազում մեռեալ մանկունց պատմագրացն հայոց անցք. յորոց ‖, և այլն. quo patet Eusebium Armenium praesto ipsi fuisse. Eandem ferme dicendi rationem usurpat et Arzerunius in prooemio Lib. I. cap. 1. * Ի խոյզ և ինդիր եղեալ՝ զհատատեսն գոռանել շարադրեալ մեռելանց, և ի բազում վէպս պատմութեանց անցեալ՝ գրեցի ‖։ Qui sane Arzerunius inter alios scriptores antiquitatis Auctorem maximè nostrum imitandum sibi duxit, cum dixerit loco citato. * Եւ արդ՝ ըստ Եւսեբեայ բազմագէտ յիշատակից, և ըստ Աֆրկիանոսի հատատասիրասիրանութենէնն, և ըստ Մովսեսի քերթողի, նախ ի մէջ առից զորպիսութիւն ազգացն բաժանմանց գրել ‖։ i. e. » *Itaque juxta Eusebii omnimoda examina accuratissima, Africanique fidem in sermone, nec non ad vestigium Moysis Poetae* (sc. *Chorenensis*) *in primis aggrediar describere statum divisionis gentium* «. Non dissimilis imitatio cernitur etiam in Praefatione Joannis Catholici historici dicentis. * Հետևեալով իմ ընդ հանճառս հատատութիւն ազգացն գրեալ ինձ մատենից ծածկոց, այլև ընդ արտաքոյ ևս ժամանակագրութիւնս, որք վիպեն հատատասս ‖, և այլն.

5 Որպէս թէ մարթ իցէ. Apprimè significat, *quasi vero liceat*, vel ac *si fieri poterit*. sed tamen hic Hellenismum redolere videtur, ideoque assignare pro illud, ὡς δύναται.

6 Interpretis Armenii paraphrasin dixeris illud, որ թարգմանի ըմբշամարտաց, ut suis exponeret olympicum ludum *Luctatorum*, *Athletarum*, vel *Gymnicorum*, sive Latino more, *Gladiatorum*; aut potius *Luctationum*.

7 Si non sit Librarii mendum, vel ita haec exponenda, ut posuimus in Lat. vel etiam paulò aliter reddenda. *Congruum duxi digerere praeclara quaedam acta etc.* quamvis tunc redundaret զամենեսեան, *cuneta*, vel *omnes*.

մաստուհս , զքաջս , զանհաստեղծս , զվիսպագիրս , զփիլիսոփայս ։ Կահաւորութիւն համարեցայ, մանաւանդ թէ օգուտ իսկ , և կարևոր պէտս , համառօտիւք զամենեսեան 'ի կիր արկանել ։ Այս յերբայեցւոց զառ 'ի ծագ գրոց կրեալք եբրայական նախնեացն պատմութիւն , և ժամանակագրութիւն ընթերակայ հանդիպել ձառելոցս դնել ։ Արդեօ զի 'ի վերայ հասանել կարիցեմք , եթէ որչափ յառաջ քան զկենարար ծածայայնութիւնն մեռեալս և որ յետ նորա երբայեցւոց մարգարէքն կային՝ իցեն . և զոր ինչ ծածկէին հոգւովին յառաջագոյն բարբառէին . զի դիւրաւ ձանաչել մարթիցեմք՝ եթէ որոց յետնաց կամ բարբարոսաց , որք յերբայքանչիւր ազգս քաջք երևեցան , դիպեցան . և յոր ժամանակս եղեն անդուստ 'ի վերուստ հոյակապքն 'ի մէջ երբայեցւոցն մարգարէքն . և ա մինեքինն՝ որ ի ըստ միոջէ 'ի նոցանէ եղեն նոցա առաջնորդք ։

litiae, sapientes, strenuos, poetas, historicos, philosophosque. Congruum duxi [1], immo utile ac necessarium opus, breviter cuncta digerere, atque ex Hebraeis in Sacris Scripturis comprehensam Hebraicae antiquitatis historiam et chronologiam hisce praedictis proxime apponere; ut consequi valeamus, quantum Moyses, Prophetaeque Hebraeorum, qui post ipsum extitere, salutarem Theophaniam [2] praecesserunt, atque ea quaecumque Divino Spiritu praedixerunt; quo facile cognoscere possimus, quibuscum ex Graecis vel barbaris, qui in singulis nationibus viri praeclari extiterunt, simul vixere [3], quave aetate jam inde a primis temporibus praestantiores inter Hebraeos Prophetae extiterint; sicuti etiam omnes, qui ex ipsis eorum Duces fuerunt [4].

(Locus Graeci textus.)

Այժմ դուռ և պատուէր առաջ ամենայն ումեք աստէն 'ի սկզբանս , մի երբեք ոգորել յանդգնել , որպէս թէ ստուգիւ ինչ հասու ժամանակացն կարիցէ ոք լինել ։ Օ այս նախ անտի իսկ շահիցիմք , եթէ ձշմարիտ վարդապետ զայն՝ որ ասաց ցիւր ծառնօթան , համարիցի ոք , թէ չէ՛ ձեր ձանաչել զժամ և զժամանակս՝ զոր հայր եդ յիւրում իշխանութեան ։

Interim vero initio monitum, ac commendatum universis vellem, ne quis contendere umquam audeat, quasi de temporibus quisquam omnino certus esse possit. Quod sane vel inde primum obtinebimus, si veracem magistrum quis censeat dicentem suis familiaribus. (*Act.* 1. 7.) » Non est vestrum nosse horas et tempora, quae Pater posuit in sua potestate «[5]. Sed

1 Arm. vox *կահաւորութիւն* eadem est cum Gr. *κατασκευή*. utraque enim significat *opificium*, *apparatus*, etc. quasi verò velit Auctor parare se ad hoc opus struendum: ita ut pro *Congruum duxi*, poteramus aequè usurpare *Operae pretium duxi*, vel *operam dedi*. sicut etiam pro *'ի կիր արկանել* quod est *usurpare*, *uti*, placuit interim dicere *digerere*.

2 *Աստուածայնութիւն* exprimit Gr. vocem *Θεοφανία*, unde Theophaniam Latini sunt mutuati, id est *Dei apparitio*, vel *manifestatio*; ideoque denotat Adventum Christi. Altera vox *կենարար* refunditur in Gr. *Σωστοιόν*, i. e. *salvificam*; ubi nos diximus *salutarem*.

3 Pro *դիպեցան*. *contigerunt*, vel *convenerunt*, ad sensum exprimendum posuimus *simul vixere*.

4 Hinc pronum est intelligere, quid in hac prima Chronicorum parte Auctor spectaverit; ea enim undique colligit, quibus utatur in secunda parte: ut postquam omnia firmaverit antiquorum scriptorum auctoritate, deinde feliciter incipiat legitimam exponere temporum rationem in Canone. Verum huc pertinet *Exordium Libri*, opus incertum Eusebio adscriptum in Codd. Hieronymi, quoad initium: illud, inquam, quod Scaliger primae partis Eusebii prooemium judicavit; Vallarsius contra, secundae (quam solam ipse partem novit,) introductionem autumavit. Nos certi sumus, quod non attinet ad primam partem, nisi quoad sensum, sicut etiam tota secunda pars summa est primae; quare reducimus illud *Exordium* ad principium Canonis post Hieronymi praefationem. Hic solummodo adducam initium illius juxta usitatam lectionem ab Roncallio usurpatam. *Tom. I.* pag. 23.

» Incipiunt tempora totius saeculi, Regesque gentium omnium, quibus locis, quibusque temporibus in suis Provinciis, et quantum regnaverint, vel si quid memoriae dignum per generationes, nativitates, et regna, et ducatus, per omnem actum Judicum, et omnium regum Juda, et aliorum qui non ex eadem tribu regnaverunt, et per regnum Assyriorum, caeterarumque gentium, et tempora Dictatorum cum Consulibus ordinariis. Sed et tempora Imperatorum, et Caesarum, et quibus temporibus historiographos (al. historiographi) fuisse dixerunt: sed et successiones eorundem, quod per ordinem rerum superius declaratum est (quo citare videtur primam Chronicorum partem). Quorum universa tempora, gesta, sive apud Hebraeos, vel apud Graecos, vel apud Romanos, sive apud Barbaros, caeterasque gentes, quae gesserunt, vel constituerunt per historias, in hoc libro plenissime demonstrantur: quod et in libro hoc (Scal. Iligini) Historiae singulae conscriptae declarant, deorum generationem, vel singulorum progeniem, sive his temporibus ipsis antelatis, quae gesserunt, et tempora Olympiacorum, ex quo primus agon gymnicus constitutus, quos (Scal. constitutus est, quod) Graeci Olympias appellant. Et quo tempore adventus fuit Salvatoris nostri Jesu Christi, sive passio ejus; simulque et nomina Episcoporum Ecclesiarum numero quatuor, hoc est, Romanorum, Alexandriae, Jerosolymorum, et Antiochiae etc «.

Haec sunt praeludia chronica, si non ad Canonem spectantia, certe verba auctoris Anonymi, si vis Graeci vel Latini, (nos omnino latet) Eusebio nostro adhaerentis; de quo dubio marte inter se concertarunt hucusque eruditissimi critici sub nomine auctoris nostri.

His itaque praetermissis, non abs re fuerit transcribere illum Eusebii genuinum locum ex Praepar. Evang. Lib. x. cap. 10. ubi quaedam recenset similia hic traditis. ita enim pag. 482. D. (in edit. Coloniae. 1688.) *οὐ δεῖ δὴ λοιπὸν ἀλογίας ἡμῶν κατηγορεῖν, εἰ δὴ τοὺς τῶν Σοφῶν Ἑλλήνων, καὶ αὐτῶν γε τῶν παρ' αὐτοῖς Φιλοσόφων διδασκάλους, τοὺς Βαρβάρους λέγω, πόθῳ τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας καὶ αὐτοὶ μετήλθομεν, εἴγε Βάρβαροι Ἑβραῖοι. ὧν τοὺς χρόνους, καθ' οὓς ἤκμασεν Μωσῆς τε καὶ οἱ μετὰ Μωσέα Προφῆται, εἰ ἄν ἔχοι διελθεῖν.* id est juxta interp. Francisci Vigeri. » Ac desinant isti porro nos temeritatis arguere, quod verae pietatis studio, Graeciae Sapientum Philosophorumque doctores, Barbaros, inquam, illos, si barbari tamen Hebraei sunt, consulere voluerimus ipsi quoque. Deinceps quibus ipsi temporibus, Moses puta, caeterique post eum Prophetae claruerint, excutiendum erit «. Prosequitur autem sequenti capite ea recitare, quae in Canonis Praefatione verbotenus occurrant lectoribus.

5 Locus sacri textus hujusmodi est in Gr. *οὐχ ὑμῶν ἐστι, γνῶναι χρόνους, ἢ καιρούς, οὓς ὁ πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ.* Lat. Vulg. » Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quae Pater posuit in sua potestate «. Arm. verò ibi. " Ոչ է ձեզ գիտել զժամս և զժամանակս, զոր հայր եդ յիւրում իշխանութեան ։ Ubi clare cernimus Interpre-

(Locus Graeci textus)

այդ նա ածապէս տիրաբար՝ թուի ինձ՝ թէ ոչ միայն վասն կատարածի, այլ վասն ամենայն ժամանակաց եւ զայն վճիռն սակաւ բանիւք. զի զորս լըքել ժամել յայնպիսի գատարկ քննութիւն յօժարեն, արգելուցու։

Ալաև մեզ իսկ բանս՝ ատենաբանին սմին վկայեալ հաւատարիմ առնիցէ զվարդապետին բարբառ, թէ ոչ յուներց և ոչ բարբարոսաց և ոչ այլոց անդատին իսկ յերբայեցւոց մարթի հաւասարեաւ ուսանել զամենայն աշխարհի ճշմարտակատարութիւն։ Այլ զայն ևս լեալ սիրել, եթէ ամենևին որ ի մէնջ յայժմու ձառս նպաստս լինիցի՝ երկուս ինչս ճանաչել։ Առ՝ զի մի այլոցն ոք նմանեալ կարծիցէ ձըշդիւ գաւառիւ հասանել համարոյ ժամանակացն՝ և խաբիցի։ Այլ զայն ևս եթէ ի հանդիսի անցուցեալ գիտիցէ, թէ ուրախս զիմարդ մարթի իցէ գիտել զմնդիրս՝ որ առաջի կայ, և չլինել երկմիտ։

Ընդ յունաց չէ ինչ զարմանալ արտաքոյ հասանելոյ իւրաքանչիւր երկայն ժամանակաց լինելոյ, որք ընդ ազգի ազգի երդնագործն ապականութեամբ արկին զանձինս. և ընդ երկար ժամանակս մինչև ցկադմեայ ազգն՝ ամենևին գրով ինչ ոչ վարել։ քանզի կադմոս ասեն նախ եբեր նոցա գիր ի փիւնիկեցւոց աշխարհէն։ Առ յիրաւի իսկ ի պղատոնի գիրսն անգոնակ եգիպտացին զոսդոն. ո՞վ սոլոն ասէ՝ յոյնք միշտ մանկտի էք. քանզի ծեր յոյն այր երբէք ոչ գտանի, և չէք ստ ի ձէնջ ուսանել ուսումն զհին ժամանակին։ Իսկ եգիպտացւոց բազում ինչ ստանոյիկ ձառք պատմին. նոյնպէս և

ille velut Deus ac Dominus, non solum de mundi fine, sed etiam, ut mihi videtur, de omnibus temporibus hanc paucis verbis sententiam tulit; ut eos nempe qui in talem vacuam disquisitionem amant audacter praesumere, impediret.

Quinimmo verba quoque nostra impraesentiarum idem testificando, magistri illud dictum testatissimum reddent: nempe, quod neque a Graecis, nec a barbaris, nec ab aliis, nec ab ipsis quidem Hebraeis integram mundi Chronologiam accurate quis discere possit [1]. Illud tamen solummodo exoptandum, ut omnino quod in rem nostram faciat, duae res cognoscantur. Primo ne forte quisquam arbitretur aliorum more accuratissime consequi posse rationem temporum, et decipietur: Sed (quod praeterea velim, ut advertat lector) illud tantum in lucem (a nobis) editum fuisse agnoscat, ut quomodo, quove pacto quis scire queat praesentem quaestionem, nec vero ambiguus maneat.

Quod (autem) Graeci remotioribus temporibus omnino excludantur, ne mirum id videatur: quippe qui variis nefandis corruptelis semetipsos implicaverint, et longo tempore usque ad Cadmi generationem litteris prorsus caruerint. Cadmum enim primo, ajunt, ipsis ex regione Phoenicum [2] characteres adduxisse. Et quidem jure Aegyptius quidam in Platonis libro dicteriis incessit Solonem. » O Solon, inquit, Graeci semper pueri estis: quoniam senex vir Graecus vix reperitur unquam; nec potest quis a vobis discere antiqui temporis documentum «[3]. Aegyptiorum vero multiplicia referuntur monumenta commentitia,

tem Eusebii vix observasse Armenam scripturae versionem, sed magis Gr. textui, ab auctore citato, adhaesisse; quae res profecto ostendit apud Armenios nondum iis temporibus late evulgatam fuisse Sacrarum Litterarum translationem: quippe quae translatae fuerint eodem saeculo, quo Eusebii opera quoque translata sunt; alioquin certe juxta Nationis lectionem exacta servaret cuncta versionis sacrae verba; quod efficit Samuel chronologus, saec. XII, cum transcribit hunc Eusebii locum hoc pacto. « Իսկ յօժարութիւն կամաց մարդկութեանս ներհուն լինել սակաւոյն՝ անցելոցն և ապառնեացն, քան ներկայից. որպէս ուսաք ի գրոց, հարցաքննեալ զայսոսիկ յաթոռոյ ածայնոց և արտաքնոց։ Որոց իւրոցն ծանօթիցն ասէր կենարարն, եթէ ոչ ե ձեզ գիտել ջամանս և ջամանակս, զոր հայր եդ յիւրում իշխանութեան։ Ոչ միայն ասէր զայս վասն կատարածի, այլ՝ վասն ամենայն ժամանակաց եդ վճիռ, ասէ Ջնարատապատումն Եւսեբի. զի զիտաս և զդատարկաղոյս արգելուս սակաւ բանիւս, մի ոգորիր հասու լինել սահմանեալ ժամանակաց։ Իսկ այս հրամանք ածային և տէրունական տիրապետեն և Ջմարիտ սուրբ եղև. զի զայսոքանչելին արքեալցու յանօգուտ աշխատութեանց ||։ hoc est. » Verùm propensio voluntatis humani generis curiose indagatrix existere videtur praeteritorum futurorumque potiùs, quàm praesentis; quemadmodum didicimus ex libris, sciscitantes haec de viris divinis externisque. Quibus suis familiaribus dicebat Salvator: Non est vobis scire horas et tempora, quae Pater posuit in sua potestate. Non pro ultimo tantum fine haec profarebat, sed de omni tempore sententiam posuit, ait maxime verax ille historicus EUSEBIUS. Nam animos percuriosos atque inania disquirentes paucis his verbis impedit: Ne contendas certo consequi scientiam temporum. Verum haec mandata divina ac dominica ex diametro et veraciter data sunt ad curiosos coercendos ab inutili labore «.

1 Si verba ipsa servanda erint Armenicae lectionis, in Genitivo vel etiam in Dativo videntur sonare haec: » Neque Graecorum, neque Barbarorum, neque aliorum; vel, Neque Graecis, neque Barbaris, neque aliis, jam inde ipsis Hebraeis possibile erit certè ediscere totam mundi Chronographiam «. quod sane valde incertum prodit sensum. Paulo post necessarium duximus pauca addere parenthesi clausa; alioquin fatendum erit, omnino obscurum esse hunc locum; quem ex parte sibi conciliavit Joannes Catholicus dicens in sua Praefatione. « Այլ այս այն չասի առ յիրեն քեզ սեացի, զի առ ի յայժմու ձառս նպաստ լինալ, ոչ այլոցն կարգի բանին հասանելոյ սեթեւեթել ||։

2 Haicanae, sc. Armenicae, linguae usus plerumque solet nomina regionum, ut magis venustè, exprimere աշխարհ, կամ երկիր փիւնիկեցւոց, յունաց, հայոց, և այլն, *regio* vel *terra Phoenicum, Graecorum, Armeniorum*, etc. quam փիւնիկէ կամ փիւնիկասան, յունաստան, հայաստան, *Phoenice, Graecia, Armenia*. nos tamen posteriori hoc modo passim exposuimus in Lat.

3 Hunc ipsum Platonis locum iterum recitat ipse Eusebius noster in sua Praepar. Evang. L. x. c. 4. pag. 471. simili modo, quo hic legitur. ὦ Σόλων, Σόλων, Ἕλληνες ἀεὶ παῖδές ἐστε. γέρων δὲ Ἕλλήνων οὐδείς, οὐδὲ ἔστι παῖ ὑμῖν χρόνῳ πολιὸν μάθημα. (quod sic redditur à

քաղդէացւոց. զի նոքա ՚ի քառասունն և յեօթ աւելի բիւրս ամաց հաւմարին զգրեալ իւրեանց ժամանակս. և եդիսպատչիք դից իւիք և այլոց ոմանց դիւցազանց, և առ այնու ուրուականաց և մահկանացուաց այլոց թագաւորաց բազում՝ ինչ զառանցելոց առասպելս տողէն։

Այլ արդ՝ զինչ հարկ իցէ ինձ, որ քան զամենայն ինչ զճշմարտութիւն պատուեմ, զայնպիսի իրս մանր կրկտել. ուր և յեբրայեցիս յիմ սիրելիսն երկբայութիւնս գտանի. զոր ՚ի դէպ ժամանակի յանդիման կացուցից։ Այլ այս ընդունայնակարծ հպարտութիւնն ժամանակագրացն առաջի ՚ի կշտամբութիւն։

Այսպէս ես վասն իրացն՝ որ առաջի կան, զհնոցն գրուիք եկեալ, նախ եդից զքաղդէացւոցն ժամանակագրութիւնն. ապա զասորեստանեայցն. ապա զմարաց թագաւորս. ապա զլիդացւոց. և առ նոսին զպարսից։ Այլ անտի ՚ի միւս տեղի փոխեալ՝ զամենայն զեբրայեցւոց ժամանակագրութիւնն եդից կարգ ըստ կարգի։ Այլ յետ նորին դարձեալ յերրորդ կարգի զեգիպտացւոց հարստութիւնս ժամանակաւն։ ՚Ի նոյն յարեցից և զպտղոմեանցն, որ յետ աղեքսանդրի մակեդոնացւոյ թագաւորեցին և գիպտոսի և աղեքսանդրեայ։ Օ՜ Սո-

haud secus ac Chaldaeorum: etenim isti ad quadraginta et plures etiam annos myriados, sua, literis tradita, tempora computant. Aegyptii vero Deorum, ac quorundam semideorum, et interea manium, atque mortalium aliorum regum, plurimas, delirantium more, fabulas contexunt [1].

Quae me igitur urget necessitas, ut ipse qui prae omnia veritatem colo, ejusmodi res minute inquiram? cum quidem apud dilectos quoque meos Hebraeos dubia quaedam (de computatione temporum) occurrant: quod tempore opportuno exponam. Hoc autem ad confutandam Chronographorum superbiam ex vana opinione conceptam, sit dictum.

Ego vero propter res, quae praesentes versantur, in priscorum libris versatus, ponam in primis Chaldaeorum chronographiam [2]: deinde Assyriorum; postea Medorum reges; deinde Lydorum; et juxta eos Persarum. Et inde ad alia gradum faciens, integram Hebraeorum chronologiam ex ordine digeram; atque post eam, iterum tertio loco Aegyptiorum dynastiae tempora. Illis addam etiam Ptolemaeorum (tempora) [3], qui post Alexandrum Macedonem in Aegypto, atque Alexandriae regnarunt. Post haec vero ex diverso capite [4], quomodo ni-

(Apud Georgium Syncellum pag. 32. vel 40.)

„ Αἰγύπτιοι δὲ θεῶν καὶ ἡμιθέων, καὶ παρὰ τούτοις νεκύων καὶ ζώντων ἑτέρων βασιλέων πολλὴν καὶ φλύαρον συνείρουσι μυθολογίαν “.

Latino Interprete Francisco Vigero). » O Solon, Solon, pueri semper Graeci estis, neque senex e vobis quisquam, neque canum apud vos ullum disciplinae genus «. At ipsa Platonis verba in Timaeo, pag. 1045. ita se habent. Καί τίνα εἶπεῖν τῶν ἱερέων εὖ μάλα παλαιῶν. Ὦ Σόλων, Σόλων, Ἕλληνες ἀεὶ παῖδές ἐστε, γέρων δὲ Ἕλλην οὐκ ἔστιν. Ἀκούσας οὖν, πῶς τι τοῦτο λέγεις, φάναι. Νέοι ἐστὲ πάντες τὰς ψυχάς πάντες. οὐδεμίαν γὰρ ἐν αὐταῖς ἔχετε, δι᾽ ἀρχαίαν ἀκοὴν, παλαιὰν δόξαν, οὐδὲ μέλημα χρόνῳ πολιὸν οὐδέν. (ubi Lat. Interp.) » Tunc a Sacerdotibus Aegyptiis quendam grandem natu dixisse: O Solon, Solon, Graeci pueri semper estis, nec quisquam a Graecia senex. Cur istud diceret, percontante Solone? respondisse Sacerdotem: quia juvenis semper vobis est animus, in quo nulla est ex vetustatis commemoratione prisca opinio, nulla cana scientia «. Ubi advertas velim πολιόν, sc. *canum* apud alios lectum, in codice nostro procul dubio παλαιόν, sc. *vetustum* vel *antiquum* lectum fuisse; ac consequenter ab Interp. Arm. subsitutum ՀԻՆ. quod forsan rectius judicetur respectu vocis adjunctae χρόνῳ, hoc est, *tempore*. id quod alii minime advertentes, Latini, inquam, Interpretes, ultro omiserunt mentionem *temporis*, tam in Praep. Eusebii, quàm in Timaeo Platonis; sicut etiam in Strom. Clementis Alex. Lib. I. p. 356. verum in praesenti loco omnino conservandum fuit, cum Eusebius de Chronologia verbum instituens disserit, minime reperiri posse apud Graecos priscam ullam traditionem *de antiquo tempore*, παλαιῷ χρόνῳ; nisi χρόνῳ πολιόν metaphoricè eodem accipias sensu.

1 Locus citatus a Georgio Syncello primum tenet locum inter Fragmenta Graeca, eaque vera Eusebiana, auctoris nomine expressius designata. Sic enim loquitur hic Syncellus. ὧν καὶ Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου μνησθεὶς ἐν τοῖς χρονικοῖς αὐτοῦ φησὶν οὕτω. Αἰγύπτιοι δὲ etc. sc. ad verb. » Quorum, et Eusebius Pamphili, mentione facta in Chronicis suis, ita dicit, Aegyptii vero «; et reliqua, quae in textu Graeco posita sunt, valde congruentia cum Armena nostra lectione. Quod sane magis pateret etiam in Latina translatione Goari, si non paulo aliter vertisset Syncelli verba hoc pacto. « Quos et memorat in Chronicis Eusebius Pamphili, dicens: Deorum et Semideorum, nec non apud eos Heroum, atque mortalium aliorum regum plurimas et nugaces congerunt et nectunt ad invicem confabulationes «. Ubi tria fecit doctissimus Goar vix laudabilia: Hoc dictum Αἰγύπτιοι δέ, a quo textus Eusebianus exordium ducit, plane omisit. Alterum παρὰ τούτοις expressit *apud eos*, ubi oportuit magis cum nostro Interprete reddere առ այնու, *ad haec*, vel *interea*. Ac demum pro τεκύων reposuit *Heroum*, cum debuisset vertere *Manium*, ut alibi observavit. p. 43. et in annot. p. 15. ad p. 32. *Manes*, vel *Deos Manes*. juxta Arm. ուրուականաց.

His praemissis de vera lectione Eusebiana, restat praeterea advertere, quod Syncellus cum citasset Eusebii verba antelata, continuata illico serie, adjungit alia quoque ejusdem auctoris dicta, aliunde nempe desumpta; ita ut duplicem Chronicorum locum in unum redegerit. verum secundam illam orationis partem videbis paulo inferius inter Eusebii dicta post verba Polyhistoris de Chaldaeis; ubi iterum haec addit Syncellus. Καὶ ταῦτα μὲν ὁ Εὐσέβιος μεμφόμενος αὐτοῖς τῆς φλυαρίας συνέγραψεν. i. e. “ Et haec quidem Eusebius, ut nugacitatem eorum (Aegyptiorum videlicet) sugillaret, conscripsit “. Quum ergo adeo firmiter citaverit Sync. Eusebii haec verba sub claro nomine tum auctoris, tum operis Chronici, feliciter ea sibi conciliavit Jos. Scaliger, ac inter sua fragmenta accommodavit; sed tamen cum nesciret nec genuinum locum, neque diversitatem locorum, simpliciter totum simul transcripsit in pag. 6. sub initio rerum Aegyptiacarum. De Vallarsio quid dicam, dubius sum; cum vel ipse dubitare debuerit de praesenti fragmento. Primam enim Eusebianae Chronologiae partem funditus evertendam cogitavit; in secunda vero, eaque a D. Hieronymo Latio donata nullum reperit vestigium nuper memorati fragmenti: sed multa praeterea dehinc eum urgebunt.

2 ժամանակագրութիւն ad syllabam est χρονογραφία, passim vero ponitur etiam pro χρονολογία. quare et nos sine discrimine utimur in Lat. versione utraque voce, *Chronographia*, sc. scriptio temporum, et *Chronologia*, i. e. sermocinatio de tempore: eodem sensu dicitur *ratio* vel *doctrina* temporum.

3 Ptolemaeorum refunditur in Gr. τὰ τῶν Πτολεμαίων. etenim mire inter se conveniunt articuli, quibus caret lingua Latina. quamobrem necesse fuit, pro Arm. q. s. praepositivo postpositivoque articulis, addere in Lat. nunc *tempora*, nunc *reges*, etc. nisi subaudiatur ex serie sermonis nomen ipsum.

4 Ad verb. յայլմէ սկզբանէ, *ex alio principio*. quo vult auctor assignare vel novam sectionem, capitulum nempe, ubi seorsum acturus est de Graecorum origine, vel fontes, ex quibus Graecam hauserit historiam.

(Locus Graeci textus)

բոլ զնոսին մի ըստ միոջէ յայլսն սկզբա-
նէ, եթէ զնայրդ յոյնք զնւբեռանց
պատմուԹիւնս պատմեն, ածից 'ի
յայտ: Նախ զնոսա՝ որք 'ի սիկիով-
նին Թագաւորեցին. և որք յարդիաց-
ւոց աշխարհին. և որք անդ իսկ յա-
Թենայեցւոց քաղաքին, յառաջնմէն
մինչև ցհռուակ յետինն. որք 'ի պա-
կեդոնիա, և որք 'ի կորնԹոս. և
որք 'ի մի կողմն ուրեք ծովակալք
տիրեցին:

Յաւելից 'ի սոյնս և զդիր ողմ-
պիադացն՝ որք 'ի յունաց գրեցան:
Նոյնպէս դնելոյ զոսոսս ամենեսին
առընԹեր միմեանց, ապա և զառա-
ջին Թագաւորսն մակեդոնացւոց, և
զԹեսաղացւոց. ապա և զասորես-
տանեայց, և զասիացւոց, որք յետ
աղեքսանդրի եղեն վարիչք, մի ըստ
միոջէ գրեցից: Ապա՝ զամե-
նեսին իսկ ուրոյն ուրոյն զատ 'ի մի-
մեանց կարգեցից՝ որք յԻնեայ. որք
յետ առնելոյն Իղիոնի՝ դասինացւոց
Թագաւորեցին, և յետոյ Հռոմայե-
ցիք կոչեցան: Նոյնպէս կար-
գաւ զայնոսիկ՝ որք յՀռոմիղոսէ, որք
զՀռոմ քաղաքն շինեցին: Նոյնպէս
'ի յուլիոս կայսերէ և յաւգոստոսէ
կարգ ըստ կարգի եղեն ինքնակալք.
և զհիպատոսն՝ որք 'ի միջի նոցա կա-
յին տարեւորք:

Նոյնպէս 'ի նոցանէ ամենեցունց
ժողովեալ անձին՝ 'ի քրոնիկոն ժա-
մանակական կանոնսն փոխեցայց. և
առեալ անդուստ 'ի սկզբանէ 'ի նո-
ցանէ՝ որք յիւրաքանչիւր ազգի Թա-
գաւորեցին, զժամանակսն յանցինիւր
ուրոյն ուրոյն բաժինս բաժանեցից.
և Հանդիպ միմեանց կարգեցից ըզ-
Թիւս ամաց իւրաքանչիւր ուրուք 'ի
նոցանէ. զի գիւրաւ և պատրաստա-
գոյնս 'ի վերայ հասանիցեմք, Թէ ո-
րք յոր ժամանակս եղեն. և զքաջու-
Թիւնս իւրաքանչիւր Թագաւորու-
Թեան՝ որք յամենայն ազգաց պատ-
մին, համառօտիւք 'ի մէջ Թագաւո-
րութեանն կարգեցից:

Այլ այժմ երկրորդումն առ յա-

mirum suas Graeci narrent historias, singillatim indicabo. Primum eos, qui Sicyone regnaverunt; quive Argiae [1]; quique in ipsa Atheniensium urbe, a primo usque ad postremum: nec non qui Lacedaemone, et qui Corinthi: qui demum in aliqua regione, mare obtinentes [2], dominati sunt, (recenseam).

His addam descriptionem olympiadum, quae a Graecis scriptae fuerunt. Postquam autem omnia haec apposite inter se invicem collocavero, tum et primos reges Macedonum, Thessalorumque [3]; deinde etiam Assyriorum atque Asianorum, qui post Alexandrum duces extiterunt singillatim conscribam. Deinde omnes quoque, qui ab Aenea, post captum Ilium, Latinis imperarunt, et postea Romani sunt appellati, singillatim ac distincte ad invicem in ordinem redigam. Postea vero ex ordine illos, qui a Romulo (originem habuerunt) [4], quique Romanorum urbem condiderunt. Et qui a Julio Caesare, et Augusto ordine succedentes Imperatores fuerunt [5]; nec non Consules, qui annui interea creati sunt.

Atque (demum) materias de his cunctis mihi recolligens, ad Chronicum temporum Canonem [6] me convertam. Ac resumens jam inde ab origine ex iis, qui in qualibet gente regnaverunt, tempora, singulas in partes seorsum dividam; numerum quoque annorum uniuscujusque ipsorum comparate inter se invicem apponam: ut facile ac expedite assequamur, quo quisque tempore fuerit. Atque singulorum regnorum praeclara gesta, quae apud omnes gentes narrantur, inter ea regna breviter exponam.

Sed illius secundi postea elaboratio

1 Juxta Arm. *արգիացիք*, *արգիացւոց*, et Gr. Ἀργεῖοι, Ἀργεῖων, debuit exprimi in Lat. *Argii*, *Argiorum*, vel *Argaei*, *Argaeorum*. verum apud Latinos ipsos passim legimus *Argivi*, *Argivorum*; aliquando vero *Argi*, *Argorum*, unde terra ipsa *Argia*.

2 Ծովակալ optimè resolvitur in Gr. nomen Θαλασσοκράτωρ, sicut etiam *ծովակալեմ* in verbum Θαλασσοκρατέω, quod non semel in Canone occurrit. Verum cum apud Latinos desideretur talis compositio, vel invitus dicam, *mare obtinere*, *maris imperium tenere*. etc.

3 Quamvis nos Latinorum more ubique expressimus *Thessalia*, *Thessali*, verum in Arm. nunc scribitur *Թեսալիա կամ Թեսալիա*, *Թեսալացիք կամ Թեսալացիք*. nunc *Թեսալիա*, *Թեսալացիք*, ob variantem Hellenismi lectionem Θετταλία, Θετταλοί, vel Θεσσαλία, Θεσσαλοί. Eusebius lectionem magis retinere anteriorem visus est. Ubi obiter notabis, quod hunc usum vocis *Thettalia* pro *Thessalia*, non advertentes eruditissimi Whistonii in translatione Chorenensis nostri, haesitant, atque vocem occurrentem Lib. I. cap. 7. p. 21. *զԹեսալիա*, ad Syllabas reddentes *Thitaliam*, in subjunctis notis ita haec divinant: « Nomen (inquiunt) ut arbitramur, corruptum. An ullo modo ad Graecam vocem Θάλαττα referri potest, ut adeo *oram maritimam* interpretemur. Namque id verborum series et continuatio postulare videtur ». Gratis tamen; namque reipsa locus citatus postulat vocem *Thettaliam*, *Thessaliam* nimirum, ut vulgò Latini dicunt: sicut etiam vel ipsi Whistonii alibi feliciter id assequuti sunt, cum L. II. c. 12. p. 107. *τὸ Թեսալացւոցն* rectè reddiderunt *Thessalis*.

4 Pro *Romulo* ubique Interp. Arm. habet Graeco more *Romylum*, vel potius *Romilum*.

5 Cuncta haec integra appositeque digesta occurrent studiosis Lectoribus in praesentis Chronographiae progressu, in Prima scilicet hac Parte, secundum ordinem ab Auctore praescriptum; nisi solummodo ultima sectio, ea videlicet, quae ad successores Julii Caesaris, Consulesque spectat, injuria temporum exciderit: quod dolendum maxime esset, nisi aliunde facile suppleretur.

6 Քրոնիկոն ժամանակական (vel, ut alibi legimus, *ժամանակաւոր*). Ex his duabus vocibus, secunda Armena videtur accommodata ab Interprete nostro, ut primam vocem Gr. Χρονικὸν explicet. utraque enim est *temporalis*.

պայ գործ լեցի։ Այլ առ այժմ՝ ի մեծաւոր ձառիս ճն առ այսր՝ տեսցուք զառ՝ ի քաղդէացւոց վիրաբանց նախնեաց պատմել զժամանակագրութիւն։

accedat [1]. Interim vero in proximo sermone, agedum quam Chaldaei de suis majoribus referunt, chronographiam perspiciamus.

(ՔԱՂԴԷԱՑԻՈՑ։)

(CHALDAEORUM [2].)

Արդ՝ սկզբնայ ձառիս զոր ասացաք զառնել, ի բազմավէպն պղտոնդրեայ. և վասն գրոց քաղդեացւոց, և վասն առաջին թագաւորութեանն նոցա։

Quomodo Chaldaei Chronographiam prodant, ex Polyhistore Alexandro: nec non de scriptis Chaldaeorum, primoque ipsorum regno.

(*Syncell. apud Scalig.*)

Ոչայս՝ բերոսոս յառաջնումն մեծին պատմեաց, և յերկրորդումն զթագաւորսն ի ըստ միոջէ յօրինեալ գրեաց։ Արդէն նա ասէ, թէ նաբոնասարոս կայր՝ ի ժամանակին թագաւոր։ Ոչ թագաւորացն անուանս գումարել գումարէ լոկ, բայց զգործս ինչ նոցա ոչինչ ձնդիւ պատմէ, կամ թէ չառնէ իսկ արժանի յիշելոյ, եթէ անտի թիւ թագաւորացն կարգիցի. և սկսանի գրել զայս ձև օրինակի. Ոչպղոդորոս ասէ՝ նախ թագաւոր կացեալ զաղվղոս, որ ի բաբելոնէ իսկ էր քաղդէացի, թագաւորել նմին չորս. Ժ։ բաժանեալ զշար մի ի թիւ երից հազարաց և վեցհարիւր ամաց, զբեալ ի նորին վերայ և նեռս ինն, և սոսս։ Այեր մի ասէ՝ ի նեբրիյն՝ ի վեց հարիւր ամ. և սոս մի ի սոսիյն՝ ի. ամ։ Թուեալ զառաքին զայն պիսիս ըստ առաջնոյ իմն նախնեաց պայմանի։ Ոչայս ասէ, և ևս յառաջ մատուցեալ՝ ի ըստ միոջէ կարգաւ Թուէ զթագաւորս ասորեաստա-

„Haec Berosus primo volumine enarravit [3], et secundo singulos reges disponens conscripsit. Prout ille dicit, quod Nabonassarus eo tempore rex erat [4]. Nomina regum colligens, utique colligit tantum, gesta vero nulla accurate refert; vel nec memoratu dignum reputat, ut exinde numerus regum exponeretur: incipitque in hunc modum scribere [5]. Apollodorus ait primum extitisse regem Alorum, qui (oriundus) ex Babylone erat quidem Chaldaeus [6]. Regnasse vero ipsum saros x. dividens unum Sarum in numerum trium millium et sexcentorum annorum: scribens praeterea et aliquas Neros, Sossosque. Nerus una, inquit, ex neris, sexcentorum annorum est spatium; Sossusque una ex sossis. LX. annorum: hosce annos secundum pristinam quandam antiquorum rationem recensens“. Haec dicens, et ulterius progrediens, singulatim ex ordine recenset reges Assyriorum, Reges x. ab Aloro pri-

(*Syncell. pag.* 51.)

Ταῦτα Βηρωσσὸς ἐν τῇ πρώτῃ φάσκει. ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ τοὺς βασιλεῖς....

πρῶτον γενέσθαι βασιλέα Ἀλῶρον ἐκ Βαβυλῶνος Χαλδαῖον. βασιλεῦσαι δὲ σάρους ι'....

1 *Secundum* vocat *Opus*, Chronicon Canonem, respectu, ut patet, Primi hujus Chronologici Sermonis; qua ratione et nos plerumque denominavimus *Primam*, et *Secundam* partem: sicut et alii ante nos fecerant cum Scaligero, quamvis ipsi caruerint prima hac parte. Hic ergo obiter animadverte, hoc ipso Eusebii dicto funditus everti eorum sententiam, qui hoc Chronicon in duas esse partes divisum negabant. ut diximus in Praefat. §. V.

2 Primum hoc caput praesentis operis est, ut et infra nominatur etiam ab auctore. Sed quum nullam habuerit Codex capitulorum divisionem, non sumus ausi, vel in textu, vel in margine designare numeros singulis capitibus congruentes.

3 Initium hujus periochae quodam modo cernitur in fragmentis Graecis paulo post adducendis: ut in illo Ταῦτα μὲν ὁ Βηρωσσὸς ἱστόρησε. et in altero Ταῦτα . . . ἐν τῇ πρώτῃ φάσκει. ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ τοὺς δέκα βασιλεῖς. etc. Interim vero diligenter attendendum, citari hic ab Eusebio Alexandrum Polyhistorem, qui scilicet Polyhistor utitur testimonio Berosi Chaldaei; idque, ut videtur, duplici modo: nunc Berosi ipsius verba laudans, nunc vero Apollodorum adducens testem: ita tamen, ut clare minime pateat, quae sermonis pars ad illum, quaeque ad hunc pertineat.

4 Cur hoc loco fiat Nabonassari mentio, aut hoc dictum *eo tempore* ad cujus scriptoris aetatem pertineat, haud facile videtur discerni posse. Nescio an de Nabonassari epocha aliquid hic innuere auctor voluerit, de qua quodammodo agit Scaliger in adnot. Gr. Euseb. p. 407. ubi de Berosi aetate disserit.

5 Eusebiusne de Polyhistore, an ipse Polyhistor de Beroso haec dixerit, *Incipitque*, aliunde probandum est. Audiamus Syncellum, qui haec omnia transcribit ab Eusebio, quamquam sermonis exordium mutaverit, hoc pacto: Πρὸς τούτοις καὶ Ἀπολλόδωρος ὁμοίως τούτοις τεταευόμενος, οὕτω λέγει. Ταῦτα μὲν ὁ Βηρωσσὸς ἱστόρησε. πρῶτον γενέσθαιβασιλέα Ἀλωρόν etc. i. e. ad verb. „Ad haec et Apollodorus pariter istis (prodigiis) fidem facturus, sic ait: Haec quidem Berosus narravit, primum fuisse regem Alorum etc“. Quod si constet, tum forte legendum erit etiam in Eusebio nostro. Եւ սկսանի գրել զայս ձև օրինակի ապողոդորոս. Բերոսոս ասէ՝ նախ թագաւոր կացեալ. և այլն. Verum ut huic conjecturae, quae supplet Berosi nomen, assentiamur, non adeo urget nos hic Syncellus, cum non ad amussim, sed perfunctorie Eusebium describat.

6 Mendum librarii hac in linea satis perspicuum est; nec licebat, neque fieri poterat, ut in Latinum sermonem refunderetur. patet enim pro զապողրոս legendum esse զաղվղոս, ut infra. sicut etiam pro ի բաբելոնէ՝ expedit legi ի բաբելոնի՝ et pro թագաւոր, necesse fuit restitui թագաւորել, vel թագաւորեալ, ope Gr. fragmenti. Auctoritas vero codicis nostri probat in Gr. lectionem Scaligeri Βασιλέα, et Χαλδαῖον, et contra improbat alteram Goari βασιλέων et Χαλδαίων, cum sua accusatione adversus Scal. in adnot. p. 425. Item militat argumentum contra Goarum, cum in Lat. sua versione omittit nomen *Chaldaeorum*, „Regum (inquiens) quidem Babylone natorum Alorum primum fuisse narravit Berosus“. ubi debuerat juxta suam lectionem dicere: „Haec quidem Berosus narravit, primum fuisse regum, Alorum ex Babylone Chaldaeorum“.

նեայց. Ջ. Թագաւոր՝ յաղտիայ յառաջին Թագաւորէն մինչև ցքսխոսեթրան. առ որով ասէ լեալ զմեծ և զառաջին ջրհեղեղին, զորմէ և մովսէս յիշատակէ։ Եւ զի ամենեսեան իշխանութեան Թագաւորացն այնոցիկ ասէ շարս Ճ. և ի։ որ լինին բոլոր գակ. սխգ. բիւրք ամաց։ Եւ զբեմի մի ըստ միոջէ այսպէս։

Ի վախճանեալ ասէ ազտիայ՝ Թագաւորեաց որդի նորա ազապարոս շարս. ը. և յետ ազապարայ՝ ամմենոն ի քաղդէացւոց ի պաւտիբիբիոն քաղաքէ Թագաւորեաց շարս. ԺՁ. և յետ ամմենոնայ՝ ամմինոն ի քաղդէացւոց ի պարսիբիբիոն (ի պաւտիբիբիոն տալով), Թագաւորեալ շարս. ԺՁ։ Ի նորա աւուրս երևեալ գազան ինչ՝ զոր կոչեն իդոսիոնէն, ի կարմիր ծովէ. որոյ՝ մարդկան և ձըկան կերպարանք էին։ Եւ ըստ նմին ամենգաղարեայ ի պաւտիբիբիոն քաղաքէ Թագաւորեալ շարս. ըՁ։ Եւ յետ սորա դաւոնեայ լինել Հովաւէ ի պաւտիբիբիոն քաղաքէ. Թագաւորեալ և նմա շարս. Ժ։ Ի նմա երևեալ միւսանգամ ի կարմիր ծովէ գոյն օրինակ մարդկան և ձկան կերպարանս ունել. զորից յոչ կարացաք դադարել։ Եւ ապա իշխել և եդոլաճարայ ի պաւտիբիբիոն քաղաքէ շարս. ԺՁ։ և առ նմա երևեալ դարձեալ ի կարմիր ծովէ այլեայ ուրեմն՝ նման ձկան և մարդկան, որում անուն կոչէր ովդակոն։ Ո՞րպես աստիճանական ասէ

mo rege usque ad Xisuthrum, sub quo magnum et primum diluvium fuisse ait; de quo et Moyses mentionem facit. Tempora vero imperii Regum illorum saros dicit (fuisse) c, et xx. qui efficiunt MMXLIII. myriadas annorum. Scribit autem singillatim hoc pacto.

» Quum, inquit, obiisset Alorus [1], regnavit filius ejus Alaparus saros III. et post Alaparum, Almelon ex Chaldaeis e civitate Pautibiblon regnavit saros XIII. Post Almelonem autem Ammenonem ex Chaldaeis de Pautibiblon [2] civitate (ait) regnasse saros XII. In diebus ejus apparuit quaedam bestia e mari rubro (egressa), quam Idotion vocant, quae hominis et piscis speciem habebat. Atque post eum Amegalarum [3] ex Pautibiblon urbe regnasse (tradit) saros XVIII. Post hunc vero, Daonum Pastorem fuisse ex urbe Pautibiblon; eum quoque regnasse saros X. Sub eo iterum e mari rubro (egressas), quatuor [4] belluas centauros [5] eadem forma, hominis et piscis speciem habentes, apparuisse. Ac deinde Edovranchum ex Pautibiblon civitate imperium habuisse [6] saros XVIII. Sub eoque rursum e mari rubro comparuisse alterum monstrum, pisci et homini persimile, cui nomen Odacon. Istos omnes (centavros) ait, ab Oane brevi verbo (dicta) [7] singillatim enarrasse. Et postea

(Syncell. ibid.)

(...) καὶ καθεξῆς Ἀλάπαρον, καὶ Ἀμήλωνα τὸν ἐκ Παυτιβίβλων. εἶτα Ἀμμένωνα τὸν Χαλδαῖον, ἐφ' οὗ φησὶ φανῆναι (τὸν μυσαρὸν Ὠάννην) τὸν Ἀννήδοτον ἐκ τῆς Ἐρυθρᾶς. (ὅπερ Ἀλέξανδρος προλαβὼν εἴρηκε φανῆναι τῷ πρώτῳ ἔτει. οὗτος δὲ μετὰ σάρους μ'. ὁ δὲ Ἀβιδινὸς τὸν δεύτερον Ἀννήδοτον μετὰ σάρους κ'.) εἶτα Μεγάλαρον ἐκ Παυτιβίβλων πόλεως. βασιλεῦσαι δὲ αὐτὸν σάρους ιή. καὶ μετὰ τοῦτον Δάωνον ποιμένα ἐκ Παυτιβίβλων βασιλεῦσαι σάρους ι'. κατὰ τοῦτον πάλιν φησὶ φανῆναι ἐκ τῆς Ἐρυθρᾶς Ἀννήδοτον δ'. τὴν αὐτὴν τοῖς ἄνω ἔχων διάθεσιν, καὶ τὴν ἰχθύος πρὸς ἀνθρώπους μίξιν. εἶτα ἄρξαι Ἀεδώρακον ἐκ Παυτιβίβλων, καὶ βασιλεῦσαι σάρους ιή. ἐπὶ τούτου φησὶν ἄλλο φανῆναι ἐκ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης ὅμοιον κατὰ τὴν ἰχθύος πρὸς ἄνθρωπον μίξιν, ᾧ ὄνομα Ὠδάκων. Τούτους οὖν φησὶ πάντας τὰ ὑπὸ Ὠάννου κεφαλαιωδῶς ῥηθέντα κατὰ μέρος ἐξηγήσασθαι. (περὶ τούτων Ἀβυδινὸς οὐδὲν εἶπεν.) εἶτα ἄρξαι Ἀμέμβινον Χαλ-

1 Cum Syncellus quaedam de suo addat, quaedam vero praetermittat, propterea in Graeco parenthesis nota clausimus, aut puncta lacunae indicia, aut verba quae nobis Syncelli visa sunt; quamquam Scal. p. 5. cuncta transcripserit ut Eusebiana, sub illa inscriptione per se excogitata, ἐκ τῶν Ἀπολλοδώρου. Verum cuncta haec conferenda sunt cum Abydeno, quem infra auctor noster citabit.

2 Eusebius noster ubique firmiter habet hoc nomen Παυτιβίβλον, vel ἐκ Παυτιβίβλων; (praeter librarii errorem in uno loco պարսիբիբիոն pro պաւտիբիբիոն) Syncelli vero editores et excerptores passim legerunt ἐκ Παντιβίβλων; atque in Lat. expresserunt *ex Pantibiblis*.

3 Certe hic legebat Interp. noster in Gr. εἶτ' Ἀμεγάλαρον; ut etiam paulo infra, atque in textu Abydeni repetitur integra vox Ἀμεγάλαρος. verum apud Syncellum nunc εἶτα Μεγάλαρον, nunc Μεσάλαρος, vel Μεγάλαρος. mendum satis probat variata lectio. Ἀννήδωτον autem, quod paulo ante de suo intrudit Sync. nescimus an idem sit cum Idiotone in nostra lectione habito: hoc patet, quod Sync. Abydeni verba, quae postea prolaturus est Eusebius, hoc loco intermiscuit.

4 Pro *quatuor* bestiis, *quarta* apud Sync. bestia corruptè legitur. Scaliger enim habet. φανῆναι ... Ἀννήδοτον δ'. τὴν αὐτὴν τοῖς ἄνω ἔχων διάθεσιν. Goar autem, φανῆναι ... Ἀννήδωτον τέταρτον τὴν αὐτὴν τοῖς ἄνω ἔχοντα διάθεσιν. qui etiam ita in Lat. » Quartus Annedotus eadem cum prioribus forma ... prodiit «. quae omnia corrigenda juxta lectionem nostram, quam aliis sane verbis probavit et ipse Sync; cum paulo ante p. 30. D. nominaverit quatuor haec animantia, his verbis Abydeni. δ'. διφυεῖς γὴν ἐκ θαλάσσης ἀνέδυσαν, ὧν τὰ ὀνόματα ταῦτα. Εὐέωχος, Ἐνεύγαμος, Ἐννέβουλος, Ἀνήμεντος. ubi in Lat. Goari. » Quatuor animantia ... terram è mari proruperunt «. Haec satis animadverterat Scal. gratis tamen Auctori, sc. Eusebio vel Apollodoro mendum adscripsit, dicens in adnot. Gr. Euseb. p. 407. ad 28. « Est hallucinatio. Ait quartum Annedotum, sive Oannem ex mari extitisse sub Daone Pastore: quum Berosus, ex quo haec accepit, non quartum, sed quatuor Annedotos apparuisse dicat, quorum etiam nomina ex Beroso prodit «. Viderint eruditissimi lectores, cui magis conveniat talis hallucinatio praeter Eusebium.

5 Apud Armenios յունկարիկ. (cujus etymologia erit *memoriae* aut *ingenii circumvasor*,) ut substantivum nomen, accipitur pro Sirene, Centauro, similibusque monstris. hic vero ut adjectivum sumptum, *monstruosum* potius dixeris. Verum hûc pertinet locus Gregorii nostri, cui nomen *Magister* militiae, in epist. ad Principem Armenium Thornicen Mamiconium Saec. XI. Զի մի կարծեացես, թէ ի մէնջ մոռացեալ քոնաւին մասանիք ետնկէնէք, կամ անվաւերականիք, յիշեմ և զրյաւսւրան գաւոնաւք, այսինքն յարեգ, չորիցն յունկարիացն ունել զինամսուեթիւն ձկանն. և գարձեալ՝ այլ սմանին ձկան զնմարգկան և զձկան ունել կերպարանս. ասդպին գաղանի՝ որում անուն էր ովգակոն. որպէս պատմէ ապոլոդորոս. i. e. » Ne autem putes oblitos nos unquam Divinarum, vel profanarum literarum, memorabo (tibi) et unquam Divinarum, vel profanarum literarum, memorabo (tibi) et monstra, quae in diebus Daoni, scilicet Jared, feruntur; quatuor Sirenes similitudinem piscis habentes: atque item alium piscem, hominis et piscis habuisse formam, bestiam sane horribilem; cui nomen erat Odacon, ut Apollodorus refert «.

6 Accuratius habet lectio Goari ἄρξαι, *imperasse*; id enim sonat etiam Arm. իշխել, cum sequenti nomine in accusativo, quàm Scaligeri habentis ἄρξεν, *imperavit*, cum nomine in nominativo. Nunc de nomine ipso agendum, apud quod omnes diverse profertur: Εὐεδώρακος Goaro est, tàm hic quàm in Abydeni textu. et in serie regum Εὐεδώρακος. Scaligero verò hic Ἀεδώρακος, haud secus ac in serie regum apud ipsum. in textu tamen Abydeni legit ipse Ἀεδώρεσχος. Noster hic fert Εδώαγχος, in serie regum Ἐδώαγχος. in Abydeno Ἐδώρισχος. His adde Samuelem, qui habet Εὐενδώρακος, vel Ἐνδώρακος. potest et hic legi Εὐεδωρακόρου, Ευεδώρακον, Evedoranchum.

7 Supplevimus vocem *dicta* ad normam Gr. textus apud Sync. cujus verba simpliciter haec sonant. » Istos verò ait omnes, cuncta ab Oanne summatim dicta, singillatim exposuisse «. quasi animantia marina, post primum illud monstrum Oannen dictum, è mari producta, cuncta ab Oanne breviter hominibus tradita, singillatim exposuerint. Atque ita

principem extitisse Amenpsinum [1], Chaldaeum ex Lancharis, ipsumque regnasse saros x. Deinde vero principatum gessisse Otiartem Chaldaeum e Lancharis; et ipsum quoque regnasse saros VIII. Otiarte vero defuncto, filium ejus Xisuthrum regnasse saros XVIII [2]. Sub eo magnum diluvium factum fuisse «. Simul omnes sunt reges x. sari CXX. Computantur autem hac ratione. [3]

ա.	Ալորոս	շարս	Ա	1.	Alorus.	saros	x.	ἀ.	Ἀλῶρος	σάρους	ι.
բ.	Ալապարոս	շարս	Ք	II.	Alaparus [4].	saros	III.	β'.	Ἀλάπαρος	σάρους	γ'.
գ.	Ամելոն	շարս	ԺԳ	III.	Almelon [5].	saros	XIII.	γ'.	Ἀμηλὼν	σάρους	ιγ'.
դ.	Ամմենոն	շարս	ԺԲ	IV.	Ammenon [6].	saros	XII.	δ'.	Ἀμμενὼν	σάρους	ιβ'.
ե.	Ամեգալարոս	շարս	ԺՌ	V.	Amegalarus [7].	saros	XVIII.	ε'.	Μεγάλαρος	σάρους	ιη'.
զ.	Դաուոս	շարս	Ժ	VI.	Daonus.	saros	X [8].	ϛ'.	Δάωνος	σάρους	ι.
է.	Եդովաոխոս	շարս	ԺՌ	VII.	Edovanchus [9].	saros	XVIII.	ζ'.	Ἀεδώραχος	σάρους	ιη.
ը.	Ամեմփսինոս	շարս	Ա	VIII.	Amempsinus [10].	saros	X.	η'.	Ἀμφὶς	σάρους	ι.
թ.	Ոտիարտես	շարս	Ք	IX.	Otiartes.	saros	VIII.	θ'.	Ὀτιάρτης	σάρους	η.
ժ.	Սիսուէթրոս	շարս	ԺՌ	X.	Xisuthrus.	saros	XVIII [11].	ι.	Ξίσουθρος	σάρους	ιη.

Insimul Reges x. Sari CXX. Et CXX. saros efficere ajunt MMXLIII. myriadas [12] annorum, si sarus III. mille et sexcentos annos conficiat.

Haec Polyhistoris Alexandri liber narrat. Si quis autem veram esse illius codicis historiam arbitretur, acsi profecto tot annorum myriades transierint, consequenter itaque oportet

supplenda erit Arm. lectio decurtata. *Ըստսա ամենեսին ասէ՝ զսա 'ի յոմանայ համառօտիւք ասացեալս՝ մի ըստ միոջէ պատմեալ.* quod sane Hellenismum redolet. ac Armeniaco stylo sic explicari potest. *Ընդս ամենեցին (այսինքն գազանքն երեսեալք 'ի ծովէ) ասէ, զսա 'ի յոմանայ (առաջնոյ գպղանէ) զասացեալսն համառօտիւք, միըստմիջէ պատմեալ էցեն.* Alioquin si retineamus lectionem codicis nostri, vel nulla exurgit certa sententia, vel novus prodit sensus; quasi quidam scriptor Jovanus, vel Oan dictus, haec omnia a Chaldaeis tradita, summatim et accuratius enarraverit. Illud verò dictum in Gr. *περὶ τούτου* vel *τούτων* Ἀβυδηνὸς οὐδὲν εἶπεν, sc. *de isto* vel *de his Abydenus nihil dixit*, Syncelli est additamentum. sed Abydeni verba suo loco audiantur.

1 Nescio quomodo Codex noster tam hic, quam in subsequenti serie regum habet *ամենեսին*, quum vel Samuel noster cum Gr. legerit in Eusebio-Armeniaco *ամեմփսինոս*. Item de sequenti nomine variant lectiones; Scal. *ἐκ Λαράχων*; Goar. *ἐκ Λαράγχων*: noster habuit *ἐκ Λαγχάρων*. Illud vero *քաղդէացւոց*, bis in nostro codice inventum, sc. *Chaldaeorum*, lego secundum marginem codicis cum Gr. unius elementi quamsimilis mutatione, *քաղդէացւոյ*, *Chaldaeum*. verum enim vero etiam apud Gr. unico charactere differunt haec Χαλδαῖον, et Χαλδαίων; prior tamen lectio hic videtur praeferenda.

2 Mancum hic comperitur Scaligeri exemplar, ubi Goar integrum fert. namque apud Scal. mendosè post Amempsinum illico occurrit diluvii mentio, ac si sub Amempsino fuerit, praetermissis nominibus Otiartis et Xisuthri. ita ut, vel typographi oscitatio sit, vel Scaligeri negligentia. Goar ita eum perstringit p. 425. » Hinc lineas quatuor totas, quibus nonus et decimus reges exprimuntur, expungit «. Ubi si ultro expunxisse credat, rem dicit incredibilem.

3 Sequentem regum seriem seu laterculum exponit Sync. non juxta Eusebium post praemissa Apollodori, vel Polyhistoris verba, sed multo antea seorsum ponens p. 14. C. ubi addit de suo, vel potius ex Africano, pro unoquoque rege, hoc dictum: Χαλδαίων ἐβασίλευσεν. *Chaldaeis regnavit*. Eadem eodem modo transcripsit Scaliger, appositè tamen praesenti loco mandavit, interjecta tantum de suo hac inscriptione. Κανόνιον τῶν πρώτων Χαλδαίων βασιλέων. sc. » formula, vel laterculum priscorum Chaldaeorum regum «. Numeri annorum in edit. Goari expresse notantur, δέκα, τρεῖς, etc. Scal. verò habet per characteres ι'. γ'. etc. quo etiam scribendi modo magis ad Eusebium nostrum accedit.

4 Tam Scal. quàm Goar legunt hic Ἀλάσταρος. cum antea ad normam auctoris nostri habuerint Ἀλάπαρος. quae certa est lectio.

5 Ambo cum supra, tum hic ferunt Ἀμηλών. noster utrobique habuit Ἀλμηλών.

6 Hic illi Ἀμενών, sed antea correctius habuerant Ἀμμενών.

7 De corrupta lectione Μεγάλαρος jam egimus.

8 Goar rectè Δάωρος, ubi Scal. mendosè Δάωρος. cum antea vel ipse habuerit cum v. At de numero annorum regni nimis absurdè habet Sync. apud Goarum ἔτη ἐνενήκοντα ἐννέα. *annos nonaginta novem*. quo loco Scal. accuratè legit σάρους ι'. juxta nempe Eusebium nostrum *շարս Ժ*. quo patet meliorem codicem prae oculis habuisse eum. Nihilo tamen minus audiatur Goar, qui audet invehi contra Scaligerum in collatione lectionum pag. 425. ad p. 14. dicens. » Annos ejus (Daoni scilicet) ἐνενήκοντα ἐννέα fideliter scripta, in σάρους ι'. cur mutaverit (Scaliger), non exponit «. Cui respondendum erat, ideo non exponit, quia non mutavit, sed ita reperit. aliàs dicendum erit, Abydeni auctoritate corrigi voluisse tam apertum mendum. quo posito, quamvis infidelitatis arguatur Scal. nec tamen erroris. at contra, exemplar Goari etsi fideliter dicatur descriptum, corruptissimum tamen reipsa comprobatur; cum nulli regum Chaldaeorum, qui praecesserunt vel secuti fuerunt Daonum, per ἔτη, sed omnino per σάρους tempus regni assignari soleat ab omnibus auctoribus.

9 De varietate hujus nominis jam antea diximus.

10 Ambo editores Syncel. Goar et Scal. mendose legunt hic Ἀμφίς, cum supra rectè legerint Ἀμέμφινος.

11 Hunc regum catalogum transcribit ab Eusebio Samuel noster chronographus Armenus, additis e regione pro unoquoque rege nominibus Patriarcharum ab Adam usque ad Noe, eo animo, ut ostendat ipsos Patriarchas a Moyse descriptos, barbaris apud profanos auctores nominibus appellari. quàm verò probabilis sit haec sententia, pluribus verbis dicturi sumus paulo post juxta auctoritatem Eusebii: ubi et Samuelis textus de integro citetur.

12 Si semel, aut bis tantum occurreret calculus fabulosus *͵βϞϛ*. 2043. myriadum, poterat dici mendum esse librariorum, atque legendum *ϛ' ϡϞ*. 43. myriadas. ut aliunde videtur exigere summa ipsa passim memorata.

ակնառութեամբ և այլոցն եւս՝ որ հանդգնեցան նոցին յայտնի չաւաստակիք ՚ի նմին գիրս կան , հաւատալ : Այլ զինչ այն ինչ է՝ զոր գրիցէ նոյն քաղդեացոց անդէն յառաջնում ՚ի վիպասանութեան մատենին՝ պատմիցէ , և յառաջինսն՝ որ ասացան , յարեցից . զոր ՚ի նմին իսկ մատենի եհար բազմավէպն : և թուէ մի լսատ մեջէ այսպէս զոյն ձև բանից :

ret, ut ille aliis quoque similibus rebus, quas pariter manifeste incredibiles idem liber continet, fidem adjungeret. Quid autem illud sit, quod scripserit Berosus ibidem in primo historico volumine, enarrabo [1]; et primis quae jam supra dixi, adjungam, id quod eodem quippe volumine inseruit Polyhistor : singillatim enim hac verborum forma digerit.

Վասն քաղդէական անվաւերական պատմութեանն, անդրադիր ՚ի բազմավէպն պատմութեանդրէ ընդն քաղդեացոյց մատենին :

De Chaldaica profana [2] *Historia, jaminde ex iis quae Polyhistor Alexander dixit de ipso Chaldaeorum volumine.* (*Syncell. pag.* 22. 23.)

Բերոսոս քայ ասէ յառաջնում բաւեզունական մատենին՝ լինել նմա ՚ի ութ ազգքսանդրի փիղիպեայ , և գրել զբազմոյ մատենից , որ և ՚ի բաքեղոնի բազում զգուշութեամբ պահէին յերկերիւր և ՚ի հինգետասան քիւրուց ամաց . յորում թիւք ժամանակաց , և գիր պատմութեանց զերկնից և զերկրէ և զծովէ և զնախահկերան արարչութենէ , և զթագաւորաց և զնոցուն իրաց և զգործոց պատմէ : Այլ նախ գնէ ասէ զբաբելացոց երկիրն հաստատել ՚ի վերայ գկղաթ գետոյ , և արածանեայ բնդ ամէն անցանել . և յինքն կեալ վայրե-

Βηρωσσὸς ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Βαβυλωνιακῶν φησὶ γενέσθαι αὐτὸν κατ' Αλέξανδρον τὸν Φιλίππου τὴν ἡλικίαν, ἀναγραφὰς δὲ πολλῶν ἐν Βαβυλῶνι φυλάσσεσθαι μετὰ πολλῆς ἐπιμελείας ἀπὸ ἐτῶν που ὑπὲρ μυριάδων ιε'. περιεχούσας χρόνον. περιέχειν δὲ τὰς ἀναγραφὰς ἱστορίας περὶ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ θαλάσσης, καὶ πρωτογονίας, καὶ βασιλέων καὶ τῶν κατ' αὐτοὺς πράξεων. Καὶ πρῶτον μὲν τὴν Βαβυλωνίων γῆν φησὶ κεῖσθαι ἐπὶ τοῦ Τίγριδος καὶ Ευφράτου ποταμοῦ μέσην. φύειν δὲ αὐτὴν πυρούς ἀγρίους καὶ κριθάς, καὶ ὄχρον, καὶ σήσαμον, καὶ τὰς ἐν τοῖς

» Berosus quidem [3] in primo rerum Babylonicarum volumine, aetate se Alexandri Philippi (filii) esse ait, atque transcripsisse plurimorum volumina, quae etiam Babylone summa cura a ducentis et quindecim annorum myriadibus [4] asservabantur : in quibus temporum ratio (continebatur) [5], et liber historiarum de caelo, et terra, marique, ac pristina creatione, de Regibus, ac eorum rebus, et gestis referebat. Et primo quidem (affirmat), inquit, Babyloniorum terram jacere super Tigrim fluvium, ac Euphratem interfluere [6].

1 Recolit hic Eusebius Polyhistoris dictum superius a se citatum, illud scilicet: » Haec Berosus primo volumine enarravit, et secundo reges ... conscripsit «. Quùm itaque inibi solum laudaverit Berosi auctoritatem penes Polyhistorem existentem, quoad ea quae scripsit de regibus in secundo libro, atque Lectorum animos curiositate laborantes (quidnam sit, quod scripserit Berosus priori in libro), reliquerit, nunc aggreditur opus perficere, adjungens supradictis et ipsa Berosi anteriora verba : quae reipsa primum locum habebant in textu Polyhistoris, ut patebit ex calce sermonis. Hoc sane consilio Syncellus anticipavit istud fragmentum p. 22. postea verò p. 31. id, quod supra vidimus, collocavit. omitto catalogum seorsum ab eo praemissum p. 14. At Scaliger, qui alibi promiscue disponit, quicquid Eusebiani apud Syncellum reputat fragmenti, impraesentiarum commodè juxta Eusebii nostri digestionem collocat p. 5. et 6. testimonia nempe Apollodori et Berosi ex Alexandro Polyhistore.

2 Անվաւերական, quamvis apprime sonare videtur *invalidum*, sive *auctoritate carens*, at supponit ferè respectu historiarum extranearum pro profano. Ignoramus an Eusebius, ut alibi, παραλειπτέον hic dixerit, vel (quod quodammodo accedit ad vocem Armenam *anvaver*) ἀβέβαιον. id est *instabile, inconstans, incertum, infirmum*. Eadem sanè utitur Arm. voce Samuel noster, dum citat Eusebium in sua Praefatione Chronologica. « Աբդ առելոյդ վարկաք ասելով զանվաւերա պատմութիւնս քաղդեացոց, և զգժական անուանակոչութիւնսն . յորս եթէ որ կարասցէ, առ ձեզն պատրաստ ունի գկիրս զարմանալոյն երկերից, առանց որոյ և ոչ միք կարասցուք գրել ||. » Itaque supervacaneum arbitrati sumus proferre invalidas Chaldaeorum historias barbarissimasque nomenclaturas: quibus si quis indigeat, in promptu ad manus habet librum mirabilis illius (viri) Eusebii, sine quo neque nos poterimus scribere «. Ad haec spectare perspicuum est et illud Gregorii nostri cognomento Magistri dictum in Epist. ad Abrehim. « Nos uni versa totius mundi volumina perlustrantes, non imperiti invenimur tum Chaldaeorum invalidae historiae, tum Hellenicorum, etc «. Միք զամէն Նայն մատեանն՝ որ միանգամ ուխտիւն ընծեցեալ ոչ անտեղեակ եմք, Թէ քաղդեացոցն անվաւերական պատմութեանն, և ելիկ հելլենացոցն ||, և այլն : Huc pertinet et illud Thomae Arzerunii: « Քանզի Թէ պէտև անվաւեր ՚ի նոցանէ գրեցեալքն ասացան, այլ բազում ինչ և առ Ցմաթեան առաւելութեանն||. » Quamvis enim invalida eorum scripta vocitata sunt, multa tamen verosimilia umbraticè protulerunt «.

3 Praesens fragmentum Gr. a Syncello laudatum quamvis majori ex parte iisdem verbis cohaereat cum lectione nostra, nihilominus sive ex librariorum incuria, sive ex diversa ratione eclogarii, interpretisve, accidit aliquantum aliter haberi vel obscurè in una, alteraque lectione Gr. et Arm. ut patet iis qui inter se conferunt. Verum tamen qui adeat solam Latinam Goari interpretationem, ne facile credat ita omnino haberi in Gr. Syncelli textu: quoniam plerumque Goar magis sensui, quàm verbo adhaeret. aliàs verba ipsa Gr. saepe saepius magis accedunt ad Armeniacam versionem, quàm ad latinam Goari: qui etiam videtur ita sentire, ac si Syncellus ex ipso Alexandri Polyhistoris libro hoc fragmentum sumserit, atque vellet etiam Berosum ipsum ab eo lectum fuisse, vix tamen id dicere ausus est: ait enim in annot. pag. 10. ad 22. » Alexandri, non Berosi scripta, Auctoris (sc. Syncelli) tempore, quod non hujus, sed illius auctoritate utatur, extitisse suspicor «.

Sed alteram quoque suspicionem debuit subire doctissimus Goar, quod nempe nec Berosi, neque Alexandri scripta per se legerit suus auctor Syncellus, vel umquam viderit, sed potius ex nostro Eusebio omnia transcripsit; nil enim amplius refert Sync. ex Alexandro, praeter illa a nostro auctore relata, ut verissime Scal. conjecit.

4 Sync. tantum habet myriadas xv. sed tamen corrupta videtur lectio numerica. ita ut videatur vel pro Syllaba που legendum σ'. sc. *ducenti*, vel pro ιέ. legendum σιέ. sc. ccxv. neque de hoc mirentur lectores, cum Chaldaeorum more immensa annorum millia numerentur. Si enim juxta eos decem soli reges annos tenuerunt tot et tot myriadum, quid mis rum, si dicitur libros historiarum apud eos servari ultra myriadas annorum ccxv.

5 Obscurior videtur sensus praesentis loci in Arm. ideo praemisimus verbum parenthesis nota interclusum *continebatur*, et pro պատմէ, *refert, narrat*, diximus *referebat;* sicut etiam paulo ante loco verbi գրել, *scribere*, posuimus *transcripsisse*. alioquin vix certa eliceretur sententia. Audire expediat Gr. textum sic ad verbum sonantem. » Scripta multorum in Babylone asservari cum multa diligentia ab annis supra xv myriadas continentia tempus. Contineri autem in scriptis illis historias de caelo et mari, primaque natali, et regibus, atque de rebus sub iis actis «. Quinam textus sit magis corruptus, non facile dixeris.

6 Apud Armenios plerumque Tigris, գկղաթ *Teclathes*, et Euphrates, արածանի, *Arazani* vocitantur. quibus hic nominibus utitur Interp. Arm. juxta antiquum usum. idem facit et alter Interpres Philonis Armeniacus. adeo ut etiam in verbis sacrae scripturae. Genes. II. 14. nunc Tigris, nunc Teclathes, modo Euphrates, potissimum verò Arazani ab

նի ցորեան և գարի և ոսպն և ոլոռն և հնձիւթ երկրին բերել. և 'ի խաղս և 'ի շամչս գետոյն արմատոց ինչ ուտելեաց գտանել, որոց անուն կո չիցեն գոնգք, ունել արմատոյն զօրութիւն գարուոյ հացի: | լինել անդ և արմաւ և խնձոր, և այլոց ևս ազգի ազգի մրգոց. և ձկանց՝ և հաւոց վայրենեաց և մեղրականաց: | լինել և արաբացւոց կողմանցն նորա անջրդիս և անպտուղս: | և դիմ յանդիման արաբացւոց աշխարհին՝ լեռնայինս և պաղաբերս: | և 'ի բաբելոնի բազմամբոխ այլազգեաց մարդկան բնակեալ 'ի քաղդեացւոց աշխարհին. և կեալ նոցա անառակութեամբ իբրև գոնասունս և զգաստանս:

| և յառաջուցն ամին յայնմանէ 'ի կարմիր ծովէ անդէն իսկ 'ի միջ սահմանացն բաբելացւոց աշագին ինչ գաղանի, որոյ անուն կոչիցի ոանն. որպէս և ապողոդորոս պատմէ 'ի մատենին, թէ առնևայն մարմինն ձկան էր, և ընդ գլխով ձկանն այլ գլուխ առ նմին պատշաճեալ. և 'ի ատուէն ոտք իբրև զմարդոյ. և բարբառ ըստ մարդկան բարբառոյ. որոյ պատկերն և ցայժմ գրեալ պա-

ibi autem frumentum agreste, et hordeum et lentem [1], et ochron, et sesamum terram gignere; et in paludibus atque arundinetis fluvii radices ad escam utiles [2] reperiri, quorum nomen Gonga; easque radices hordeacei panis vim habere. Extare item inibi palmas ac poma, et reliquos quoque diversi generis fructus; nec non pisces, et aves sylvestres, ac palustres: fuisse autem ejus sane partes Arabiam versus sitas, aridas et steriles; oppositas verò Arabiae, montuosas et feraces [3]. Et Babylone maximam multitudinem hominum alienigenarum (degere) Chaldaeam regionem incolentium, eosque brutorum ac ferarum more turpiter vitam ducere.

Primo autem anno e mari rubro inibi quidem intra fines Babyloniae terribilem quandam apparuisse feram [4], cui nomen Oan; quemadmodum et Apollodorus in volumine enarrat: (quippe) quod totum corpus piscis erat, et infra piscis caput, aliud caput juxta illud accommodatum [5], et in cauda pedes tamquam hominis, et vox secundum vocem hominum; cujus etiamnum ho-

ἔλεσι φυομένας ῥίζας ἐσθίεσθαι. ὀνομάζεσθαι αὐτὰς γόγγους. ἰσοδυναμεῖν δὲ τὰς ῥίζας ταύτας κριθαῖς. γίνεσθαι δὲ φοίνικας, καὶ μῆλα, καὶ τὰ λοιπὰ ἀκρόδρυα, καὶ ἰχθύας, καὶ ὄρνεα χερσαῖά τε καὶ λιμναῖα. εἶναι δὲ αὐτῆς τὰ μὲν κατὰ τὴν Ἀραβίαν μέρη ἄνυδρα τε καὶ ἄκαρπα. τὰ δὲ ἀντικείμενα τῇ Ἀραβίᾳ ὀρεινὰ καὶ ἄφορα. ἐν δὲ τῇ Βαβυλῶνι πολὺ πλῆθος ἀνθρώπων γενέσθαι ἀλλοεθνῶν κατοικησάντων τὴν Χαλδαίαν. ζῆν δὲ αὐτοὺς ἀτάκτως, ὥσπερ τὰ θηρία.

Ἐν δὲ τῷ πρώτῳ ἐνιαυτῷ φανῆναι ἐκ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης κατὰ τὸν ὁμοροῦντα τόπον τῇ Βαβυλωνίᾳ ζῷον ἄφρενον ὀνόματι Ὡάννην, καθὼς καὶ Ἀπολλόδωρος ἱστόρησεν, τὸ μὲν ἄλλο σῶμα ἔχων ἰχθύος. ὑπὸ δὲ τὴν κεφαλὴν παραπεφυκυῖαν ἄλλην κεφαλὴν ὑποκάτω τῆς τοῦ ἰχθύος κεφαλῆς, καὶ πόδας ὁμοίως ἀνθρώπου, παραπεφυκότας δὲ ἐκ τῆς οὐρᾶς τοῦ ἰχθύος, εἶναι δὲ αὐτῷ φωνὴ ἀνθρώπου. τὴν δὲ

ipso usurpetur. Porro praesentem Eusebii locum nos ita legimus in Arm. ac si in duas una periocha divisa sit partes. primam, *ասէ գրաբէ զացւոց երկիրն հասատաւէլ 'ի վերայ գկղաճ գետոյ.* secundam vero, *և արտաքուստ ընդ միջ անցանել (երկրին բաբելացւոց)*. atque hunc sensum in Lat. refudimus. Attamen juxta Sync. legendum esset, *ասէ գրաբէզացւոց երկիրն հասատաւէլ ընդ միջ գկղաճ գետոյ և արտաքուստ*, omisso sequenti verbo *անցանել*. Quod tamen excidisse magis ex Gr. textu dixeris. Siquidem Gr. lectio hodierna ita fert ad verbum. » Babyloniorum terram ait jacere supra Tigridis et Euphratis fluvii medium «. vel juxta Goari interpretationem, » Babyloniam terram inter Tigrin et Euphratem fluvios mediam jacere describit «.

1 Apud Sync. deest *ոսպն*. i. e. *φακός* vel *φακή*, *lens* vel *lenticula*. suspicamur et alia interim verba excidisse. aliter redundaret in Arm. unum vel alterum ex his *յինդն կեայ*, et *երկրին բերել*. pro queis sub initio modo habetur in Gr. *φύειν δὲ αὐτήν*. Caetera leguminum nomina accurate conveniunt inter se. nam *վայրենի ցորեան* indicat *ἀγρίους πυροὺς*, *և գարի* καὶ *կրիաձ*, (quamvis Gr. in plur. Arm. in sing.) *և ոսպն*. (ubi supplendum in Gr. καὶ *φακόν*). *և ոլոռն*. καὶ *ὄχρον*, vel potius *ὤχρον*. de cujus certa significatione haesitant Glossarii, speciem dicentes esse leguminis, quod genus, cicera, vel potius ervilia, aut phaselos. etc. unde et nos Graecam vocem retinuimus cum Goaro in Lat. *և հնձիւթ*, καὶ *սήսամον*. ubi adverte Latinos ex Graecis mutuatos esse illam vocem *sesamus* vel *sesamum*. quam et plures in Oriente usurpant, maxime verò Turcae Ս-----մ, *Susam*, vocitantes. id quod ab Armeniis litterali dialecto *հնձիւթ*, *հնձիւթն*. vel *հնձիւթ* (ut in Philonis versione occurrit) nuncupatur, vulgò autem *կունձիւթ* vel *կունձի*. quo nomine sc. *Gungi* utuntur etiam nonnulli alienigenarum; ita ut dixeris saltem quoad sonum externum accedere ad eas radices, quas *γόγγους* Berosus mox nominabit. Item notabis in sacris litteris, ubi occurrunt haec nomina leguminum *κύαμος* καὶ *φακός*, in Lat. poni *fabam* et *lentem*. in Arm. verò *ոլոռն* և *ոսպն*. ut cernitur II. Reg. XVII. 28. et Ezech. IV. 9. Quamvis ergo *faba* certum leguminum genus indicet, sed tamen tam Gr. *κύαμος*, quàm Arm. *ոլոռն*, sunt nomina magis generalia. sicut etiam *ὤχρος*. de quo jam dictum. Cavendum denique, ne Armeniaca haec vocabula *olorn*, et *osbn*, pro familiaritate vocum eadem existimentur cum Gr. *ὀλύρα*, et *ὄσπριον*. nam *ὀλύρα*, i. e. *siligo*, Armeniis est *հաճար*. et *ὄσπριον*, i. e. *legumen*, *ուռդ*. vel *ընդեղէն*. datur etiam *ὄσπρος*, sive *ὄσπρον*, quod *pisum*, vel *legumen* exprimitur.

2 Satis accurate legit Scal. in Gr. *φυομένας ῥίζας ἐσθίεσθαι*. id est iisdem verbis, *enascentes radices comedi*, vel *comedendas esse*. quod propius accedit ad nostram lectionem. At Goar nimis corruptè legit *ἐσθίεσθον*, adeoque haesitans de incerta utique voce, ita vertit » *ac in paludibus esthiesthon radices enasci* «. quasi vero vox ea, si non paludem, certum radicis genus significarit sibi ignotum, seu proprium ejusdem radicis nomen fuerit *esthiesthon*. sed frustra. cum id nomen mox occurrat, ipso Goaro interpretante, » *hasque gongas vocari* «.

3 Պտղաբեր id sonat, quod Lat. *fructifer*, vel *ferax*. et Gr. *εὔφορος*. feliciter ergo legit Goar *εὔφορα*. ubi Scal. male legit *ἄφορα*, id est ex adversò *sterilis*, *non ferax*.

4 Τὸ Ζῶον Interp. noster reddit passim *գազան*. i. e. *fera*, *bestia*, *bellua*. quamvis enim Gr. sonat *կենդանի*. sc. *animans*, vel *animal*. quoniam verò animantia hìc memorata ad ferarum vel majorum bestiarum speciem accedant, ita placuit Interpreti exprimere: quod et nos fideliter servavimus.

5 Photius Biblioth. CCLXXIX. p. 1594. haec ex Helladio Grammatico excerpit. (ubi *Ωη*, pro 'Ωάνη legitur). Ὅτι μυθολογεῖ ἄνθρωπόν τινά, ὠνομασμένον Ὠην, τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης ἀνελθεῖν, τἄλλα μὲν τῶν μελῶν, ἰχθύος ἔχοντα, κεφαλὴν δὲ καὶ πόδας καὶ χεῖρας ἀνθρώπου, καὶ καταδεῖξαι τὴν τε ἀστρονομίαν, καὶ τὰ γράμματα. οἱ δὲ αὐτὸν ἐκ τοῦ πρωτογόνου πεφηνέναι λέγουσιν Ὠου, καὶ μαρτυρεῖν τοὔνομα. ἄνθρωπον δὲ ὄντα τὰ πάντα, ἰχθὺν δέξαι, διότιπερ ἡμφίεστο κητώνδορά. ubi Lat. interp. Schotti sic fert. » Narrat virum quendam nomine Oen in rubro mari visum, habentem caetera membra piscis, caput et pedes et manus hominis, et ostendisse Astronomiam, et literas. Quidam dicunt illum natum esse è primo parente Ωευ, et testari nomen, hominem autem omnino esse, piscem vero videri, quod piscis pelle indueretur «. Recolit locum Photii Scaliger quoque. p. 407. et subdit. » Ἐυάνην vocat Hygenus fabula CCLXXIV. Daedalus Eupalami filius Deorum simulacra primus fecit. Euahanes, qui in Chaldaea de mari exiisse dicitur, astrologiam interpretatus est. Idem dicit, quod Helladius, de mari in Chaldaea extitisse, et Astrologiam docuisse, sed apud Hygenum male editum est Eualidnes «. Huic attinet Gregorii Magistri Armeniaci dictum in epist. ad Abrehim. * և *ոչ յովհաննէն ձկան, որ ակն բիւրասոսին (հաւատալի լինին մեզ առաւել)*։ » Neque Joanis piscis, ut apud Berosum (valeat apud nos fabula) «. Atque in Epist. III. ad Thornicium Mamiconium. * և կամ զովհաննէն (այսինքն զովանացն) որ 'ի կարմիր ծովէ արտաքս ելեալ՝ մատնեցուցեալ սուտ առ բաբելոնն (ßեւ. ßօφ աա Բաբելոն. կամ՝ 'ի գոսպեին)։ » Sive ut Oane, qui è mari rubro prodiens literas exercebat juxta Babylonem «. Apollodori verò locum consule paulo supra apud Eusebium nostrum.

հի։ Յոր գաղանին այնմիկ ասէ ցե-
րեկ ընդ մարդկան շրջել, և 'ի կե-
րակուր ինչ ամենևին չհպել. և ու-
սուցանել մարդկան դպրութիւնս,
և զակսիս հանդամանս արուես-
տից. զձև քաղաքաց, և զհիճեալս
պատշաճութիւնս, և զօրինաց խե-
լամուխթիւնս. և սահմանաց և քաժ-
նից պայմանս ուսուցանել. և զսեր-
մանց և զպտղոց ժողովս ցուցանել.
և ամենևին իսկ՝ որ ինչ 'ի դէպ ըն-
տանութեան կենաց իցէ աշխարհի,
աւանդել մարդկան. և յայնմ ժա-
մանակ հետէ այլ ումեք ինչ աւելի
չգտանել։ Յոր 'ի մտանել արեգա-
կանն՝ ոմանն գազանի միւսանգամ
անդրէն 'ի ծով մխել, և զոյգ 'ի
համատարած ծովուն գնացեալ. և
այնպէս երկեւիղիլ իմն կեանս կեալ։
Յոր յետոյ և այլոց գազանաց նմա-
նեաց նմին յայտնել. զորոց 'ի թա-
գաւորաց մատենին ասէ յայտ առ-
նել. և գյուխնայն ասէ՝ զտարածոյ
և զառաքինութեանց գրել, և տալ
խօսս և Հարատութիւն մարդկան։

Յոր ասէ երբեմն, մինչ ընդ բնաւ
խաւար և ջուր էր. և էին անդ այլ
ինչ գազանք, յորոց կէսքն ինքնա-
ծինք էին, և կերպարանս կենդանա-
ծինս ունել, և մարդիկ երկեւեանս
ծնանել. և զայլս չորեքթեւեան և
երկդիմիս. և մարմին մի, և գլուխ
երկուս, կանացիս և առնիս. և եր-
կուս բնութիւնս՝ արուականս և ի-
գականս։ Յոր այլ մարդիկ՝ որոց
բարձք այծից, և եղ ջուրք 'ի գլուխ.
և այլս ձիատունս. և այլոց՝ յետոյ
կուսք ձիոց կերպարանք, և առաջի՝
մարդկան. որ զձիացելոց յուշկապա-
րիկ կերպարանս ունիցին։ Հնանել
և ցուլս մարդագլուխս, և շունս չո-
րեքմարմինս, որոց ձեռքն իբրև ըզ-
ձիանց ատամունս յետոյ կուսք 'ի գա-
ւակացն արձակիցին. և ձիս շնա-
գլուխս. և մարդիկ, և այլ ևս գա-

die depicta imago servatur. Et feram illam, ait, interdiu cum hominibus versari, nullum tamen prorsus cibum sumere; atque homines edocere litteraturam, ac diversa artium experimenta, urbium formas, templorumque dispositiones, et legum peritiam, ac finium portionumque conditiones edocere, seminum fructuumque collectionem indicare; et summatim, quidquid familiaritati vitae conveniens in mundo est, hominibus tradidisse. Et ab eo tempore nihil amplius ab aliquo quid inventum [1]. At sole occidente Oannem feram retro se in mari mergere, nocteque in pelago commorari [2], atque ita amphibii more vitam ducere. Postea verò alias quoque feras ei [3] similes apparuisse, de quibus in volumine regum ait declaratum fuisse. Oannem autem dicit de rebus creatis et virtutibus scripsisse, hominibusque sermonem atque artes dedisse «.

» (Tempus) olim fuisse, inquit, quo cuncta tenebrae et aqua erant; et ibidem alieni generis erant ferae, quarum aliquae per sese natae erant [4], et formam viviparam praeseferebant: homines vero binis alis nasci; alios autem quatuor alis, ac gemino vultu; et corpus unum (habuisse), duo vero capita, femineum et virile; duas quoque naturas [5], masculinam ac muliebrem. Alios etiam homines caprina habentes crura, et in capite cornua: alios autem equinis pedibus; quibusdam autem parte posteriori equorum figura, anteriori vero hominum; quosque Hippocentaurorum (Sirenum) [6] formam habuisse. Tauros etiam humano capite nasci, canesque quatuor habentes corpora, quorum caudae, caudarum ad instar piscium [7], poste-

εἰκόνα αὐτοῦ ἔτι καὶ νῦν διαφυλάσσεσθαι. τοῦτο δέ φησι τὸ ζῶον τὴν μὲν ἡμέραν διατρίβειν μετὰ τῶν ἀνθρώπων οὐδεμίαν τροφὴν προσφερόμενον, παραδιδόναι τε τοῖς ἀνθρώποις γραμμάτων καὶ μαθημάτων καὶ τεχνῶν παντοδαπῶν ἐμπειρίαν. Καὶ πόλεων συνοικισμούς, καὶ ἱερῶν ἱδρύσεις, καὶ νόμων εἰσηγήσεις, καὶ γεωμετρίαν διδάσκειν, καὶ σπέρματα, καὶ καρπῶν συναγωγὰς ὑποδεικνῦναι. Καὶ συνόλως πάντα τὰ πρὸς ἡμέρωσιν ἀνήκοντα τοῦ βίου παραδιδόναι τοῖς ἀνθρώποις. ἀπὸ δὲ τοῦ χρόνου ἐκείνου οὐδὲν ἄλλο περισσὸν εὑρεθῆναι. Τοῦ δὲ ἡλίου δύοντος, τὸ ζῶον τουτονὶ (Ωάννην) δῦναι πάλιν εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ τὰς νύκτας ἐν τῷ πελάγει διαιτᾶσθαι. εἶναι γὰρ αὐτὸν ἀμφίβιον. ὕστερον δὲ φανῆναι καὶ ἕτερα ζῶα ὅμοια τούτῳ, περὶ ὧν ἐν τῇ τῶν Βασιλέων ἀναγραφῇ φησὶ δηλώσειν. τὸν δὲ Ωάννην περὶ γενεᾶς καὶ πολιτείας γράψαι, καὶ παραδοῦναι τόν δε τὸν λόγον τοῖς ἀνθρώποις.

Γενέσθαί φησι χρόνον, ἐν ᾧ τὸ πᾶν σκότος καὶ ὕδωρ εἶναι, καὶ ἐν τούτοις ζῶα τερατώδη, καὶ εἰδιφυεῖς τὰς ἰδέας ἔχοντα ζωογονεῖσθαι. ἀνθρώπους γὰρ διπτέρους γεννηθῆναι, ἐνίους δὲ καὶ τετραπτέρους, καὶ διπροσώπους, καὶ σῶμα μὲν ἕχοντας ἕν, κεφαλὰς δὲ δύο, ἀνδρείαν τε καὶ γυναικεῖαν. καὶ αἰδοῖα τε δισσὰ, ἄρρεν καὶ θῆλυ, καὶ ἑτέρους ἀνθρώπους τοὺς μὲν αἰγῶν σκέλη καὶ κέρατα ἔχοντας, τοὺς δὲ ἱπποπόδας. τοὺς δὲ τὰ ὀπίσω μὲν μέρη ἵππων, τὰ δὲ ἔμπροσθεν ἀνθρώπων, ἃς ἱπποκενταύρους τὴν ἰδέαν εἶναι. ζωογονηθῆναι δὲ καὶ ταύρους ἀνθρώπων κεφαλὰς ἔχοντας, καὶ κύνας τετρασωμάτους, οὐρὰς ἰχθύος ἐκ τῶν ὀπισθε μερῶν ἔχοντας, καὶ ἵππους κυνοκεφάλους, καὶ ἀνθρώπους, καὶ ἕτερα ζῶα κεφαλὰς μὲν καὶ σώματα

1 Egregiè edidit Arm. Interp. illud Gr. *ἀπὸ δὲ τοῦ χρόνου ἐκείνου οὐδὲν ἄλλο περισσὸν εὑρεθῆναι*: quod iisdem verbis sic est. » Ex hoc autem tempore nihil aliud amplius inventum fuisse ». Quo assignatur secundum Chaldaeorum sententiam, omnium artium Oannem ipsum auctorem extitisse, quasi post ejus aetatem nihil novi ulterius a quopiam repertum sit. At Goar omnino aliter sensit de Gr. textu, quasi dictum fuerit, de hinc non ulterius inventus est ipse Oannes: vertit enim in Lat. » Ab eo tempore nihil praeter haec de illo auditum «. Sed quis cernat hanc sententiam in Gr. ubi nec *de illo*, nec *auditum* ullo modo concipitur: adde quod sequens iterum periocha hunc sensum destruit.

2 Interpres noster ut pro *θάλασσα* adhibet *ծով*, sc. *mare*, ita pro *πελάγει* inserit *համատարած ծով*, i. e. *vastissimum mare*: quam differentiam diligenter observat in toto cursu suae interpretationis; et quidem optimè: nam *Πέλαγος* proprie indicat profundum maris locum. Goar nunc *sub aquis* dixit, nunc alio modo explicat.

3 Correctius legit Scal. *τούτῳ* in singulari, ita enim habet et codex noster, *նմին*: Goar mendosè *τούτων*. in plur. sed in Lat. optime expressit, reddens *huic*.

4 Scal. legit. *διφυεῖς*, id est *ancipitis naturae*, vel *duplicem habentes naturam*. quod vix cohaeret. Goar, *εἰδιφυεῖς*, tamquam compositum ex *εἶδος*, sc. *species*, *forma*. quo admisso talem aggressus est exornare translationem. «Et sub variis naturae speciebus et formis visu mirandis vitam ac lucem accepisse «. At noster Interp. videtur legisse *ἰδιοφυεῖς*, quasi *ex propria natura habens vim se ipsum generandi*. vel saltem *εἰδιφυεῖς* eo sensu accepisse. Ut ut sit, valde aliena cernitur Goari lata paraphrasis quoad Gr. textum, qui rem paucis verbis complectitur, haud secus ac Arm.

5 Summa industria ob verecundiam, ac magis ob proprietatem linguae Interp. noster, *բնութիւնս*, sc. *naturas* reddidit, ubi Gr. habet *αἰδοῖα*, *pudenda*.

6 Jam supra monuimus vocem *յուշկապարիկ* pro Centauro et Sirene aeque sumi, quae fere adjectivo modo sumitur in his locis. ita ut pro *Sirene*, *formam Sirenicam*, vel *portentosam* legere possis. Quod si Gr. textum consulas, nil reperias praeter hippocentauros. Sicut etiam paulo inferius, ubi Arm. habet *ձկունս յուշկապարիկս*, *pisces sirenicos*, vel *portentosos*, Gr. tantum fert *ἰχθύας*, *pisces*.

7 Scal. nobiscum inserit punctum ante *οὐρὰς*. Goar autem male, postposito puncto. quo ductus sic reddit. » canes caudis quadricorporeis «. quod absurdum. Pariter pro *ἰχθύος* in genit. sing. ut Scal. legit, Goar vitiose fert *ἰχθύας*, in accus. plur. quod omnino discrepat ab Eusebio nostro.

զանս ձիագլուխս և մարդապակերս, և տմնաւորս իբրև զձկունս. և այլ և այլ ազգի ազգի գազանս վիշապաձև կերպս. և ձկունս յուշկապարիկս, և ստրուկս և օձս, և սկիպէս երէս բազումս զարմանալիս՝ այլակերպս՝ ի միմեանց. որոց զպատկերս ՚ի մեհենին բէղայ մի ըստ միոջէ նկարեալ պահէին։ Եւ իշխեալ սմենեցուն նոցա կնոջ միում, որում՝ անուն կոչիցի մարկայէ, որ քաղդէերէն թաղաթէայ անուանի. և յունարէն թարգմանի թալադդայ, որ է ծով։ Եւ մինչդեռ այն ամենայն յարուցեալ կայցէ միախուռն յարձակեալ ՚ի վերայ՝ բէղայ, հերձու զնմին ընդմէջ, զկէսն առնել երկիր, և զկէսն երկինս. և զայլ ևս գազանսն որ ՚ի նմա էին՝ սատակեալ։ Եւ առակաւ ինն ասէ այլ ընդ այլոյ բարբայախօսեալ զայնպիսի բնութեանց, թէ մինչդեռ խմնաւ և ջուր էր ընդ քնաւ, և գազանք միայն էին ՚ի նմա, դիցն այնմիկ հատանել զիւր գլուխ. և զարիւնն՝ որ իջանիցէ ՚ի նմանէ, առնուլ այլոց դից, զանգանել ընդ հող, և առեղծանել մարդիկ. վասն որոյ խմաստունս խակ լինին, և դիւցազունց մնայն հաղորդել։

riore parte e femine prodirent. Item equos canino capite; hominesque, et alias belluas equino capite, et ad hominis imaginem [1], et more piscium cauda preditas; et alias quoque diverso genere belluas draconum specie; pisces etiam Sirenes, et reptilia serpentesque, ac varias bestias mirabiles plurimas, forma inter se dissimiles; quorum imagines in Beli templo singulatim pictas servabant. Illis autem omnibus mulierem quamdam, cui nomen Marcaja [2], imperitavisse; quae Chaldaice Thaladtha vocatur, Graece autem dicitur Thalatta, quae vox mare significat [3]. His autem omnibus gregatim stantibus, interim invadens Belus [4], mediam mulierem dissecat: dimidiam ejus partem effecisse terram, et dimidiam caelum; atque reliquas feras, quae in ipsa erant, perdidisse. Porro allegorice ac diverso modo physiologiam ait prolatam de ejusmodi naturis, quod dum adhuc per universum humor et aqua esset, ac belluae tantummodo in eo essent, Deum illum (scilicet Belum) suum sibi caput amputasse [5], et sanguinem ab eo defluentem alios Deos accepisse, atque humo coagmentasse [6], hominesque creasse: proindeque sapientes fieri, ac divinae mentis participes.

Ἵππων ἔχοντα, οὐρὰς δὲ ἰχθύων, καὶ ἄλλα ζῶα παντοδαπῶν θηριῶν μορφὴν ἔχοντα. πρὸς δὲ τούτοις ἰχθύας καὶ ἑρπετὰ, καὶ ὄφεις καὶ ἄλλα ζῶα πλείονα θαυμαστὰ, καὶ παρηλλαγμένα τὰς ὄψεις ἀλλήλων ἔχοντα. ὧν καὶ τὰς εἰκόνας ἐν τῷ τοῦ Βήλου ναῷ ἀνακεῖσθαι. ἄρχειν δὲ τούτων πάντων γυναῖκα, ᾗ ὄνομα Ομόρκα. εἶναι δὲ τοῦτο χαλδαϊστὶ μὲν Θαλάθ, ἑλληνιστὶ δὲ μεθερμηνεύεσθαι θάλασσα, (κατὰ δὲ ἰσόψηφον σελήνη). Οὕτω δὲ τῶν ὅλων συνεστηκότων, ἐπανελθόντα Βῆλον σχίσαι τὴν γυναῖκα μέσην, καὶ τὸ μὲν ἥμισυ αὐτῆς ποιῆσαι γῆν, τὸ δὲ ἄλλο ἥμισυ οὐρανὸν, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ζῶα ἀφανίσαι. ἀλληγορικῶς δέ φησι τοῦτο πεφυσιολογῆσθαι. ὑγροῦ γὰρ ὄντος τοῦ παντὸς, καὶ ζώων ἐν αὐτῷ γεγενημένων, τούτον τὸν θεὸν ἀφελεῖν τὴν ἑαυτοῦ κεφαλὴν, καὶ τὸ ῥυὲν αἷμα τοὺς ἄλλους θεοὺς φυράσαι τῇ γῇ, καὶ διαπλάσαι τοὺς ἀνθρώπους. διὸ νοερούς τε εἶναι, καὶ φρονήσεως θείας μετέχειν.

Եւ զբէղայն ասեն՝ որ յունարէն դիոս թարգմանի, և հայերէն արամազդ, թէ ընդ մէջ կտրեաց վխաւարն, և զատանիլ ՚ի միմեանց զերկինս և զերկիր, և յարդարել յօրէնել զաշխարհ. և գազանաց ոչ ժուռ-

De Belo autem, quem Graeci Δεὺς interpretantur [7], Armenii vero Aramazd, (illum) dicunt tenebras per medium divisisse, atque adeo caelum et terram invicem secrevisse, ac mundum ordine composuisse; belluas vero

Τὸν δὲ Βῆλον, ὃν Δία μεθερμηνεύουσι, μέσον τεμόντα τὸ σκότος, χωρίσαι γῆν καὶ οὐρανὸν ἀπ' ἀλλήλων, καὶ διατάξαι τὸν κόσμον. Τὰ δὲ ζῶα οὐκ ἐνεγκόντα τὴν τοῦ φωτὸς δύναμιν φθαρῆναι. ἰδόντα δὲ τὸν Βῆ-

1 Syncellus juxta geminos sui editores sic habet. *κεφαλὰς μὲν καὶ σώματα ἵππων ἔχοντα*. sc. *capita quidem et corpora equorum habentia*. quod in Arm. reddendum esset, *ձիագլուխս և ձիամարմինս*. Verum tamen cum verterit noster Interp. *ձիագլուխս և մարդապակերս*, illico patet eum legisse in autographo, *κεφαλὰς μὲν ἵππων, καὶ σώματα* (vel potius *εἰκόνα*) *τῶν ἀνθρώπων ἔχοντα*. correctius nempe. namque satis apparet ex serie verborum aliquid humanae figurae iis monstris inesse.

2 Scal. *Ομόρκα*. Goar, *Ομορῶκα* legunt. Noster Interp. habuit *Մարկաՙա*, quod aliquo modo pertinet ad vocem Lat. *Mare*.

3 *Թալադդայ*, *Thalatta*, probat Atticam prolationem *Θάλαττα*. cujus loco Syncellus vulgari loquendi usu reposuit *Θάλασσα*. Illud verò *որ է ծով*, sc. *quod est mare*, Interpretis est declaratio. Ubi apud Sync. redundat haec periocha, *κατὰ δὲ ἰσόψηφον σελήνη*. quod videtur a Syncello insertum; de quo diverse altercantur Scal.et Goar in suis annotationibus.

4 Non ita feliciter *τὸν ἐπανελθόντα* reddit Goar. *redeuntem*, ut noster Interp. appositè *յարձակեալ ՚ի վերայ*. *invadens, supervadens*, quod ad rem facit. Nec aptius sunt anteriora a Goaro reddita sic. *His ista constituis*: neque sequentia illa, *ac inde necem animalibus illatam*, etc.

5 Emendatius legit Goar *τοῦτον τὸν Θεὸν*. ubi Scal. mendose *τούτων*. Ceterum ut vides, Arm. lectio omnino cohaeret cum Gr. *ἀφελεῖν τὴν ἑαυτοῦ κεφαλήν*, quod ad verbum sonat, *sustulisse suimetipsius caput*. ac Goar, industria, nescio qua, maluit novam hanc inde elicere sententiam, *caput mulieris sustulit*: forte indignum putavit Belo, imo fieri nullo modo posse putavit, sponte Belum sibi amputare caput, ac reviviscere. Sed tamen velit nolit, id somniarunt Chaldaei, quod iterum occurrit paulo inferius. aliter, nulla in Gr. mulieris mentio sub voce *ἑαυτοῦ*, cum id nunquam ad tertiam spectet personam, sed ad primam. id satis noverat Goar, sed ipse vult legi *αὐτῆς*, quod in margine adnotavit.

6 Pro *τὸ ῥυὲν αἷμα*, Goar legit *τὸ ῥυὲν σῶμα*, crasso librarii errore, quo caret Scal. Sed quum satis nosset Goar vocem *ῥυὲν* magis fluidis rebus convenire, mutat significationem, ac ita reddit. » corpus in terram delapsum «. Debebat tamen considerare sequentia, » alii Dii terrae commiscuerunt «. id enim sanguinis est, non corporis. ut infra repetitur, et ab ipso Goaro feliciter redditur. » stillanti ex se sanguini terram admiscere «. Miror quod omiserit Goar assignare aut in marg. aut in not. veram Scaligeri lectionem; cum alibi alia vel minutissima vix praetermittat.

7 Voluit hic Interp. Arm. primùm Armeniacis characteribus exprimere nomen Jovis apud Graecos usitatum, hoc pacto *գիոս*. *Dios*. quod ipsis in nominat. est *Ζεύς*, vel *Δεὺς*, *Ζεὶς*, vel *Δίς*, etc. in genit. verò *Διός*, vel *Ζηνός*. postea adjecit et alterum nomen *Aramazd*, Jovi a Majoribus Armeniorum attributum; quod Latinis est Juppiter. Quod autem Belus ipse hic sit numen profanum ab omnibus nationibus diverse vocitatum, asserit cum Eusebio et Joanne noster Patriarcha cognomento Philosophus, ita disserens in sermone contra Paulicianos.* Եւս այսմ օրինակի (ասէ) քաղդէացւոցն առնալ զանձինսն զայն վիճաբան և աշխոյժ ... զդերամարձակն՝ զմարմնոյն արատնագրութեանն՝ ետօրէն ինն պատուով պատուեցին. և սորա խաւար լարտապաստութեանն զրոլոր տիեզերս ընդ իւրև. կալեալ կուրացոյց՝ ըստ խրաքանչիւր լեզուաց այլազևելով վերոյ գանուն. քուշացիք՝ նեբրովթի կոչէլով. բաբելացիք՝ բէլ. փղշատացիք՝ բահալ. եգիպտացիք՝ գիոս. պարսիկք՝ որմիզդ. հայք՝ արամազդ ||. hoc est. » Eodem modo Chaldaei videntes Titanium illum gigantem et procerum .... ob excellentem corporis formam divino honore eum affecerunt. Istius autem tenebrae nefandi cultus universum orbem terrarum subactum obcaecarunt, juxta unamquamque linguam nomine ejus diverse usurpato. Chusenses Nebrothen (id est Nemrod) appellantes, Babylonii Belum, Philistaei Baal, Elleni (sc. Graeci) Zeus, Persae Ormizd, Armenii Aramazd «. adde Latinos, Jovem nuncupantes.

ժել լուսոյ զօրութեան, և սատակել Ցեսանել բերայ աշխարհ ինչ անստպատ և պտղաբեր. Հրամայն տալ միում ի դիցն՝ յարենէն որ ի հատեալ գլխոյն իւրմէ խլանիցէ, զանգանել ընդ հող, և ստեղծանել մարդիկ, և այլ անասունս և գազանս, որ կարիցեն այսմ օդոյ ժոյժ ունել. Հաստատել բերայ զասաելա և զարեգահն և զլուսին, և զհինգ աստեղսն պատրանաց։ Ասյս՝ ըստ բազմավիպին, բերոսոս յառաջնում մատենին պատմէ։ Ասյց յերկրորդումն զվեցաւորսն ի ըստ միոջէ նոյն գրէ, և զժամանակ զատն թագաւորացն՝ զորմէ յառաջագոյն ասացաք, աւելի քան ի հ. բիւրս ամաց ձգէ։

Ասկ արդ՝ եթէ արդար խոսել ինչ ոք զքաղդէացւոցն կարծիցէ, որ զայնչափ թիւ ամաց գրեցին, ապա յիրաւի իցէ՝ նոցա և այլոց պատիր պատմութեանցն հաւատալ։ Ասյս եթէ այս անցանել զանցանել ըստ բերնութիւն, և աննիւթն իսկ անվաւերական է. Թէպէտև այլազգ ինչ ի մէնայցի։ Ասկ եթէ զայս այսպէս ոք համարիցի, զսորին հետ գայ՝ և զժամանակացն ձևս չառնուլ յանձրն առանց քննութեան։ Ասյ եթէ այնչափ հազարաց ամաց՝ որ ըստ նոցա ժամանակագրութեան ժողովին, պայազատս ազգաց հանգոյն բազմութեան ժամանակին յառաջ բերիչին, և իրս ինչ և գործս՝ որ ի մեջ գործեցան՝ միաբան ըստ երկայնութեան ժամանակացն, թերևս յիրաւի ոք այսր անգր հարկանիցէ, թէ գուցէ արդեօք կայցէ ի նոսա ինչ սխալմարտութիւն։ Ասկ եթէ տան միայն առն կալուածոց այնչափ բիւրս ամաց համարեցան, ո՞ ոք ոչ զառանցութիւն զայնպիսի քանն և առասպել համարիցի։ Գուցէ ուրեք անուանեալ շարքն՝ ոչ զառ ի միջոջ կարծեալ ամն նշանակիցեն, այլ՝ այլ ինչ սակաւաւոր ժամանակի անջատութիւն։ Ասնդի և առ եգիպ-

lucis vim haud sustinentes, periisse. Belum autem, cum desertam quamdam regionem ac feracem vidisset, deorum cuipiam praecepisse, ut sanguine, qui stillabat ex praesecto suo capite, humum inficeret, hominesque crearet, alias quoque bestias ac feras, quae hunc aerem sustinere possent. Belum quoque astra et solem lunamque, ac quinque stellas errantes [1] condidisse ա. Haec, teste Polyhistore, Berosus in primo libro prodit [2]. Secundo vero (libro) Reges singulatim ipse describit; et tempus decem regum, de quo supra diximus, supra XL. myriadas annorum protrahit.

Porro si quis verum quid loquutos putet Chaldaeos, qui tot annorum numerum conscripserunt, jure quidem et aliis ipsorum fallacibus historiis credere debeat [3]. Si vero naturam ipsam haec excedunt superantque, prorsus quidem profana erunt, quamquam altero etiam sensu accipiantur. Quod si quis haec ita esse censeat, consequens erit, ut temporum quoque enarrationes quin illas perpendas, non admittantur. Etenim si tot annorum millibus, qui juxta eorum Chronographiam colliguntur, successores etiam principatus gentium adducerent, temporis prolixitati congruentes, item aliquas etiam res ac facinora interim facta, tam longo tempori aequalia, fortasse quis profecto suspicari poterit [4], quod nempe aliqua illis veritas insit. Porro quum tantorum annorum myriadas, decem solummodo virorum successioni concedendas existimaverint, quis nam deliramenta fabulasque ejusmodi narrationes non reputet? Nisi forte vocitati olim Sari annos haud a nobis recensitos significent, sed aliud quoddam exigui temporis intervallum. Etenim apud antiquos Aegyptiorum [5] lunares quidem dictitabant,

λον χώραν ἔρημον καὶ καρποφόρον, κελεῦσαι ἐν τῶν Θεῶν τὴν κεφαλὴν ἀφελόντι ἑαυτοῦ τῷ ἀπορῥυέντι αἵματι φυράσαι τὴν γῆν, καὶ διαπλάσαι ἀνθρώπους καὶ θηρία τὰ δυνάμενα τὸν ἀέρα φέρειν. ἀποτελέσαι δὲ τὸν Βῆλον καὶ ἄστρα καὶ ἥλιον καὶ σελήνην, καὶ τοὺς πέντε πλανήτας. Ταῦτα Βηρωσσὸς ἐν τῇ πρώτῃ φάσκει. ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ τοὺς ί. βασιλεῖς (τῶν Χαλδαίων), καὶ τὸν χρόνον τῆς βασιλείας αὐτῶν σάρους ρκ'. ἤτοι ἐτῶν μυριάδας μγ'. καὶ β. (*ut supra in Arm. vulg.* 2043.)

(Syncell. pag. 32.)

οἱ γὰρ παρ' αὐτοῖς παλαιότατοι σεληναίους ἔφασκον εἶναι (τους, τ'. pro

1 Ասաեղք պատրանաց. alio nomine usitato dicuntur ասաեղք մոլորք, vulgò մոլորակք, sc. *errantes*, quod desumptum ex significatione Gr. vocis πλανήτης, unde et Latinis *Planeta*. nam πλανάω sonat, *in errorem induco, fallo.* πλανάομαι, *erro, vagor*, etc.

2 Arm. codex habet ըստ բազմավիպին բերոսոյ, quasi *juxta Polyhistorem Berosum*. ubi quamvis poterat dici *Polyhistorem* accipi posse adjectivè sicut epithetum Beroso adaptatum, (quemadmodum senserunt Whistonii in Choren. I. 5.) verum tamen certo certius mendum est Librariorum, ultimam syllabam nominis բերոսոյ vitiose cum initio sequentis vocabuli յառաջնում confundentium. itaque omnino legendum: Ասյս՝ ըստ բազմավիպին, բերոսոս յառաջնում մատենին պատմէ. sensus vero sic explicandus, ըստ որում յառաջ բերէ բազմավիպն, կամ ըստ վկայելոյ բազմավիպին ասէ բանդրի: ut expresse reddidimus in Lat. Namque haec periodus ea ipsa est, quam supra vidimus in primo testimonio Alexandri Polyhistoris. Ասյս բերոսոս յառաջնում մատենին պատմեաց, և յերկրորդումն զվեցաւորսն միայնոյիկ յբ բիւրեալ գրեաց. Idem probat lectio Syncelli apud Scaligerum, quamvis manca. Ταῦτα Βηρωσσὸς ἐν τῇ πρώτῃ φάσκει. » Haec Berosus in prima (historia) dicit ա. Apud Goarum verò integra videtur lectio, sed depravata, Ταῦτα ὁ Πολύστωρ Ἀλέξανδρος (κατὰ) τὸν Βηρωσσὸν ἐν τῇ πρώτῃ φάσκει. » Haec Polyhistor Alexander Berosum sequutus (vel juxta Berosum) primo libro refert ա. quod minime probandum erit. etenim non ipse Polyhistor in libro primo haec refert, sed testatur Berosum in suo libro primo haec scripsisse. Legendus itaque Gr. textus hoc pacto, ex utraque lectione concinnatus. Ταῦτα ὡς Πολύστωρ Ἀλέξανδρος, ὁ Βηρωσσὸς ἐν τῇ πρώτῃ φάσκει. » Haec, ut (ait) Polyhistor Alexander, Berosus in prima narrat ա.

3 Vel ita. *justum ergo erit credi, etc.* In sequenti vero loco habente, և աննիւթն իսկ անվաւերական է, ly և aut redundat, aut asserentis conjunctionis locum habet. alioquin incerta redditur sententia.

4 Ասյս անգր հարկանիցէ. strictius redditur, *huc illuc se ferret*, seu *vacillaret*. ut autem sensus sit, dicendum *haesitaret*, vel *suspicari* sive *divinare poterit*.

5 En tibi secunda pars illius fragmenti, quod dedimus in prooemio ex Syncello p. 32. B. nominatim Eusebium nostrum laudante. consulo praemissum locum: ubi videbis bis nominari Eusebium, sub initio et in

տացւոց նախնեաքն լուսնականս իմն ասէին . այսինքն է զամսուար ա-
ւուրսն, Ը, աւուրս բովանդակեալ տարիս կոչէին, և այլք ժամն՝ զերեք-
ամսեայ ժամանակն անուանէին . զժամանակն ասեմ, և ըստ իւրա-
քանչիւր տարեայ զերեքամսեայ փո-
փոխմանս՝ ի տարի համարեին : Ի՛մ-
բան և՝ ի դէպ է, ինէ և քաղդէացւոց
անուանեալ շարն՝ կամի նոյնպիսի
հինէ յայտ առնել :

Ի՛ր արդ՝ տան միայն ազգս յա-
զօրոյ յառաջին անուանեալ թա-
գաւորէն նոցա մինչև ցջսիսուԹրոն
համարին . առ որով զլինել մեծի
ջրհեղեղին վիպագրեն : Ի՛սաև յեբ-
բայեցւոց գիրս՝ Ժ . ազգս ասէ յա-
ռաջ քան զջրհեղեղն մինչեւ . քանզի
և առ՝ ի յեբրայեցւոց այնչափ պայա-
զատուԹիւնք արանց մի ըստ միոջէ
գրին , յառաջին մարդոյն՝ որ պատմի
՝ի նոցանէն, մինչև զջրհեղեղն : Ի՛.ՀԼ
եբրայեցւոց պատմուԹիւնն ց՛Ժ . ազ-
գացն ասի՝ յերկուց հազարաց ուրուն
Թիւ ժողովի : Իսկ ասորեստանեացն՝
մանրահետեալ մինոր զազգսն, հաս-
բաւական Թուոց հանգոյն մինչեսի գրոցն
ունի . բայց զժամանական ոչ նոյն
գունակ : քանզի՝ Ա՛ի . շարս ասէն ու-
նել տասն ազգացն . զորմէ համբա-
ւեն առնել ժամանակս ամաց , սքզ .
բիւրուց :

hoc est menstruos dies: dies (enim) xxx. completos, annos vocabant: et alii, horas [1], trium mensium tempora appellabant [2]; tempora, inquam, (scil. tempestates anni) et mutationes [3] trium mensium juxta singulos annos pro anno reputabant. Conveniens ac congruum est (ut dicamus), quod Chaldaeorum quoque Sarus appellatus, tale quidpiam indicare voluerit.

Igitur ab Aloro qui primus eorum rex nominatus est, usque ad Xisuthrum decem generationes tantum enumerant, sub quo factum fuisse magnum diluvium narrant. In Hebraeorum quoque libris, x. tantum generationes (fuisse) ante diluvium Moyses ipse affirmat: etenim ab Hebraeis etiam tot hominum successiones, a primo homine quem ipsi referunt, usque ad diluvium singulatim describuntur. Verumtamen Hebraeorum historia, x generationum annos numero fere duorum millium comprehendit. Assyriorum vero (historia) [4] cum minute investigantur generationes, earum numerum Moysis libro aequalem [5] exhibet, non item tempus. Etenim decem (illi) generationibus Saros adscribunt cxx: quos annorum conficere tempora, ՈՒՀԼ. myriados perhibent.

quo lege ἤγουν) μηνιαίους τοὺς ἐνιαυτοὺς ἐξ ἡμερῶν τριάκοντα συνεστῶτας. οἱ δὲ (μετὰ τούτους ἡμίθεοι) ὥρους ἐκάλουν τοὺς ἐνιαυτοὺς τοὺς (ψ'.) τριμηναίους...

calce utriusque loci insimul descripti a Syncello. quin etiam prosequitur ibidem vindicare Eusebii dicta a calumniis Panodori. ac idem facit p. 13. E. et 28. B. Porro de diversa lectione hujus fragmenti apud Scal. et Goarum, legas velim annotationes Goari ipsius pag. 15. ad 32.

1 Interp. noster vel legit ὧρας, vel eo sensu accepit ὥρους. et consequenter vertit *ժամս. horas*. Et quidem potuit ita accipere. quod ut pateat, audiendus est Pierius Valerianus his disserens verbis in limine Commentariorum ad Horum Apollinem. » Qui (ait) Apollinem dicit, dicit Horum: et qui Horum, Apollinem. Nam Horus apud Aegyptios gloriosum nomen, idem erat quod Apollo apud Graecos: et Horus et Apollo idem quod Sol. Ab Horo, hoc est Sole, Horae viginti quatuor. etc «. Idem Pierius ad Hieroglyph. lib. 33. calcem ultimam haec habet. » Horas etiam hic intelligendum tres eas anni partitiones, quae suo quaeque tempore singula maturant, ver quippe aestatem, autumnumque, quae tempora Aegyptii, quatuor unumquodque mensibus nostris complexi sunt, ex Hori regis partitione, a quo his etiamnum Horis nomen inditum, ut quadrimestris esset eorum annus unusquisque, etc «. Adde, quod ista vox or, Armeniis est *dies*, Hebraeis *lux*. utrumque parens horarum, vel mensurae solaris.

2 Similia ferè tractans Chorenensis noster de Saris Chaldaeorum fabulosis, haec subjunxit. Lib. 1. c. 3. p. 7. * *որ ոչ միայն ըստ բոլոր-
ման առ՝ ի յարեգակնէ՝ չորեքժամնականէ ըստ մեզ լինելոյ տարւոյն
հեռանայ յամաց մերոյնոցն , մանաւանդ Թէ և յաստուածոյնոցն .
այլև ոչ որպես եգիպտացիքն զլուսնականսն հաշուին ծագմունս .
նաև ոչ զառ՝ ի գիշն ունոց (non *մնոնս*) ասացեալս, եԹէ տարիս զբ
վարկցի , զուգեալ համեմատին հուն (al. mendose *յոյն*) Թուոց առաջ
կուԹեանցս՝ առ՝ ի հաւասարել ձմերաւուԹեանն, երբեմն նուազ և երբ-
եմն սաստիկ գհաւարումն գումարելով ||* quem locum sic expresserunt Interpretes ejus Whistonii. » Atqui eorum anni non tantùm à solaribus nostris, qui quatuor tempestatibus sunt conclusi, longè discrepant, atque adeò a Divinis; verùm neque cum Aegyptiis lunares computant ortus; neque verò eos, qui ex diis nomen invenere; adeo ut qui reverà annos designari putant, ii, ad veri confirmationem, Graecorum numeris addent et connectant, aliàs collectionem minuentes, aliàs augentes «. Ubi posteriora aliter omnino vertenda ita erant. » Verum neque ut Aegyptii lunares computant ortus; neque eos, qui ex diis nomen invenere, (vel nominati sunt) siquis umquam annos computet, aptè comparari possunt mensurae numerorum objectorum ad veri confirmationem, aliàs minus, aliàs plùs collectione congesta «. Omitto annotationem ab illis inibi subjunctam, quasi Chorenensis per annos *զառ՝ ի գիշն ասացեալս*, indicarit *ἐνιαυτὸν τοῦ Θεοῦ*, sc. Solis. Possumus item dicere eum assignasse Horos jam memoratos, quibus nomen dederunt *ἡμίθεοι*, sc. *Semidei*, ut legitur apud Sync. quod forte Eusebii sit dictum; sed cum desit in nostra lectione, parenthesis nota includi placuit in Gr.

3 *Փոխմանս.* Si verbum audias, *mutationes* sonat; si sensum quaeras, *tempestates anni* indicat, Graecorum ferè more: ita ut minime dubitamus ab Eusebio *τροπούς* hic usurpatum fuisse, cujus nominativum (ad secernendum a *τρόπος*) *τροπή*. quod quidem propriè *mutationem* sonat, sed adjunctum nominibus aestatis vel hiemis etc, *solstitium ipsum* vel *tempestatem* Armeniis vulgò *արեւադարձ, և ձմեռնակ տարւոյ* dictum assignat. quo sensu etiam Interpres noster usurpat vocem Arm. *փոխմանաց* non semel. ut videsis ad calcem primi hujus libri in sermone Dionysii Halicarn. Eadem voce usus est Thomas Arzerunius, cùm Lib. I. cap. 1. praemissa ferè Eusebiana recensuerit. * *Նոյն պէս և զպայման ժամանակացն յարեաս բիւրս ամաց ձգեն (քաղդէացւոցն մանաւանդ բաւիղք) · որ և ոչ ըստ միոյ յերկամեայ հաւասար նոյ առ՝ ի յաւելումն · ոչ արեգական բերմամբ՝ ի նոյն կէտ ամաց և աւուրց , և ոչ ըստ չորից փոխմանց (seu փոխոխմանց) առ՝ ի յեղուամն ժամանակի տարւոյն , այլև ոչ ըստ լուսնական լծումեան և աւելման նուխեան ||* . » Itidem et conditionem temporum in immensas annorum myriadas protrahunt (commentaria Chaldaeorum). Quod nullo quopiam modo demonstrat verum, nec Solis reditu in eundem punctum mensium ac dierum, neque secundum quatuor *mutationes* ad renovationem tempestatis anni, nec etiam juxta Lunare plenilunium interluniumve «.

4 Jam diximus articulum ն, positum in calce vocum genitivi casus, exhibere nomen reconditum; qua ratione et in praesenti loco sub voce *ասորեստանեայցն* subintelligitur vocabulum *historia*, vel quid simile. Observabis iterum legi posse hic in Arm. absque puncto: *իսկ ասորես տանեայցն մանրահետեալ մինոր զազգսն*. quasi diceretur, *Assyrii* verò *minutatim investigantes generationes*. id tamen abs re videtur, nec sequentibus conveniens.

5 *Հաւասարակ*. ad verbum *communis*. hic tamen pro *հաւասար*, *aequalis*, videtur sumptum. ut non semel assumitur et alibi a nostro interprete.

Եւ արդ՝ մերձ է և քեզ անդստին յայսցանէ, որ զՀշմարտութեան բա-նիւն գայցես, յանձնէ խմնալ՝ եթէ քսիսուԹրոս նոյն է, որ ի յերբայեց-ւոցն Նոյ կոչի. առ որով եղև մեծ ջրհեղեղն. զորմէ և բազմավիպին գիրքն տան ԾանօԹս. քանզի գրէ ըզ-նմանէ այսպիսի ինչ։

Porro tibi quoque, si tamen (quisquis es) verba[1] veritatis perlustraveris, facile est ex his quidem quae diximus, per te intelligere, Xisuthrum eundem esse, qui ab Hebraeis Noe nuncupatur, sub quo magnum illud diluvium factum est; de quo etiam Polyhistoris ipsius liber praebet notitiam: de eo enim hoc modo scribit.

(*Syncell. pag.* 24.)

Ա.ղեքսանդրի Բազմավիպի վասն Ջրհեղեղին, ի նմին գրոյ՝ զորմէ ասացաք։

Alexandri Polyhistoris de Diluvio, ex eodem libro, de quo dictum est[2].

Αλεξάνδρου τοῦ Πολυΐστορος. ...

Ի վախճանել ասէ ոտիարեայ՝ նորին որդւոյ քսիսուԹրայ ԹագաւորեալՀարս. ԺԸ. և առ նովաւ լինել մեծի ջրհեղեղին։ Եւ ի գրի հաբեալ մի լուսա միոջէ այսպէս պատմէ։

Ὀδιάρτου δὲ τελευτήσαντος, τὸν υἱὸν αὐτοῦ Σείσουθρον βασιλεῦσαι σάρους ιή. ἐπὶ τούτου μέγαν κατακλυσμὸν γενέσθαι. ἀναγεγράφθαι δὲ τὸν λόγον οὕτως.

» Otiarte[3] defuncto, inquit, ejusdem filium Xisuthrum regnasse Saros XVIII. atque sub eo factum fuisse magnum diluvium «. Litteris autem mandans singillatim ita narrat.

1 Feliciter Eusebius praesenti loco se se vindicat a Syncelli criminationibus, et consequenter Scaligeri atque Goari altercationes extirpat undique. Siquidem luce clarius cernitur in his ac similibus dictis Eusebii, eum constanter ratum habuisse, futilia omnino existimanda Chaldaeorum deliramenta de suis antiquis regibus, nec eos tot immensis annis regnasse, neque tales homines ante diluvium fuisse, sed profanos auctores mendaciter iis nominibus appellasse posteros Adami usque ad Noachum. Haec per se patent. Unde constat Armenios Scriptores prae Syncello felicius assequutos fuisse Eusebii mentem, quinimmo historiae veritatem: quippe qui sine ulla haesitatione affirmant eos reges Chaldaeorum nominatos reipsa non dividendos a Patriarchis ante Diluvium memoratis in sacris literis, sed tantum quoad nomina et annorum spatia externos historicos dissentire. Ita Moyses noster Chorenensis Lib. I. c. 3. ubi sub illo titulo, * Յաղագս զի ոչ սակս ազամոյ և այլոց նահապետացն միաբանեցան այլք՝ ի պատմագրաց. » De Adamo (ut interpretantur Whistonii) caeterisque familiarum Principibus, alios Historicos non consentire «. haec prosequitur. * Յաղագս արմատոյն հանուրց մարդկութենանց, կամ Թէ հանդ ուղիք Թուեացի ասել՝ ծայրեր, պարտ է մեզ սակաւ բնչ անցանել բանիս, Թէ ընդ ով հակառակ, հոդւոյն խորհել անմիաբանեցան այլքն ի պատմագրաց, զբեւռս ասեմ, զրագմավիպէն, և զաբիւդենոյ, կամ զնոյն ինքն զնա-հակառուցէն և զայլոց նահապետացն, ոչ միայն վասն անուանց և ժամանակաց, այլ վասն ոչ սկիզբն զառ. ի մինչն հաւասին կարգելոյ ազգի մարդկան... Նոյնպէս և յաղագս նոյ՝ այլով անուամբ վարին, և ժամանակօք անբաւիւք. Թէպէտև վասն ըրոյն ասահուԹեան և ապակաւնութեան երկրի՝ ըզդ հոգևորացն բարբառին բանից. նոյնպէսև զթիւ նահապետացն՝ ասան քսիսուԹրեաւ հանգերձ Թուէն ||։ » De totius generis humani radice, seu, si quis ita potius appellare velit, vertice, paucis oportet indicari, quamobrem à sacris literis alii Scriptores dissentiunt: Berosum dico Historicum literatissimum, (vel potius, et *Polyhistorem*) atque Abydenum; aut cur ipse Abydenus de Navigii aedificatione (vel potius, *aut cur illi scriptores de ipso Navigii aedificatore*), caeterisque familiarum Principibus, non modò quod ad nomina attinet ac tempora, sed etiam in eo quòd genus hominum ab eadem stirpe non repetant ..... (ubi postquam dixisset ab Abydeno pro Adam Alorum introduci, subjungit). Similiter ad Noam diversum adhibent nomen, ac tempus immensum: quanquam de aquarum violentia et terrae corruptione cum sacris literis consentanea tradunt; atque itidem decem familiarum Principes simul cum Xisuthro numerant «. Ubi vides posteriora iisdem fere verbis accedere ad hunc Eusebii locum, anteriora vero sensum ejusdem Eusebii constanter declarare. Similia repetit ipse Chorenensis cap. 5. ejusdem Libri I. consule, si cupis. Ita quoque breviter haec attigit Gregorius noster, Magister dictus, in epist. ad Abrehim, totidem verbis. * Եւբդ՝ քանզի բազումք ի սոցանէ ոչ հանգուցեալ միմեանց ասացեալ յաղագս առաջին մարդոյն, ոչ զանուն և ոչ ժամանակ. այսպէս ասէիցեն (արիւգենոս) քազդեոյ, և պիւռոս (բերոսոս) այլանդակ ինն պատմեն զլինելութիւնն երկնի և երկրի՝ ծաղրանս, և ասեն անուն ադամայ աղյովքրա, և կացցեալ նորա չարս ասան. և ամս յանգնի Ը հազար. Թէպէտ և լուսնա կանոնքն Թուէն ||։ » Plures itaque istorum (scriptorum) non consimiliter dixerunt de primo homine, neque quoad nomen, nec quoad tempus; ut Abydenus Chaldaeus, et Berosus absurdè nimis enarrant creationem caeli et terrae aliena plane ratione: atque nomen dant Adamo Alorum, eumque perseverasse Saris decem; quos in annos XXX millia congerunt, etsi per lunares (annos) dinumerent «. Ac idem Greg. Magister in altera epistola ad Principem Mamiconium, quatuor illas belluas e mari prodeuntes memorans Apollodori verbis, in diebus Daoni, subdit: *id est*, inquiens, *Jared.* ut vidisti supra in notis. Sed prae aliis magis disertè ac commodè rem explicat Samuel noster Eusebii sectator in omnibus: is ergo singulis regibus Chaldaeorum nominatis singulorum Patriarcharum nomina aptat in margine hoc pacto. * Ադամբինքն ..... յագամայ սկսեալ այլանման անուանս նահապետացն և անհուն Թիւս ամացնոցս միրամիջէ համարին այսպիսի ձևով. (ա. Ադամ). Ասալ. բոս չարս Ժ. և բաժանեն զչար մի՝ ի վե Թիւս ամաց. գրեալ ի նորին վերայ ներս իմն և սոսս. Նկեր մի՝ ի ներքոյն է. ո. ամ. սոսս մի՝ ի սոսկեն է. կ. ամ. (բ. Սկեթ). Ադաղաբոս չարս երէք: (գ. Ենովք). Ամելոնէն՝ չարս, Ժ. և ջ: (դ. Կոլինան). Ամինոնէն՝ չարս, ԺԸ: (ե. Մահալաղէլ). Ամեդալարոս՝ չարս ասանեւուԹ: (զ. Յարեդ). Դամոնաս՝ չարս ասան: (է. Ենովք). Նաւեդովքաբոս (կամ ենդովքաբոս) չարս ասան և ուԹ: (ը. ՄաԹուսաղայ). Ամեմբինոս՝ չարս ասան: (Թ. Ղամէք). Ոախարակս՝ չարս ուԹ: (ժ. Նոյ). ՔսիսուԹրոս՝ չարս ասանեւուԹ: միանգամայն Ժ. Թագաւորացս՝ չարս ՀՃ. ասեն լեալ. որք ասին սակ բիւրս ամաց: Ջայսսակ քազդեացոցն վիպագիրք ||։ » Exteri ..... jam ab Adam incohantes alienae rationis nomina Patriarchis, immensosque annorum numeros singulis eorum adscribunt hoc modo. *I. Adam.* Alorus, saris X. atque dividunt unum Sarum in MMMDC. annorum numerum, superaddentes in eum quas nescio Neros et Sossos. Nerus una constat DC. annis, et Sossus una LX. annis. *II. Sethus.* Alabarus, saris tribus. *III. Enos.* Almelon, saris X, et III. *IV. Cainan.* Ammenon, saris XII. *V. Malalael.* Amegalarus, saris decem et octo. *VI. Jared.* Davonus, saris decem. *VII. Enoch.* Evendorachus (al. Endorachus), saris decem et octo. *VIII. Mathusala.* Amempsinus, saris decem. *IX. Lamech.* Odiardes, saris octo. *X. Noe.* Xisuthrus, saris decem et octo. In simul X. regibus saros dicunt CXX. fuisse, qui efficiunt MMXLIII. myriadas annorum. Haec Chaldaeorum historici «. Eadem paucis complectitur etiam Arzerunius, alter Eusebii pedissequus, L. I. c. 1. * Պարս է նախ գիտել, Թէ որով օրէ նախա քազդեացւոցն մատենագրութիւնք զԹիւ նահապետացն ասլ. ասմիք համարին Թուով՝ ըստ ասասւածաշունչ գրոցս. իսկ զանուանս նոցա այլապես ասելով՝ զատանին. նոյնպէս և զպատմին ժամանակացն, յորում բիւրս ամացն ձգեն ||։ i. e. » Praestat in primis scire, quomodo Chaldaeorum commentaria recensionem Patriarcharum decem computent numero secundum Divinae legis scripta; nomina vero eorum variatim proferentes, disjunguntur; item temporum rationem in immensas annorum myriadas protrahunt «.

2 Occurrit et praesens Polyhistoris locus apud Sync. statim ferè post praemissum fragmentum. idem ex eodem mutuatur Scaliger in excerptis suis Eusebianis, adjecta abs se hac inscriptione, Αλεξάνδρου τοῦ Πολυΐστορος ἐκ τῆς δευτέρας τῶν Βαρωσσοῦ Χαλδαϊκῶν.

3 Mendosa comperitur lectio Syncellana tam apud Goarum, quam apud Scal. in nomine Ὀδάρτου. quod mendum non solus auctor noster, sed ipse quoque Syncellus facile corrigere potuit, cum alibi correctius habuerit in nominat. Οτιάρτης. ut pag. 14. D. et in genit. Οτιάρτου. ut pag. 31. C. ubi repetitur ex Polyhistore initium hujus periochae.

Կրոնէն ասէ նմա՝ ի քուն յայտնել, զոր հայրն անուանեն արամազդայ, և այլք՝ ժամանակ, ի հնգետասան ներօրդում դեսիոս ամսեան, որ և մարեերի, մարդկան ի ջրհեղեղէն սատակել. հրամայն տալ՝ զամենայն զանաջինս և զիջինս և զվերջինս մինչեհինց փորել և դնել յարեգ քաղաքին սիպարացւոց։ Այս գործել և ի հներքս մնանել՝ հանդերձ ազգականաք և կարեւոր բարեկամաք. համբարել ի հներքս անձին և ըմպելիս. մսեծանել և գազանս և թռչունս և սերբատանիս. և ամենայն կազմիս ծովք պատրաստ լինել ի նաւարկել։ Հարցեալ՝ Թէ յո՞ւրեք արդեօք նաւարկիցէ. պատասխանի արարեալ, Թէ առ գիտն, աղօթս առնել, զի բարիք մարդկան լինիցին։ Այս յորս տունգամնեք գործել զգործ նաւագործութեանն. որոյ երկայնութիւնն էր հինգետասան վտաւան, և լայնութիւնն երիւս վտաւաց։

» Κρόνον (Saturnum)[1], inquit, quem Patrem nuncupant Jovis ; alii vero Χρόνον (Tempus), ei (sc. Xisuthro) per somnum revelasse, die mensis Daesii, scilicet Mareri [2] (juxta Arm.) decimoquinto, homines per diluvium extinctum iri [3]. Atque (eidem) praeceptum dedisse, ut omnia, tam prima, quam media, nec non extrema libris comprehensa, tellure effossa, Heliopoli [4] Sipparenorum [5] conderet; ut navim fabricaret, et cum consanguineis ac necessariis amicis [6] ingrederetur; ut congereret intus esculenta et poculenta; feras quoque ac volucres [7], quadrupedesque introduceret; atque omni cum apparatu ad navigandum expeditus fieret. Roganti autem quo navigandum? Responsum; ad Deos, orandi causa, ut bona hominibus eveniant [8]. Nec praetermisit conficere opus fabricationis navis; cujus longitudo quindecim stadiorum erat, latitudo autem stadiorum duorum.

Τὸν Κρόνον αὐτῷ κατὰ τὸν ὕπνον ἐπιστάντα φάναι, (....) μηνὸς Δαισίου ιέ. τοὺς ἀνθρώπους ὑπὸ κατακλυσμοῦ φθαρήσεσθαι. κελεῦσαι οὖν διὰ γραμμάτων πάντων ἀρχὰς καὶ μέσα καὶ τελευτὰς ὀρύξαντα θεῖναι ἐν πόλει Ἡλίου Σιππάρου, καὶ ναυπηγησάμενον σκάφος ἐμβῆναι μετὰ τῶν συγγενῶν καὶ ἀναγκαίων φίλων. ἐνθέσθαι δὲ βρώματα καὶ πόμα. ἐμβαλεῖν δὲ καὶ ζῶα πτηνὰ, καὶ τετράποδα, καὶ πάντα εὐτρεπισάμενον πλεῖν. ἐρωτώμενον δὲ ποῦ πλεῖ; φάναι πρὸς τοὺς θεοὺς εὐξόμενον ἀνθρώποις ἀγαθὰ γενέσθαι. Τὸν δὲ οὐ παρακούσαντα ναυπηγήσαντα σκάφος τὸ μὲν μῆκος σταδίων πέντε, τὸ δὲ πλάτος σταδίων δύω.

1 Saturnus apud Armenios Graecorum more Կրոնէն vel Կռնոս, Κρόνος, nominatur. Juppiter verò, (ut supra diximus), nunc juxta Gr. Զեւս, Զամ դեւս, Ζεύς, vel Δεύς appellatur, nunc (ut impraesentiarum) *Aramazd*. At nomen Jovis et Χρόνου, sc. Temporis, desideratur apud Sync. nescio an sponte ille omiserit, an librariorum incuria exciderit. Verum congruenter praesenti loco habet Cicero haec in II. Lib. de Nat. Deor. cap. 25. » Saturnum autem eum esse voluerunt, qui cursum et conversionem spatiorum ac temporum contineret, qui deus Graece id ipsum nomen habet: Κρόνος enim dicitur; qui est idem Χρόνος, id est, spatium temporis. Saturnus autem est appellatus, quod saturetur annis. Ex se enim natos comesse fingitur solitus, quia consumit aetas temporum spatia, annisque praeteritis insaturabiliter expletur «.

2 Codex Arm. vitio unius litterae fert hic դէնիոս, quod infra emendatius habetur դեսիոս. Placuit observari additamentum Interpretis Arm. Armeniacum mensem *Mareri* cum Daesio conferentis. Porro juxta immobilem calculum, Mareri cohaeret cum Romanorum mense Majo ; sive prima dies τοῦ Mareri est octava mensis Maji. Immobilem inquam, qui servatur in Ecclesiasticis epochis: aliter propria Armenorum dinumeratio jam antiquitus mobilis fuit, cum dies anni perpetuo (sine bissextili) numerarint 365, pro singulis duodecim mensibus triginta dies firmiter adscribentes, et quinque dies pro appendice addentes. Sed quum aureo, ut ita dicam, Saeculo nostrorum Interpretum, sc. quinto, post J. C. D. initium anni Armeniaci inciderit in XI. diem mensis Augusti, usus obtinuit in Martyrologio ea die assignare initium mensis Navasart, qui est caput Anni Armeniaci; quo pacto et *Mareri* eo saeculo Majum assignare potuit: ita ut vel hinc certe probetur Interpretis nostri aetas certa, id est saeculum quintum.

3 Haec omnia cum antecedentibus subsequentibusque sic in compendium redigit Arzerunius noster L. I. c. 2. « Ի հինգետասան ազին նահապետէն բաւիւն առաջիկայ անուանեանս անձին հետագրելցս ցայգր, որ վասն բնչայ և նոցունց իսկ քաղդեացւոց գիւցազնական զառանցութեանցն .... քանզի ասեն սկիզբն առասպելոց ղնին ունի բեզ՝ Հայր գիայ, որ կոչի հայերէն արամազդ. մեծ բիւր ամաց աւուրս ունել. և ևս յաւել քան զայսիկ և այլ առասպելականք. և գիր մատենական ի ինմանէ գրեալ և պահեալ ի բաբելոնի բազում գրուածութիք ... իսկ այլք զնոս ոմն անուն լինել հայր արամազդայ՝ ետ մեռանել ժամանակաւ, որ զջրհեղեղին իրս գուշակեաց քսենփեթեայ, և զառաքինս իւր գործոց բնաբանակս գրել և գնել յամեն ոգիսի մանեալ կապարով ի պահ հեսաի ի սիպարացւոց քաղաքին ... որպես և արանցն՝ որ յառաջ քան զջրհեղեղն. քառասուն և աւելի բիւրս ամաց, և գրս խոհագրեալ կան՝ այլաձեւս և խժականս, շարս և ներս և սուս, նոյնպէս և զանուանս նահապետացն կեղակարծութեամբք այլաբանել ». i. e. » Quamquam nullam adstipulationem praesenti argumento habuerint sequentia indicia relata de Belo, deque ipsis fabulis divinis Chaldaeorum ... Quandoquidem principem dicunt Deorum antiquum quendam Belum Jovis Patrem, qui Armeniis Aramazd dictus, eumque habuisse dies annorum myriadum CCXV. et consequenter reliqua fabulosa dicta huic similia; atque librum codicis instar ab eodem scriptum, conservatumque (fuisse) in Babylone summa cura ... Alii verò Cronum quendam nomine (tradunt) Patrem esse Jovis, proximi temporis, qui res Diluvii praedixit Xisuthro, et prisca sua acta physiologicè scripsisse atque deposuisse in vas aeneum plumbo obsignatum, ut servaretur in civitate Siparenorum ... Sicut etiam viris ante Diluvium (existentibus assignasse) quadraginta et amplius myriadas annorum, et saecula ficta, variata, barbaraque, saros, neros, et sossos; similiter et nomina Patriarcharum dubie variant «.

4 Արեգ քաղաք, est interpretatio vocis Gr. πόλις ἡλίου, *Urbs Solis*, ut Goar usurpat in sua interpretatione. Nobis placuit vox juncta *Heliopolis*, desumpta a Gr. Ηλιόπολις: quo nomine diversae occurrunt civitates, non solum apud profanos, sed etiam in sacris literis; ut Genes. XLI. 45. et Exech. XXX. 17. ubi in Vulg. Lat. legitur *Heliopolis*. Jerem. XLIII. 13. V. L. *domus Solis*, ad rationem nempe Hebraici nominis *Bethsames*, quod *domum solis* assignat: idque nomen servatum in Jos. XV. 10. apud Vulg. Lat. quamvis Septuaginta ubique Heliopolin habeant, sicut etiam Arm. versio, արեգ քաղաք, quasi արեգական քաղաք.

5 Scal. optime hic et infra, Σιπάρους, Σιππάρων. Goar utrobique mendose Σισπάρους, Σισπάρων.

6 Goar saepe nominatus nominandusque suppressit in Lat. significationem vocis ἀναγκαίων adjunctae cum φίλων; habens solum *cum amicis;* quod oportuit notare, ne quis Latinam tantum legens ejus interpretationem, discrepare putet Arm. lectionem a Gr. Quod autem addit ipse Goarus, » alto mari se se credere «, superfluum est: nec enim Gr. textus amplius quid habet, quàm codex noster. Idem velim intelligas de sequentibus gratis a Goaro additis, » obsequitur ille, commeatum omnem parat «: nam tam in Gr. quam in Arm. id solum habetur, quod et ipse Goar prosequitur inibi, » cibos et poculenta congerit «.

7 Ubi Sync. continuata serie fert ut adjectivum cum suo substantivo ζῶα πτηνά, noster legit separatim cum conjunctione ζῶα καὶ πτηνά, utrumque ut substantivum.

8 Certam, ni fallor, sententiam reddit ea punctorum dispositio, quam digessimus in Arm. et Lat. aliter variata punctorum ratione, alia haec elicitur sententia: » Responsum, Ad deos precandum, ut hominibus bona fiant «. Ubi Goar plane aliter sensit, vertens: » Ad deos, inquit: Atque ita prospera hominibus precatus est «: quod abs re videtur. In sequentibus mira affinitas cernitur inter verba Gr. παρακούω, et Arm. սաստկանել, id est, *non auscultare*, vel *negligenter audire*. Nos uno verbo rem volentes explicare cum auctore in negativo substituimus ad sensum, *nec praetermisit*; ubi Goar longiora haec habet in assertivo: » Divinis monitis obsequutus «.

Հանդերձեալ կազմեալ ըստ ա-
ՅՆոյնի՝ որպէս և առ Հրաման, ըզ-
կին և զորդիս և զկարեւոր բարե-
կամն ի ներքս մուծանել։ Ի հասա-
նել ջրհեղեղին, և վաղվաղակի ցած-
նուլ, թռչունս ինչ արձակել քան-
սուրբայ, և չգտանել ուստի ինչ՝
և ոչ տեղի և դադար իջանելոյ.
դարձեալ միւսանգամ առնուլ զնո-
սա ի նաւն. և յետ սակաւ ինչ ա-
ւուրց դարձեալ արձակել այլ հաս.
և նոցա և սա միւսանգամ անդրէն ի
նաւն դալ՝ կաւով թաթախ զմա-
գիլսն բերեալ։ Այսպա երրորդ ան-
գամ արձակել, և անդրէն միւսան-
գամ չգալ ի նաւն։ Յայնժամ խմն-
նալ քսիսուրբայ՝ եթէ յայտնեալ
բացեալ է երկիր, քակել զկողմ մի
ձեղուան նաւին. և տեսանել եր-
թեալ յեցեալ գնաւն ի լեառն ինչ։
Այնմանէ հնաւ և դստերբք միով հան-
դերձ, և Յարտարապետաւ նաւին,
և երկիրպագանել յերկիր. բազին
կանգնել, և զոհ դից մատուցանել.
և այնուհետև չիք յայտ լինել՝ նո-
քօք հանդերձ, որք ընդ նմա ի նաւ
էին ելանելին։ Այլ որք անդէն ի նա-
ւին մնային՝ և ելանէին ընդ քսի-
սուրբանց, ելեալ յետոյ ինդրելին
գնա, և յանուանէ չքնէին գոյնին կո-
չէին։ Այսիսուրբայ երևեալ այ-
նուհետև նոցա. բայց ձայն բարբա-
ռոյ յօդոցն եկեալ պատուէր տայր,
եթէ պարտ է նոցա դիւցազարս
լինել, և եթէ ինքն վասն դիւցա-
պաշտութեանն երթեալ բնակիցէ ի
քնակութիւն դիցն. և գնոցին նորա
և դստերք և նաւապետին ի նոյն պա-
տուիրս վայելել։ Այլ դուլ և պատուէր
տալ նոցա՝ երթալ միւսանգամ ի

Cunctis itaque rebus apposite comparatis, uti ipsi praeceptum fuerat [1], (cum) uxorem et liberos, necessariosque amicos introduxisse. Ingruente vero diluvio, et confestim cessante, volucres quasdam [2] Xisuthrum emisisse; easque cum nihil invenissent pabuli, nec locum stationemve consedendi, rursum in navim recepisse. Transactis autem paucis diebus, iterum alias dimisisse aves, et eas quoque rursum in navim reversas, pedes coeno oblitos gerentes [3]. Tertio demum emisisse, nec ulterius navim repetiisse. Animadvertisse tunc Xisuthrum, terram detectam patere; dissolvisse aliquam tecti navis partem, ac vidisse navim delatam adhaesisse ad quemdam montem. Egressum itaque cum uxore ac filia una, et gubernatore [4], terram adorasse, atque ara exstructa, Diis immolavisse: ac deinceps cum iis, qui secum e navi egressi erant, a nemine amplius visum fuisse. Qui vero in navi remanserant, nec cum sociis Xisuthri egressi erant [5], deinde descendentes eum quaerebant, atque errantes, nomine inclamabant, vocabantque. Xisuthrus (autem) eis deinceps non comparuit, sonus tamen vocis ex aere veniens, illis imperabat, oportere eos Deorum cultores esse [6]. Se autem [7] ob Deorum cultum profectum inhabitare habitationem Deorum; nec non uxorem et filiam et gubernatorem eodem honore frui. Atque jussisse, ut rursum Babylonem (ipsi) proficiscerentur; hoc enim Deorum praeceptum [8], ut irent, atque ex Sipparenorum urbe, effossa

Τὰ δὲ συνταχθέντα πάντα συνθέσθαι, καὶ γυναῖκα, καὶ τέκνα, καὶ τοὺς ἀναγκαίους φίλους ἐμβιβάσαι. γενομένου δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ, καὶ εὐθέως λήξαντος, τῶν ὀρνέων τινὰ τὸν Ξείσουθρον ἀφιέναι. τὰ δὲ οὐ τροφὴν εὑρόντα, οὔτε τόπον ὅπου καθίσαι, πάλιν ἐλθεῖν εἰς τὸ πλοῖον. (τὸν δὲ Ξίσουθρον) πάλιν μετά τινας ἡμέρας ἀφιέναι τὰ ὄρνεα. τὰ δὲ πάλιν εἰς τὴν ναῦν ἐλθεῖν τοὺς πόδας πεπηλωμένους ἔχοντα. Τὸ δὲ τρίτον ἀφεθέντα οὐκέτι ἐλθεῖν εἰς τὸ πλοῖον. Τὸν δὲ Ξείσουθρον ἐννοηθῆναι γῆν ἀναπεφηνέναι. διελόντα τε τῶν τῆ πλοίου ῥαφῶν μέρος τι, καὶ ἰδόντα προσοκεῖλαν τὸ πλοῖον ὄρει τινί, ἐκβῆναι μετὰ τῆς γυναικὸς, καὶ τῆς θυγατρὸς καὶ τοῦ κυβερνήτου, προσκυνήσαντα τὴν γῆν, καὶ βωμὸν ἱδρυσάμενον, καὶ θυσιάσαντα τοῖς θεοῖς, γενέσθαι μετὰ τῶν ἐκβάντων τοῦ πλοίου ἀφανῆ. Τοὺς δὲ ὑπομείναντας ἐν τῷ πλοίῳ, μὴ εἰσπορευομένων τῶν περὶ τὸν Ξίσουθρον, ἐκβάντας ζητεῖν αὐτὸν ἐπὶ ὀνόματος βοᾶν. τὸν δὲ Ξίσουθρον αὐτὸν μὲν αὐτοῖς οὐκέτι ὀφθῆναι, φωνὴν δὲ ἐκ τοῦ ἀέρος γενέσθαι κελεύουσαν, ὡς δέον αὐτοὺς εἶναι θεοσεβεῖς, καὶ παρ' αὐτὸν διὰ τὴν εὐσέβειαν πορεύεσθαι μετὰ τῶν θεῶν οἰκήσοντας. τῆς δὲ αὐτῆς τιμῆς καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ τὴν θυγατέρα, καὶ τὸν κυβερνήτην μετεσχηκέναι. εἶπέ τε αὐτοῖς, ὅτι πάλιν ἐλεύσονται εἰς Βαβυλῶνα, καὶ ὡς εἵμαρται αὐτοῖς ἐκ Σιππάρων ἀνελο-

1 Goar minime expressit illud, *որպէս և առ Հրաման*: quod in activo sonat, *ut accepit praeceptum* vel *ordinem*; sive in passivo, *ut praeceptum* vel *ordinatum ei fuit*: et quidem id apprime indicat Gr. verbum *συντάττω*, sc. *coordino*, *praecipio*. Sed quia praeterea significat etiam *comparo*, *compono*, *conjungo*, etc, hoc secundo sensu videtur accepisse Goar, cum vertit: » cuncta verò comparata imposuit «. Propius accederet ad textum, si contra dixisset: » cuncta verò (sibi) imposita comparavit (sc. explevit) «; nam Gr. textus ad verbum haec refert: » Omnia verò (sibi) ordinata (sc. praecepta vel mandata) composuisse «.

2 Scal. vitiose legit in sing. *τὸν ὀρνέων τινα*, cum sequens correlativum sit in plur. *τὰ δέ*, etc.; atque vel ipse infra habeat in plur. *πάλιν .... ἀφιέναι τὰ ὄρνεα*: feliciter ergo nobiscum habet lectio Goari *τῶν ὀρνέων τινα* in plur.

3 Մատիք vox propria apud Armenios pro avium pedibus, qua voce carentes Gr. et Lat. reponunt *πόδας*, *pedes*, quod generaliter Armeniis est *ոտք*.

4 Ճարտարապետ quamvis absolute sumptum indicat *Architectum* vel *Artificem* cujuslibet artis, una vero cum nomine navigii, Ճարտարապետ նաւի, ex ipsa rerum sententia notat *Rectorem* seu *Gubernatorem*: idque probat non solum Gr. illud *κυβερνήτης*, sed etiam Arm. textus, qui paulo post eo sensu dicet *Նաւապետ*, i. e. *Navarchus*, vel *Rector navis*; ubi iterum Gr. est *κυβερνήτης*; a quo Latini *Gubernatorem* dixerunt. Pro Armenis Lectoribus juvat ex parte locus Hymnorum, ubi canitur: Ղեկավար Հարտարապետ, անցեր ընդ ծով կենդանւոյ անդ հեռու. Praesentem locum una cum alibi traditis ab Eusebio, attingit Thomas Arzerunius Lib. 1. hist. Arm. cap. 1. » Նմանապէս ի տապանն նոյ և որդիք իւր, կին նոյ, և կառավար որդւոց նորա ընդ նմա: իսկ ա-մանք ի պատմագրաց ասեն, թէ՝ և գուսան նոյի և Հարտարապետ նաւին հնաւ և որդւովք և կարեւոր բարեկամաք .... քանզի յետ ջրհեղեղի ոչ երեւի լինել գաղեալ որպես նահապետին. իսկ աչխարհն վերին հնդկաց ասի լինել գաւառ նորա. զոր եւսեբէս կէսարացի ա-սէ (այլուր). ի սովորութենէ մինչև յայսօր կին մարդ թագաւորէ ի վերայ աչխարհին հնդկաց ||: i. e. » Ingressus est arcam Noe et filii ejus, uxor Noe, et uxores filiorum ejus cum eo. Nonnulli verò historicorum dicunt, quod etiam filia Noe, et Navarchus ipse unà cum uxore et fillis necessariisque amicis .... nam post diluvium non videtur, quod denuo filii fuerint Patriarchae: verum regio superioris Indiae dicitur esse ejusdem filiae; quod vel ipse Eusebius Caesariensis (alibi) dicit, hodiernam usque diem mulierem reguare consuevisse supra Indiam «.

5 Constans lectio Eusebii nostri *չէանէին*, certe in Gr. *μὴ εἰσπορευομένων* fuit, adeoque jure castigat emendatque depravatam lectionem Syncellani exemplaris tam apud Goarum, quam apud Scal. *μὴ εἰσπορευομένων*: id enim sonat non *ingredientibus*, quod res non admittit; alterum verò non *egredientibus*, quod res ipsa omnino postulat; ita ut Goar quoque anxius aliò rem deflexit, reddens: *non redeuntibus*.

6 Egregiè pro *θεοσεβῆς*, *դիւցապաշտ* hic inseruit Interp. noster, ut decebat in profanis historiis; nam pro cultoribus veri Dei *աստուածպաշտ* nomen usurpant nostrates; alterum vero sonat falsorum numinum cultores.

7 Lectio Scal. *παρ' αὐτὸν* in sing. firmatur ab Eusebio nostro; altera Goari in plur. *παρ' αὐτῶν*, rejicitur.

8 Եւմարտ, sonat, *destinatum est a numine*, vel *in fatis*: itaque Interpres Arm. sensum explicavit dicens, *Հրամանք գիցն էցեն*; quod et nos in Lat. refudimus. Illud verò *ὡς*, *sicut*, videtur noster legisse *οὕτως*, *sic*, *ita*; nisi dixeris declarationis gratia ita reddidisse.

բաբիղոն. և թէ այսպէս ինչ հրամանք դիցն էցեն, նոցա երթալ՝ի սիսարացւոց քաղաքին փորել հանել զմաստեանսն՝ որ ծածկեալ կայցեն անդ, և տալ մարդկան. և եթէ տեղին՝ յորում վայրի էլեալ կայրին, հայոց աշխարհն է։

Եւ նոցա լուեալ զայն ամենայն՝ զոհս դիցն մատուցանեն. և՝ի հետոտս՝ի բաբիղոն դնալ։ Եւ՝ի նաւէն՝ ուր (կամ որ) չոգաւ դադարեաց՝ի Հայս, և ցայժմ սակաւ ինչ մասն՝ի կարգուածոց լերինն՝ի Հայոց աշխարհին մնալ՝ նշանաւ ասեն. և ոմանց քերել քերել՝ի ծեփածոյնսա. վրիանաւթոյ՝ի բժշկութեն և՝ի ջնջոց ցաւոց ինչ բժժանաց։ Եւ նոցա երթալ հասանել՝ի բաբիղոն. փորել՝ի սիսարացւոց քաղաքին, և զմաստեանն հանել. և բազում քաղաքս շինել, և մեհեանս դիցց կանգնել, և միւսանգամ զբաբիղոն նորոգել։ Եւ հանդերձ այսու ամենայնիւ՝ և զաշտարակագործութեանն եւս բաղմամիվան միաբան ըստ մովսիսի գրոցն լինել, զայս ձև օրինակ՝ մինչև ց՝սէ. ղբայս անգամ։

terra, volumina jam inibi recondita tollerent, hominibusque traderent. Locum illum, in quo egressi consistebant, Armeniorum esse regionem.

Eos autem haec omnia audientes victimas Diis immolasse, et pedibus [1] (ait) Babylonem profectos esse. Navis autem, quae [2] conscedit in Armenia, partem etiamnum aliquam [3] in Corduarum [4] montibus Armeniae remansisse, tamquam reliquias, dicunt; et quosdam bitumen quo navis oblita erat, avellentes deportare in sanationem, atque ad expianda mala amuleti ratione [5]. Illos vero profectos Babylonem pervenisse, ac in Sipparenorum urbe fodisse, et extraxisse volumen [6]; plurimas urbes condidisse, templa Diis posuisse, iterumque Babylonem reparasse ". Ad haec, etiam de turris fabricatione Polyhistor consentiens cum Moysis libris, hoc modo ad syllabas usque commemorat.

Τοὺς δὲ ἀκούσαντας ταῦτα θῦσαί τε τοῖς θεοῖς, καὶ πέριξ πορευθῆναι εἰς Βαβυλῶνα. Τοῦ δὲ πλοίου τούτου κατακλιθέντος ἐν τῇ Αρμενίᾳ ἔτι μέρος τί (αὐτοῦ) ἐν τοῖς Κορκυραίοις ὄρεσι τῆς Αρμενίας διαμένον, καί τινας ἀπὸ τοῦ πλοίου κομίζειν ἀποξύοντας ἄσφαλτον. χρᾶσθαι δὲ αὐτὴν πρὸς τοὺς ἀποτροπιασμούς. ἐλθόντας οὖν τούτους εἰς Βαβυλῶνα, τά τε ἐκ Σιππάρων γράμματα ἀνορύξαι, καὶ πόλεις πολλὰς κτίζοντας, καὶ ἱερὰ ἀνιδρυσαμένους πάλιν ἐπικτίσαι τὴν Βαβυλῶνα...

(Euseb. Praep. ix. 15. et Syncell. pag. 35. cum Josepho Antiq. i. 4.)

Ալեքսանդրի բազմավիպ վանն աղաթա խափրճանեանն։

Alexandri Polyhistoris de turris opificio [7].

Αλεξάνδρου τοῦ Πολυΐστορος, περὶ τῆς πυργοποιΐας.

Սերիղղա ասէ. միաբանեալ ամենայն մարդիկ՝ զարձրարերձ աշտա-

" Sibylla dicit: Convenientes cuncti homines, turrim aedificabant altis-

Σιβύλλα δὲ φησὶ, ὁμοφώνων ὄντων πάντων ἀνθρώπων, τινὰς τούτων πύρ-

1 Hinc patet Eusebium nostrum habuisse πεζῇ, vel πεζοὺς, vel πεζικῶς; pro quo hodierna lectio Syncelli habet πέριξ, ut apud Scal. vel περιξί, ut penes Goarum; quod sonat quidem *undique, circumcirca*, etc. ideoque sic redditur a Goaro: " ac undequaque congregati confluxerunt Babylonem ": omnino abs re, ni decipiat nos nostra lectio.

2 Pro *ուր, ubi*, legendum videtur *որ, quae*, ut facilis sensus eliciatur, nec aliter potuimus reddere in Lat.

3 Scal. lacunam hic novit in suo Gr. qui nescio an jure de eo dixerit Goar p. 425. " lacunam, ubi integer sensus est, interjicit ". Nos vidimus apud Scal. deesse ly ἔτι, et αὐτοῦ, quae occurrunt apud Goarum: sicut etiam apud unum et alterum deficit illud vocabulum ἀφαιρεῦντας, quod reperitur in lectione Josephi Antiq. Lib. i. c. 4. quem locum recitat vel ipse auctor noster in Praep. Evang. L. ix. c. 11. p. 414. verba nempe Berosi a Josepho recensita hoc pacto: " λέγεται δὲ καὶ τοῦ πλοίου, ἐν τῇ Αρμενίᾳ πρὸς τῷ ὄρει τῶν Κορδυαίων, ἔτι μέρος τι εἶναι, καὶ κομίζειν τινὰς τῆς ἀσφάλτου ἀφαιροῦντας. Χρῶνται δὲ μάλιστα οἱ ἄνθρωποι τῷ κομιζομένῳ, πρὸς τοὺς ἀποτροπιασμούς. Quod iterum adducit Eusebius in Lib. de locis Hebraicis, Tom. iii. inter opera S. Hier. p. 126. Confer utrumque locum cum praesenti loco, ac editione Josephi.

4 Corrupte legit Syncellus, vel ejus editores ἐν τοῖς Κορκυραίοις ὄρεσι, *in montibus Coreyraeis*, pro πρὸς vel ἐν τῷ ὄρει τῶν Κορδυαίων, *in monte Cordyaeorum*, ut accurate fert Euseb. in Praep. loco citato ex Josepho. Id fatetur et Goarus ipse in annot. p. 10. ad 24. dicens: " Τὸ, Κορκυραίων, mendosum est; cujus vice reponendum ex Josepho Κορδυαίων, ex Epiphanio Καρδυῶν, et ex Petavio in Animadv. ad Epiphanium Δορδιαίου; quod Chaldaei pronunciant Cordu ". Atque paulo inferius citat Epiphanii locum, juxta quem arca sedit in monte Lubar dicto, qui unus fuerit montium Ararat inter Armeniam et Cordaeos: unde mutuatus Cedrenus, pro *Lubar, Luban* dixit. Nec mirum de his nominibus adeò diverse loquutos fuisse diversos auctores, qui quò longius distabant ab Armenia, eò majori varietate de tota regione judicarunt et scripserunt. Sed de his consule Geographos antiquos et recentiores: ut nihil dicam de verbis Goari inibi subjunctis, ubi agit de traditione Armeniorum, quam ipse aliter comprehendit, inscius sane, quod Armenii S. Jacobum Nisibenum, Mezpinium nominant; ideoque quasi de altero quodam Armeniae Primate disserit, vocans eum *Jacop Mousponoe Catholicum, idest*, ipse ait, *Armeniae Primatem*.

5 Gr. vox ἀποτροπιασμὸς, cum difficile possit unico vocabulo refundi alteram in linguam, varie exponitur apud auctores, ut, *expiatio*, vel *sacrificium, quod fit malorum avertendorum causa, numinis irae amotio, procuratio et lustratio*, etc. nobis satis erit, si potuimus Interpretis nostri expositionem Latinis verbis exprimere; quod tamen non adeo facile credam, cum et Arm. vox բժժանաց, multa significet.

6 Ջնջոցանն in sing. *illud volumen* dixeris, sed potius creditur legendum in pl. ջնջոցանս, *volumina*, juxta Gr. γράμματα; namque supra et nostra lectio ita habuerat.

7 Mirum, quod Scaliger cum omnia antiquitatis excerpta transcribit a Syncello, hoc prorsus neglexerit. Goar verò aliter autumavit in annot. p. 14. ad 35. asserens de hoc fragmento. " Eusebius (ait) ex Josepho, et Georgius (sc. Syncellus) ex Alexandro fuderunt ". Sed plane aliter res se habet. Georgius enim suus iisdem verbis Eusebium nostrum descripsit ex praesenti loco chronologico, sincerè servando et ipsam inscriptionem, ut vides e regione; quamquam et Josephum videtur Syncellus consuluisse, minime tamen Alexandrum. Eusebius autem, ut ipse testatur, haec ab Alexandro mutuatus est impraesentiarum; at in altero suo libro, sc. in Praep. Evang. L. ix. c. 15. p. 416. Josephum adduxit haec recolentem Lib. i. Antiq. c. 4. p. 19. sub nomine ejusdem Sibyllae ab Alexandro citatae, aliqua tamen mutatione. Idem fecit iterum Eusebius in Lib. de locis Hebr. ut cernitur in Tom. iii. Op. S. Hier. p. 166. Adeant lectores loca citata; quorum unum, sc. Josephi locum in Praep. Evang. Eusebii citatum satis erit hic transcribere. " Περὶ δὲ τοῦ Πύργου τούτου, καὶ τῆς ἀλλοφωνίας τῶν ἀνθρώπων μέμνηται καὶ Σιβύλλα λέγουσα οὕτως. Πάντων ὁμοφώνων ὄντων τῶν ἀνθρώπων, Πύργον ᾠκοδόμησάν τινες ὑψηλότατον, ὡς ἐπὶ τὸν Ουρανὸν ἀναβησόμενοι δι' αὐτοῦ. Οἱ δὲ Θεοὶ ἀνέμους ἐπιπέμψαντες ἀνέτρεψαν τὸν Πύργον, καὶ ἰδίαν ἑκάστῳ φωνὴν ἔδωκαν, καὶ διὰ τοῦτο Βαβυλῶνα συνέβη κληθῆναι τὴν πόλιν. Sed expedit adjicere etiam proprium lo-

բակն չինէին, զի յերկինս ելանիցեն. և ամենազօրն ՅՍ հողմ հնչեալ զաշտարակն կործաներ, և իւրաքանչիւր ումեք զիւր լեզու բաշխեր. վասն որոյ և անուն քաղաքին բաբիղոն կոչեր: Իսկ յետ ջրհեղեղին սիսանն և պրոմէթէոս լինէին. ուր և սիսանն ընդ կրոնիի ՚ի մարտ պատերազմի գրգռեր: Յոր վասն աշտարակագործութեանն այսչափ ինչ:

Խայց ՚ի նոյնս և զայս ևս յարեալ գրէ բազմամէկն, Թէ յետ ջրհեղեղին Թագաւորէր քաղդէացւոց աշխարհին Եւէքսիոս ներբոս չորս: Յոր յետ նորա առնոյր զիշխանութիւնն որդի նորա քոմասբէղոս՝ներբոս չորս, և սոսքս հինգ: ՚Ի քսիսուԹրայ և՚ի ջրհեղեղէն՝ մինչև մարք գլաբէղոն առին, ընդ ամենայն՝ ՃՀ. Թագաւոր համարի բազմամէկն. և յանուանէ յիշէ զիւրաքանչիւր ոք՝ ՚ի բերոսոսայ մատենէն. և զժամանակ ամենեցուն նոցա ժողովէ ՚ի Թիւ տասց հ. բիւր բիւրուց, և երից հազարաց, և իննսուն և մի: Յոր յետ նոցին ըստ նոցանէ չշնպիսի հաստատուԹեան յանկարծակի մարք զօր ՚ի վերայ բա-

simam [1], ut in caelum ascenderent. Deus autem omnipotens [2] ventum insufflans, turrim subvertit, et propriam singulis linguam distribuit: ideoque urbis nomen Babylon vocatum. Post diluvium autem Titan et Prometheus extiterunt; ubi quidem [3] Titan adversus Cronum (scil. Saturnum) bellum movebat «. Porro de turris opificio haec tantum.

Verum haec quoque Polyhistor iis adjiciens, scribit [4]: quod nempe post diluvium Chaldaeorum regionem Evexius tenebat neris quatuor. Ac post eum filius ejus Comasbelus imperium suscepit per neros quatuor, et sossos quinque. A Xisuthro vero, et a diluvii tempore usque ad illud, quo Medi Babylonem ceperunt, reges omnino LXXXVI. Polyhistor recenset, atque unumquemque ex Berosi volumine nominatim memorat: tempus vero omnium eorum numero annorum trium myriadum, et tribus millibus, uno et nonaginta comprehendit. Deinde vero post eos, cum ita firmiter stabiliti erant, repente Medi copias adversus

γον ὑπερμεγέθη οἰκοδομῆσαι, ὅπως εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβῶσι. τοὺς δὲ θεοὺς ἀνέμους ἐμφυσήσαντας ἀνατρέψαι αὐτούς, καὶ ἰδίαν ἑκάστῳ φωνὴν δοῦναι, διὸ δὴ Βαβυλῶνα τὴν πόλιν κληθῆναι. μετὰ δὲ τὸν κατακλυσμὸν Τιτᾶνα καὶ Προμηθέα γενέσθαι . . .

eum Sibyllinorum oraculorum, juxta editionem Servatii Gallaei. Amstelod. 1689. quo et tota praesens lectio illustrari potest, et ista eum illustrabit. Ita ergo ibi habetur. vol. I. p. 331. usque ad 345.

Τοῦν ἐκ ἀῤ αὐτὸς πρῶτος ἐπέγνωκε κράτος αὐτοῦ.
Αλλ' ὁπόταν μεγάλοιο θεοῦ τελέωνται ἀπειλαί,
Ας ποτ' ἐπηπείλησε βροτοῖς οἳ πύργον ἔτευξον,
Χώρῃ ἐν Ασσυρίῃ, ὁμόφωνοι δ' ἦσαν ἅπαντες,
Καὶ βούλοντ' ἀναβῆν εἰς οὐρανὸν ἀστερόεντα,
Αὐτίκα ἀθάνατος *
Πνεύμασιν. αὐτὰρ ἔπειτ' ἄνεμοι μέγαν ὑψόθι πύργον
Ρίψαν, καὶ ζνητοῖσιν ἐπ' ἀλλήλοις ἔριν ὦρσαν,
Τοὔνεκά τι Βαβυλῶνα βροτοὶ πόλει οὔνομ' ἐθεντο.
Αὐτὰρ ἐπεὶ πύργος τ' ἔπεσε, γλώσσά τ' ἀνθρώπων.
Παντοδαπαῖς φωναῖσι διέστρεφον, αὐτὰρ ἅπασα
Γαῖα βροτῶν πληροῦντο μεριζομένων βασιλήων,
Καὶ τότε δεκὴ ὀάτη γενεὴ μερόπων ἀνθρώπων
Ἐξ ὅπερ κατακλυσμὸς ἐπὶ πρότερος γένετ' ἀνδρας
Καὶ βασίλευσε Κρόνος, καὶ Τιτᾶν, Ἰαπετός τε, ...
Καὶ μαχέσαντο Κρόνος, Τιτᾶν τε πρὸς αὐτούς.

Haec et sequentia non pauca repetit etiam Chorenensis noster L. I. c. 5. p. 16. 17. ex ipsa Sibylla, quam *Berosianam* appellat, scilicet, ut quidam volunt, Berosi filiam; unde et Interpretes ejus subdunt in not: » Inter varias Sibyllas, unam Berosi filiam nominant Pausanias in Phocicis c. XII. p. 828. edit. Kuhn. et Suidas in voce Sibylla «. Quamvis poterit quis suspicari, ne Sibyllam, cujus auctoritate forsan usus fuerit Berosus, ob eamque causam Berosianam ab antiquis dictam, alii Berosi filiam interpretati fuerint. Ut ut sit, quamvis multa aliter legantur in Sibyllinis oraculis a Gallaeo nimirum editis, quam a Chorenensi nostro, vel Eusebio aliisve citata, plura tamen iisdem verbis inter se cohaerent.

1 Vox Gr. ἐμεφωνέω aequè sonat concordiam quoad opus aliquid faciendum, ac consonantiam seu unitatem linguae. Idem poterat dici et de Arm. verbo միաբանել, sed tamen in usu pro prima significatione accipitur, ut vertimus; quamquam non ignoremus alios interpretari hunc locum secundo sensu, ut *uno eloquio*, vel *una lingua uti*: idque satis clare videri in Orac. Sibyll. nihilominus utraque sententia ad rem facere videtur.

2 In omnibus fere lectionibus Gr. tam apud Josephum, quam apud Praep. Eusebii, imo et apud Syncellum praesentis loci descriptorem, in plurali leguntur οἱ δὲ Θεοί, vel τοὺς δὲ Θεούς, praeter nostram ac Sibyllinam, quae in sing. exprimuntur; quod et in notis Jos. pag. 19. testatum est his verbis: » In Sibyll. Orac. singulari numero Θεός «. Et quidem ita omnino videtur Eusebius impraesentiarum legisse apud Alexandrum quoque, at Syncellus Josepho morem gessisse. Idem dico de voce ամենազօր, quae etsi desit apud Syncellum et Josephum, continetur tamen ad sensum in verbis Sibyllae.

3 Postrema haec omisit Syncellus, nescio an Josephum imitatus: sed ille anteriora quoque praetermiserat. Ut ut res se habeat, integre haec fert et Sibylla ipsa in loco supra citato; similia repetit et Abydenus paulo inferius.

4 Dehinc cùm non tam ad verbum, quàm ad sensum Eusebius Alexandrum interpretetur, omittimus adjicere signacula, seu commata, quamvis commode poterat quibusdam sermonis partibus adjungi. Eadem fere obiter descripsit et Syncellus ex certis auctoris nostri dictis, quoad sensum saltem, nonnullis etiam de suo interjectis hunc in modum. p. 62. 63. Αλέξανδρος Πολυΐστωρ ἐκ τοῦ, βυέ. κοσμικοῦ ἔτους βούλεται πάλιν τὴν μετὰ τὸν κατακλυσμὸν τῶν Χαλδαίων βασιλείαν κατάρξασθαι μυθολογῶν διὰ σάρων, καὶ νήρων, καὶ σώσσων βεβασιλευκέναι Χαλδαίων καὶ Μήδων βασιλεῖς πς'. ἐν τρισμυρίοις ἔτεσι καὶ δύ. (marg. δπ'. juxta tamen Euseb. nostrum, γμά.) τοῦτ' ἔστιν ἐν σάροις Θ'. καὶ νήροις β'. καὶ σώσσοις ή .... ἀπὸ δὲ τούτου τοῦ χρόνου τῶν πς'. δεύτερον μὲν Χαλδαίων βασιλέων, Εὐήχου οδ καὶ Χωμασβήλου (marg. Ε'υήχοον δν καὶ Χομάσβηλον), πδ'. δὲ Μήδων, Ζωρόαστρον καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν ζ'. Χαλδαίων βασιλεῖς εἰσάγει, ἔτη κρατήσαντας ηλιακὰ ρή. ὁ αὐτὸς Πολυΐστωρ, οὐκ ἔτι διὰ σάρων καὶ νήρων καὶ σώσσων καὶ τῆς λοιπῆς ἀλόγου μυθικῆς ἱστορίας, ἀλλὰ διὰ ηλιακῶν ἐτῶν καταριθμεῖ. Quae sic Goar in Lat. reddidit juxta suas correctiones in margine exaratas: » Ab anno praesente mundi 2405. Alexander Polyhistor Chaldaeorum regnum post diluvium continuata serie propagatum resumere molitur, octoginta sex Chaldaeorum Medorumque reges per quamdam Sarorum, Nerorum et Sossorum seriem annis millibus triginta quatuor et octoginta, hoc est Saris novem, Neris duobus, et Sossis octo regnasse commentus .... Ab octoginta sex praefatorum tempore Evechoum cui Chosmabelus etiam nomen fuit, Chaldaeorum secundum, Zoroastrem vero Medorum quartum supra octogesimum principem, et septem Chaldaeorum reges eum sequutos annis Solaribus 190 imperantes, non ulterius Saris, Neris, et Sossis reliquisve fabulosae historiae absurditatibus, sed legitimo solarium annorum cursu habita numerandi ratione, Polyhistor idem inducit «. Viderint studiosi lectores, an Syncelli hic locus quid lucis afferat Eusebio nostro, vel potius ab eo illuminandus ac corrigendus erit, tam in numeris, quam in nominibus. Et quidem manifesto librarii errore apud Sync. nomen Evechoi confunditur cum suo successore. Id satis corrigitur ab ipso quoque Syncello, qui pag. 72. inducit seriem regum Chaldaeorum (forte ex Africano), hoc modo exordium ducens: Πρῶτος Ε'υήχοος, ὁ παῤ ἡμῖν Νεμβρώδ ἐβασίλευσε Βαβυλῶνος ἔτη ς'. Χαλδαίων β'. ἐβασίλευσε Χοσμάσβολος ἔτη ζ'. etc. sc. » Primus Evechous, qui nobis Nembrod, regnavit in Babylone annis VI. Chaldaeorum secundus regnavit Chosmasbelus annis VII. « etc. usque ad septimum regem Zinzirum dictum. Quem catalogum putans Scal. ab Eusebio desumptum, gratis inseruit inter Gr. fragmenta sua sub nomine auctoris nostri.

քեղծնի գումարեին՝ ունել զնա, և կացուցանել անդ բռնաւորս յին-
քեանց։

Ապա և զանուանս բռնաւորաց մարացն դնէ՝ Թուով. ը. և նոցին ամն, մեզ, և դարձեալ մերոսան Թագաւորս, և ամն...։ Ապա և զքաղդէացւոց. խե. Թագաւորս. և ամն. ՃԾը։ Ապա և զարաբացւոց. ե. Թագաւորս. և ամն. մ՚ինե։ Ցետ որոց ամնոց և շամիրամայ վի-
պագրէ ասորեստանեաց։ Ապա դարձեալ մնոր Թուէ անուանս, խե. Թագաւորաց, և դնէ նոցա ամն. շիզ։ Ցետ որոց ասէ կացեալ Թագաւոր քաղդէացւոց, որում ա-
նուն է փուղոս. զոր դարձեալ և եբրայեցւոց պատմութիւնն յիշէ, և անուանէ փուղոս. զորմէ ասեն՝ Թէ եկն՚ի վերայ երկրին հրեաստանի։

Ապա յետ նորա բաղմավէպն ասէ զսենեքերիբայ կացեալ Թագաւոր. զոր եբրայեցւոց գիրք յիշեն. Թագա-
ւորեալ սա առ եզեկիայիւ արքայիւ, և առ եսայեաւ մարգարէիւ, ասեն ՅԾեզեկն գիրք կարգ ըստ կարգի, ե-
Թէ եղև՚ի չորեքտասաներորդումՙ ամին եզեկիայ արքայի՝ ել սենեքե-
րիբ արքայ ասորեստանեաց՚ի վերայ ամենայն քաղաքացն հրեաստանի, և առ զնոսա։ Ապա յետ սմինոյն պատ-
մութեանն՝ ՚ի նոյն յարեալ ասէ. և Թագաւորեաց ասորդան որդի նորա ընդ նորա։ Ապա դարձեալ ևս յառաջ մատուցեալ՝ զնովին ածէ, եթէ ե-
ղև՚ի ժամանակին յայնմիկ՝ խօթա-
ցաւ եզեկիա. և՚ի կարգ արկեալ Թուէ, Թէ՚ի ժամանակին յայնմիկ առաքեաց մարոդաք բաղդան ար-
քայ բաբիղացւոց հրեշտակս և հրո-
վարտակս և պատարագս եզեկիայ։ Օ այս եբրայեցւոց գիրք։

Այլք զսենեքերիբ և զորդի նորա զասորդան և զմարոդաք բաղդան՝ և քաղդէացւոց մատենագիրն յիշա-
տակէ. նորօք հանդերձ և զնաբու-
քոդոնոսոր, որպէս այսր յիշատա-
կեալ Ճառս է, գրեալ զնոցանէ այս-
պիսի բանիւք։

Babylonem comparabant, ut caperent eam, atque ex se ipsis Tyrannos ibi constituerent.

Deinde nomina quoque Medorum tyrannorum ponit, VIII. numero: quorum anni CCXXIV. et rursum reges undecim, annosque ... [1] Postea Chaldaeorum reges XLIX, et annos CCCCLVIII. Deinde Arabum IX. reges, et annos CCXLV. Post quos annos etiam ipsam Semiramidem in Assyrios dominatam esse tradit. Atque iterum minute enumerat nomina regum XLV. adsignans illis annos DXXVI. Post quos, inquit, rex Chaldaeorum fuit, cui nomen Phulus; de quo item Hebraeorum quoque historia meminit [2], Phulum denominans, quem in terram Judaeorum venisse ajunt.

Ac post eum, Senecheribum [3] Polyhistor fuisse regem ait; quem sub Ezecia rege, Prophetaque Isaia Hebraeorum libri regnasse commemorant. Ait (enim) Divina Scriptura ex ordine, quod » factum est in quarto decimo anno Ezeciae regis, ascendit Sinecherib rex Assyriorum super munitas urbes Judaeae, et cepit eas «. Et post totam historiam, illis adjungens, dicit: » et regnavit Asordan filius ejus pro eo «. Atque item ulterius progrediens addit, quod « factum est in tempore illo, aegrotavit Ezecias «. Et ex ordine recenset, quod » tempore illo misit Marodach Baladan rex Babyloniorum legatos [4], et epistolas et munera Ezeciae «. Haec Hebraeorum Scriptura.

Tamen Sinecherib ipsum, et filium ejus Asordanum, ac Marodach Baladanum, Chaldaeus quoque historicus commemorat: cum illis etiam Nabuchodonosorum, ut proximus sermo de his (regibus) ita scribit.

(Καὶ) ἐγένετο τοῦ τεσσαρεσκαιδεκάτου ἔτους βασιλεύοντος Ἐζεκίου, ἀνέβη Σενναχηρεὶμ βασιλεὺς Ἀσσυρίων ἐπὶ τὰς πόλεις τῆς Ἰουδαίας τὰς ὀχυρὰς, καὶ ἔλαβεν αὐτάς. (*Isai.* XXXVI. 1.) . . . . . καὶ ἐβασίλευσεν Ἀσορδὰν ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἀντ' αὐτοῦ (*Ibid.* XXXVII. 38.) . . . . . γέγονε (δὲ) ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, ἐμαλακίσθη Ἐζεκίας. (*Ibid.* XXXVIII. 1.) . . . . . Ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἀπέστειλε Μαρωδὰχ Βαλαδὰν (ὁ υἱὸς Βαλαδὰν) ὁ βασιλεὺς τῆς Βαβυλωνίας, ἐπιστολὰς καὶ πρέσβεις καὶ δῶρα Ἐζεκίᾳ. (*Ibid.* XXXIX. 1.)

1 Ubi lacuna annorum cernitur, librarius supplendum putavit in marg. ՃՁ. XLVIII. quod commendare non facile possum pro spatio undecim regum. Sicut etiam pro praemissis annis ՌՃ. CCXXIV. idem transcriptor substituerat in marg. ՀՁ. XXXIV. cujus ratio nos latet.

2 Assignat locum. IV. Reg. XV. 19. ubi sic habet Vulgat. Lat. » Veniebat Phula rex Assyriorum in terram «. Versio autem τῶν LXX. ἀνέβη Φουὰ βασιλεὺς Ἀσσυρίων ἐπὶ τὴν γῆν. i. e. » Ascendit Phua rex Assyriorum supra terram «. haud secus ac Arm. lectio inibi. * Եւ Փուա արքայ ասորեստանեաց՚ի վերայ երկրին ||։

3 Passim deinceps occurrit hoc nomen varia literarum variatione, sive ob diversam lectionis rationem, sive propter differentem pronuntiationem penes Chaldaeos aliosque: nos fideliter Arm. codicis vocem expressimus juxta regulam dialecti, ut pateat lectio Eusebio propria. Idem velim intelligas de nomine Nabuchodonossori, quod infra diverso modo occurrit. Pariter nomen Ezechiae observavimus juxta Arm. lectionem *Ezekias*, sive *Ezecias*, neque more Lat. *Ezechias*, ut pateat in autographo fuisse Ἐζεκίας, nec verò, ut alii volunt, Ἐζεχίας. Solum nomen Baladan non expressimus Baldan juxta Arm. cum id Armeniis nostris sit proprium, demere aliquando vocalem ex medio vocis.

4 Haec omnia occurrunt etiam apud IV. Reg. XVIII. XIX. et XX. sed quia Isaiae magis verba quadrant lectioni auctoris nostri, ea e regione collocanda putavimus. Confer utrumque locum cum Vulgata lectione: ut nil dicam de Arm. versione scripturae sacrae, quae cohaeret cum LXX. At Interpres Eusebii non illam recitavit, sed de more Eusebium iisdem verbis expressit, ut patet perquirentibus.

Ելոքին աղէքսանդրի վասն սենեքերիմայ, և վասն նաբուգոդոնոսորայ, և վասն նոցին գործոց և արութեանց։

Ejusdem Alexandri de Senecherib, et de Nabuchodonosoro, atque de eorum factis ac virtutibus[1].

(Locus Graeci textus)

Յետ թագաւորելոյ եղբօրն սենեքարիբայ, և յետ տիրելոյ ակիսեայ բաբելացւոց, մինչ չև և սակաւ ինչ օր կալեալ էր զիշխանութիւնն սպանաւ ի մարուդաք բաղդանայ. և մարուդաք բաղդան բռնանացեալ ունէր զվեց ամիս. և սպա նանէր վնա ումն՝ որում անուն էր ելիբոս, և թագաւորէր։ Յերրորդում ամի թագաւորութեան նորա սենեքերիբոս արքայ ասորեստանեաց զօրս գումարէր ի վերայ բաբելացւոցն, Ճակատ առեալ ընդ նոսա՝ և յաղթէր. և ձերբակալ արարեալ զնա հանդերձ բարեկամքն՝ տայր տանել յերկիրն ասորեստանեաց։ Տիրէր բաբելացւոց, և կացուցանէր նոցա թագաւոր զորդի իւր զասորդանիոս. և ինքն չուէր երթայր յերկիրն ասորեստանեաց։

Իբրև լուաւ եղև նմա, եթէ եկեալ հասեալ են յոյնք յաշխարհն կիլիկեցւոց՝ տալ պատերազմ, ի վերայ դիմէր, Ճակատ առ Ճակատ յարձակեր. և զգազուան ի յիւրոց զօրացն կոտորեալ՝ թէպետև յաղթէր պատերազմին. և յիշատակ յաղթութեան զիւր պատկերն ի տեղւոջն կանգնեալ թողոյր. և քաղդէական գրով զքաջութիւնն իւր և զզօրութիւն գրոշմել հրամայէր ի յիշատակ առ յապա ժամանակաց։ Յոր զատարան քաղաք ասէ՝ նա չինեաց ի նմա նուէթիւն բաբելոնի, և անուն դնէր քաղաքին Թարսին։ Յոր յետ այլ ամենայն գործոց սենեքերիմայ՝ և զայն ևս ի նոյն յարեալ՝ ասէ, թէ ըճ. ամ եկեաց. և նենգ գործեալ նմա յիւրմէ որդւոյն արդումուզանեայ՝ վախճանէր։ Ջայս բազմաւէպն։

Յայց և ժամանակքն իսկ միաբան են բանիցն ասացելոց յիմաստուրն գրոց. քանզի առ եզեկիաւ Թագաւորեաց սենեքերիմ, որպէս բազմաւէպն յայտ առնէ՝ ամն, ըճ։ և յետ նորա որդին՝ ամն. ը։ և ապա սամմուգէս՝ ամն իե։ և նորին եղ-

"Postquam regnasset frater Senecharibi, et deinde postquam Acises in Babylonios dominatus esset, et necdum triginta quidem diebus regnum tenuisset, a Marodach Baladano occisus est; et Marodach Baladanus per vim (regnum) tenuit[2] sex mensibus: eum vero interficiens, regnabat quidam, cui nomen Elibus. Verum tertio regni ejus anno, Sennecheribus rex Assyriorum exercitum conflabat adversus Babylonios, praelioque cum iis commisso vicit, et captum una cum amicis, in terram Assyriorum perduci jussit. In Babylonios ergo dominatus, regem eis filium suum Asordanium constituit; ipse vero recedens, terram Assyriorum petiit.

Quum autem ille fama accepisset, Graecos in Ciliciam belli movendi causa pervenisse, ad eos contendit; aciem contra aciem instruit, ac plurimis quidem de suo exercitu caesis, hostes (tamen) debellat, atque in victoriae monumentum imaginem suam eo in loco erectam reliquit, Chaldaicisque litteris fortitudinem ac virtutem suam ad futuri temporis memoriam incidi jussit. Et Tarsum urbem, inquit, ipse ad similitudinem Babylonis condidit, quam appellavit Tharsin". Et post omnia facta Sinnecherimi illud quoque addens, ait " eum XVIII annis vixisse (in imperio); et per insidias, quas illi paravit filius Ardumusanus, e vita excessisse". Haec Polyhistor.

Verum et temporis utique ratio convenit cum verbis, quae a Divina Scriptura dicuntur. Etenim sub Ezecia " regnavit Sinecherim, ut Polyhistor exponit, annis XVIII. et post eum ejusdem filius annis VII. Postea vero Sammuges annis XXI. et frater

1 Hoc Alexandri Polyhistoris fragmentum, ut patet, ex Beroso transcriptum, Josephus ipse certo certius adhibiturum se pollicitus erat ex ipso fonte, Antiq. Jud. Lib. X. cap. 1. p. 513. his verbis: ἀλλὰ καὶ Βηρωσσὸς, ὁ τὰ Χαλδαϊκὰ συγγραψάμενος, μνημονεύει τοῦ Βασιλέως τοῦ Σεναχηρίβου, καὶ ὅτι τῶν Ασσυρίων ἦρχε, καὶ ὅτι πάσῃ ἐπεστρατεύσατο τῇ Ασίᾳ καὶ τῇ Αἰγύπτῳ, λέγων οὕτως: sc. " Quin et Berosus Chaldaicarum rerum Scriptor regis Senacheribi meminit, et quod apud Assyrios regnaverit, quodque Asiae omni, et Aegypto bellum intulerit, ita dicens". Haec inquam praemittens promiserat Josephus Berosum ipsum adducere, at interim temporum injuria desiderantur in sequentibus: adeoque monetur in adnot. Jos. " Illa λέγων οὕτως non agnoscit *Vat.* et vel delenda sunt, vel dicendum (quod suspicor) *Berosi* verba excidisse. Huds. Grot. et Gocc". Quam suspicionem Criticorum nos omnino pro certo habemus, atque adeo non possumus non dolere de verbis quae desiderantur.

2 բռնացեալ, *per vim*: vel ita, *tyrannice praevalens, tyrannidem exercens*, aut *violentior evadens*. Ubi et illud notabis, verba majori ex parte *in imperfecto*, ut a Grammaticis dicitur, *tempore* expressa in Arm. aliquando in *perfectum* a nobis deflexa fuisse; id enim postulare videbatur loquendi modus in Lat. ne cogeremur Haicanismum vel Hellenismum plane refundere in Latium.

բայրն՝ ամս. ի՟ե։ և ապա Նաբուպաղասար՝ ամս. ի՟։ և յետ նորա Նաբուկոդրոսսորոս՝ ամս. խ՟ք։ Յս միանգամայն ժողովին ՚ի սինեքերիմայ մինչև ՚ի Նաբուկոդրոսսորոս՝ ամք. ձ՟ը։

Յս ըստ եբրայեցւոց գրոց՝ եթէ կրկաէ ոք, նմին հանգոյն գտանէ. քանզի յետ եզեկիայ՝ ինացեւլոյ Հըզեկիյն Թագաւորէ մանասէ որդի եզեկիայ՝ ամս. ծ՟ե։ և ապա ամովս՝ ամս, ժ՟ը։ և յետ նորա յովսիա՝ ամս լ՟։ և ապա յովակիմ. յորոյ ՚ի սկզբան Թագաւորութեանն եկն Նաբուքոդոնոսոր, և պաշարեաց զԵրուսաղէմ, և տարաւ զգերի Հրէիցն ՚ի բաբելոն։ Յս լինին յեզեկիայ մինչև ցՆաբուգոդոնոսոր՝ ամք. ձ՟ը. որչափ և բազմավէպն ՚ի քաղդէական մատենագրութենէն համարեցաւ։

Յս յետ այսր ամենայնի դարձեալ բազմավէպն զիրս ինչ և զգործս սեներիբիմայ պատմէ, և զորդւոյ նորա յիշատակէ հանգոյն եբրայեցւոց գրոցն. և համարի միըստ միոջէ զամենայն։ Յս զսիԹագորայ խմասնոյ ասէն զայնու ժամանակաւ առ նոքօք լինել։ Յս յետ սամուգեայ սարդանապաղղոս Թագաւորեաց քաղդէացւոցն ամս. ի՟։ Ար առաքեաց առ աժդահակ մարաց նահապետ և նախարար՝ զօրս յօդնականութիւն, առնուլ կին որդւոյ իւրում Նաբուկոդրոսսորայ զդուստր մի աժդահակայ զամուհեան։ Յս ապա Թագաւորեաց նաբուկոդրոսսորոս ամս. խ՟։ և զօրս գումարեալ՝ գայր առնոյր գերի գՀրէից և գփիւնիկեցիս և գասորիս։ Յս զի այսու ևս եբրայեցւոց գրոցն միաբան է բազմավէպն, չէն ինչ պէտք բազում բանից։

Յս յետ Նաբուկոդրոսսորայ Թագաւորեաց որդի նորա ամիղմարուդոքոս՝ ամս. ժ՟ը։ զոր եբրայեցւոց պատմութիւնն իղմարուդոքոս անուանէ։ Յս յետ նորա՝ բազմավէպն ասէ, Թէ Թագաւորեաց քաղդէացւոց նէգղիսարոս՝ ամս. ի՟։ և ապա Նաբոդենոս՝ ամս. խ՟ե։ Յս որոյ հիւրոս կամբիւսեայ զօրաժողով եղև ՚ի վերայ Հրէիցն բաբելացւոց։ Որում ՚ի դիմի հարաւ Նաբոդենոս, և մատնեալ ՚ի պարտութիւն՝ լինէր փախստական. և Թագաւորէր բաբելոնի հիւրոս ամս. ի՟։ Յ՟ապա ՚ի դասս գաշտի յայլ ձախատ մտեալ փախչանէր։ Ցետ որոյ կամբիւսես Թագաւորէ ամս. ը՟։ և ապա դարեհ՝ ամս լ՟։ Ցետ որոյ քսերքսէս, և այլ ևս պարսից Թագաւորք։

ejus annis xxi. Ac deinde Nabupalsar annis xx. et post eum Nabucodrossorus annis xliii «. A Sinecherimo usque ad Nabucodrossorum comprehenduntur anni omnino lxxxviii.

(Locus Graeci textus)

Juxta vero Hebraeorum quoque libros, si quis diligenter exquirat, similiter comperiet. Si quidem post Ezeciam, qui reliqui fuerant, Judaeis imperat Manasses Ezeciae filius, annis lv. ac deinde Amos annis xii. et post eum Josias annis xxxi. postea vero Joachim: cujus regni initio adveniens Nabuchodonosor, obsedit Jerusalem, captivosque Judaeos Babylonem duxit. Numerantur autem ab Ezecia usque ad Nabuchodonosorum anni lxxxviii. quot annos nimirum et ipse Polyhistor ex Chaldaicis commentariis computavit.

Et post haec omnia, denuo res quasdam, et facta Senecheribi Polyhistor refert; deque ejus filio, eodem modo quo Hebraeorum libri, meminit, singillatimque cuncta recenset. Atque Pythagoram sapientem etiam eodem tempore sub iis fuisse ajunt. » Post Samugen vero Sardanapallus Chaldaeis regnavit annis xxi. Hic exercitum Astyagi Medo, familiae Principi ac Satrapae, auxilio misit, ut Amuheam Astyagis filiam [1] Nabucodrossoro filio suo uxorem daret. Ac deinde regnavit Nabucodrossorus annis xliii. et contractis copiis veniens captivos duxit Judaeos et Phoenices ac Syros «. Quod verò in hac etiam re cum Hebraeorum scriptis consentiat Polyhistor, opus non erit multis verbis (ad probandum).

» Et post Nabucodrossorum regnavit filius ejus Amilmarudochus, annis xii «; quem Hebraeorum historia Ilmarodochum appellat. » Postque illum, inquit Polyhistor, in Chaldaeos regnavit Neglisarus annis iv. et postea Nabodenus, annis xvii. Sub quo Cyrus Cambysis (filius) exercitum duxit in terram Babyloniorum. Cui obviam ivit Nabodenus, atque victus fugae se dedit: et regnavit Babylone Cyrus annis ix. Deinde in campo Daas altero certamine inito mortuus est. Post quem Cambyses regnat annis viii. ac deinde Darius annis xxxvi. post quem Xerxes, caeteri quoque Persarum reges «.

[1] Si quis putet nomen accus. *զամուհեան*, tamquam nominativum hic positum esse, tunc oportebit, ut in Lat. reddatur *Zamuea*. Sync. 168. Ἀροΐτην, *Aroitem* dixit.

Եւ արդ՝ զքաղդէացւոց թագաւորութիւնն՝ որպէս համառօտիւք ի լաս միօք բերեալս աւանդէ, նոյնպէս և վերոյ և բազմավէպն վիպագրէ ։ Ասովք յայտ իսկ է, թէ նաբուքոդոնոսոր գումարեաց զօրս, և առ գՀրէայս . և ի սմանէ մինչև գկիւրոս պարսից թագաւոր եօթանասնամեայ ժամանակ ժողովի ։ Եւ եբրայեցւոց պատմութիւնն՝ սոցին միաբանէ, թէ ՟ջ. ամ՛ եղեն ի գերութիւնն, յառաջմամ՛ ամին նաբուքոդոնոսորայ՝ գերութեանն Հրէից համարեալ՝ մինչև գկիւրոս պարսից թագաւոր ։

Օ՟սոյն և աբիդենոս միաբան սոցին ի քաղդէացւոց պատմութեանն յայտ առնէ . քանզի և նա հանգոյն բազմավիպին՝ պատմէ զայս ։

Porro sicuti Berosus de regno Chaldaeorum breviter singula tradit, item et Polyhistor eodem modo describit. Ex quibus patet Nabuchodonosorum copias comparavisse, et captivos duxisse Judaeos: ab isto verò usque ad Cyrum Persarum regem septuaginta annorum tempus comprehendi. Atque vel ipsa Hebraeorum historia cum his consentit, quod nempe LXX. anni in captivitate transierint, a primo anno Nabuchodonosori, si computes Judaeorum captivitatem, usque ad Cyrum Persarum Regem.

Id ipsum et Abidenus in historia Chaldaeorum cum his consentiens declarat: quoniam et ipse eodem modo quo Polyhistor, haec enarrat. [1]

Աբիդենայ վասն առաջին թագաւորութեանն քաղդէացւոց ։

Abideni de primo Chaldaeorum Regno [2].

(Syncell. pag. 30.)

Քաղդէացւոց իմաստութեանն ազգագաւ այսչափ ինչ ։ Այլ թագաւորել աշխարհին նախ զաղղոյց աւետեն . այլ վասն իւրոյ անձինն այսչափ ինչ բանք են պատմելոց . զի գնա ժողովեանն ամենախնամն ած եցոյց հովիւ . որ թագաւորեաց շարս . Ճ ։ և շարն կ՟ իվ . և ո . ամ ։ և ներսն ո ։ և սոսն . Ղ ։ Ըստ նորա տիրեաց աղգապաւորս ։ Ըստ որոյ աղմեղոնն ի

» De Chaldaeorum quidem sapientia haec tantum [3]. In ea verò regione regnasse primo dicunt [4] Alorum. Sed de eo ipso haec tradita sunt: quod eum populo pastorem providentissimus Deus [5] indicavit; qui regnavit saros x. Sarus autem est CCCCLXX. annorum spatium, et Nerus DC. Sossus verò LX. Post eum dominatus est Alaparus [6]: post quem Almelon ex

Χαλδαίων μὲν τῆς σοφίης πέρι τοσαῦτα. βασιλεῦσαι δὲ τῆς χώρας πρῶτον λέγεται Αλωρον, τὸν δὲ ὑπὲρ ἑαυτοῦ λόγον διαδοῦναι, ὅτι μιν τοῦ λεῶ ποιμένα ὁ Θεὸς ἀποδείξαι. βασιλεῦσαι δὲ Σάρους ί. Σάρος δὲ ἐστὶ χ'. καὶ γ ἔτεα. Νεῖρος δὲ χ'. Σῶσος δὲ ξ'. μετὰ δὲ τοῦτον Αλάπαρον ἄρξαι (σάρους γ'.) μέθ' ὃν Αμίλλαρος ἐκ πόλεως Παυτιβίβλου (ἐβασίλευσε σά-

1 Hactenus dedit Eusebius Chaldaica commentaria ex scriptis Alexandri Polyhistoris Berosum ipsum transcribentis; deinceps verò aggreditur ea ipsa repetere ex Abydeno, initio iterum ducto, ut antea, a pristinis Chaldaeorum nominatis regibus usque ad Nabuchodonosorum, in quo antecedens sermo destiterat. Verùm de Abydeni nomine notabis in Arm. cod. plerumque scribi աբիդենոս. *Abidenus*, aliquando verò աբիդենոս. *Abydenus*; quam varietatem et nos fideliter observamus in Lat. Idem cernitur etiam in variata lectione Syncelli apud Goarum et Scaligerum: nam aequè comperitur Αβιδηνός, ac Αβυδηνός; de quo et Scal. ipse ita monet in not. in Gr. Euseb. p. 409. ad 2. 10. » Hoc nomen (inquiens) varie scriptum reperio. Αβιδηνός, Αβυδηνός, Αβιδυνός. Itaque non mirum, si non admodum curavimus quomodo scribatur «.

2 Syncellus in transcribendo hoc Abydeni loco ex Eusebio nostro, hujusmodi assignavit inscriptionem, ἐκ τῶν Ἀβυδήνου περὶ τῆς τῶν Χαλδαίων βασιλείας: omitto Scaligerum seriem verborum mutantem. Porro seriò hic advertendum, quod Eusebius noster in textu Abydeni haud inserit annos imperii pro singulis regibus, primum si excipias: habuerat tamen id integre in textu Polyhistoris supra memorato. Syncellus contra, cùm ibi reticuerit, hic inserit integre: cujus non alia videtur causa differentiae, nisi quod Syncellus prius Abydeni, deinde Polyhistoris exhibet locum; ideoque annos regum anticipat. Satis erit nobis parenthesis nota includere in Gr. quicquid abundat in lectione Syncelli.

3 Goar quaedam hic excidisse putavit, notans in marg. » deest nonnihil «; libere tamen, nam integer habetur sensus. Solummodo constat ex serie verborum, in antecedentibus verbum fecisse Abydenum de litteratura Chaldaica; ac epilogi loco haec subjunxisse, Χαλδαίων μὲν τῆς σοφίης πέρι τοσαῦτα. i. e. ad verb. » De Chaldaeorum quidem sapientia tantum (subintellige, *dictum est*) «. Ipse tamen Goar pro πέρι, corrupte legit περί; atque lata sententia rem sic declaravit. » Et Chaldaeorum quidem sapientia ad hujusmodi culmen ascendit «: quod nimis distat a textu Graeco.

4 Vitiosè habetur in lectione Goari λέγει, *dicit*, quod ex persona Syncelli vel Eusebii exprimitur quoad Abydenum. Scal. itaque optime legit λέγεται, *dicitur*, quod ab ipso Abydeno enunciatur: id enim probat et lectio nostra in activo, ասէն, *dicunt*; cum usitatum sit Interpreti nostro passivum illud in sing. λέγεται, deflectere, ut Armenii solent, in activum plur. ասէն ։

5 Apud Syncellum desideratur vox adjectiva, quae respondeat nostrae ամենախնամ. *providentissimus*. Illam tamen constanter fert et Chorenensis noster multis saeculis Syncello antiquior; quin etiam addit post vocabulum հովիւ. *pastorem*, alterum quoque և առաջնորդ. *et ducem* vel *rectorem*, ita habens. Lib. 1. cap. 5. ՟ քանզի ասէ վասն նորա արիւն դիտող հանդերձ այլոցն այսպէս . Եւ զնա ամենախնամն ած եցոյց հովիւ և առաջնորդ ժողովրդեանն . յետ որոյ ասէ . Թագաւորեաց ազգս շարս Ճ . որք լինին ամք ՀՀ ՀՀ ՀՀ ։ Quem locum sic expresserunt Interpretes ejus Whistonii: » De ea enim re (debuit, *de eo*, vel *illo*, sc. *de Primo Parente*) ita Abydenus, pariter atque caeteri; Deus quidem providentissimus pastorem constituit eum ac rectorem populi; deinde dicit, regnavit Alorus saros decem, qui annos conficiunt 36000 «. Ubi intendit, imo contendit Chorenensis Alorum eum dici, qui nobis Adam, ut supra monuimus. Quod et alibi inculcat idem auctor. cap. 5. videlicet ejusdem libri, dicens. ՟ որպէս յայտագոյն նախասացիմք՝ ոչ առաջին մարդ ասելով զնա , այլ Թագաւոր . սոյնպէս անուն խժալարն և անշնանակ կոչելով , և ամս տալով նմա ՀՀ ՀՀ ՀՀ ։ ubi Interpp. » Sicut de prima re creata (lege, *de primo parente*, imò *Protoplasto*, id enim sonat նախասաւեղծ), quam (*quem*) non hominem, sed regem appellant (exteri, inter quos est et Abydenus); eique nomen indunt barbarum, ac significationis expertem, atque annos 36000 assignant «.

6 Redundat ա. ս, in nomine ազգագաւրոս, ut patet ex Gr. vel potius ex praemissis. In sequentibus Sync. mendosè praeferens Αμίλλαρος, se se corrigere potest ex scriptis in pag. 14. et 31. in quibus habuerat Αμιλλών; quae lectio non adeo abhorret a nostra ubique praeferente Αλμελών. Sed ne omnia librariorum vitia in his nominibus apud Syncellum occurrentia repetamus, confer praesentia cum antecedentibus in textu Polyhistoris.

քաղաքէ պաւտիբիբլեղն. առ որով երկրորդ անիդոտոս եղ՝ի ծովէն՝ հանգոյն ովանայն, որոյ կերպարանք կիսադից դիւցազանցն էին։ Ետ որոյ ամմինեն, Ետ որոյ ամեգա ղարոս։ Պապ դաւռնոս հովիւ. առ որով չորքն երկկերպիք՝ի ծովէ՝ի ցամաք դիմեցին՝ հովդոկոն, էնևգա մոն, էնեբդողոս, և անեմինտոն։ Եւ առ էդովբէսքաս, որ յետ նոր բայն Թագաւորեաց, անոգափոն։ Ետ որոյ այլք տիրեցին, և քսիսուԹրոս։ Եւ քանզի այսոքիւք յիշատակեալ պատմագիրս՝ միաբանս բազմավիպին գայ. և զԼրհեղեղէն սոյնօրինակ գրէ։

urbe Pautibiblon; sub quo secundus Annidotus, Oanni similis, e mari emersit; cujus Semideorum Heroum more figura erat. Post eum Ammenon: post quem Amegalarus: tum Daonus Pastor; sub quo quatuor (monstra) duplicis formae in terram e mari proruperunt, Jodochus, Eneugamus, Enebulus [1], et Anementus. Et sub Edoresco, qui post eum regnavit, Anodaphus (apparuit)[2]. Post quem alii dominati sunt, et Xisuthrus «. Quum itaque memoratus historicus de his cum Polyhistore conveniat, de diluvio quoque hoc modo scribit.

ὑπὸ οὗ δεύτερον Αννήδοτον τὴν Θάλασσαν ἀναδῦναι παραπλήσιον Ωάννῃ τὴν ἰδέαν ἡμιδαίμονα. μεθ' ὃν Αμμένων (ἐκ Παυτιβίβλων ἄρξε σάρους ιβ'.) μεθ' ὃν Μεγάλαρος (ἐκ Παυτιβίβλων ἄρξε σάρους ιή.) εἶτα Δαὼς ποιμὴν (ἐκ Παυτιβίβλων ἐβασίλευσε σάρους ι'.) ἐφ' οὗ δ'. διφυεῖς εἰς γῆν ἐκ Θαλάσσης ἀνέδυσαν. (ὧν τὰ ὀνόματα ταῦτα) Ευέδωκος, Ενεύγαμος, Ενάβουλος, Ανήμεντος. ἐπὶ δὲ τοῦ μετὰ ταῦτα Αεδωρέσχου Ανώδαφος. μεθ' ὃν ἄλλοι τε ἦρξαν, καὶ Σίσουθρος . . .

Աբիդենոյ վասն Լրհեղեղին։

Abideni de Diluvio.

(Euseb. Praep. Evang. IX. 12. et Sync. p. 30.)

Ետ որոյ այլք տիրեցին, և քսիսուԹրոս. որում կռոնոս յատաջորդոյն գուշակեաց լինել յաձախութիւն անձրևաց՝ի հինգերորդումն դէսիոս ամսոյ, որ է մարերի։ Հրամայեաց՝ զամենեսեան ամենայն յաբերգ քաղաք սիպարացւոց Թաքուցաներ։ Եւ իբրև սիսիԹրոս զայն՝ի գլուխ հանեալ վձարէր, մինչդեռ ա ռագաստ ձգեալ նաւարկէր՝ի հայս կամիչն, յանկարծակի հասանէին նաւավարքն յոյ։ Ներորդ աւուր՝ յորժամ անձրևքն ցածնուին, արձակիր հաւս ինչ՝ի հաւուց, դէտակն կալեալ՝ երԹէ կարիցեն վերկիր փաթաթեալ՝ի բազմութենէ ջուրցն տեսանել։ Եւ նոցա յածեալ ընդ անդ

» Post quem [3] alii dominati sunt, et Xisuthrus ; cui Cronus (sc. Saturnus) pluviarum copiam die quinto (supple, decimo) mensis [4] Desii, quod est Mareri, fore praenuntiavit. Jussit omnia volumina in Heliopoli Siparenorum abscondi. Et cum Sisithrus [5] imperata fecisset, et jam sublatis velis in Armeniam vehi navigio voluissent [6], repente nautae (eo) pervenerunt à Deo (sc. Deo ducente) [7]. Tertia die cum imbres remitterent, aliquas aves ex avibus emisit, attente expectans, num terram emersam a multitudine aquarum cernere possint. Illae verò se circumagentes per immensum vastissimumque mare fluctuosum, nus-

Μεθ' ὃν ἄλλοι τε ἦρξαν, καὶ Σείσιθρος, ᾧ δὴ Κρόνος προσημαίνει μὲν ἔσεσθαι πλῆθος ὄμβρων, Δεσίου πέμπτῃ ἐπὶ δέκα, κελεύει δὲ πᾶν ὅ, τι γραμμάτων ἦν ἐχόμενον, ἐν Ηλίου πόλει τῇ ἐν Σιππάροισιν ἀποκρύψαι. Σείσιθρος δὲ ταῦτα ἐπιτελέα ποιήσας, εὐθέως ἐπ' Αρμενίους ἀνάπλεε, καὶ παραυτίκα μὲν κατελάμβανε τὰ ἐκ Θεοῦ. Τρίτῃ δὲ ἡμέρᾳ ἔπειτα, ὧν ἐκόπασε, μετήει τῶν ὀρνίθων πείρην ποιεύμενος, εἴπου γῆν ὄψοιεν τοῦ ὕδατος ἐκδῦσαν. αἱ δὲ ἐκδεχομένου σφέας Πελάγεος ἀχανέος, ἀπορέουσαι ὅκη κατορμήσονται, παρὰ τὸν Σείσιθρον ὀπίσω κομίζονται, καὶ ἐπ' αὐτῆσιν ἔτεραι. ὡς δὲ τῇσι τρίτῃσιν εὐτύχεεν, ἀπίκατο

1 Codex Arm. manifesto librarii errore commixtas inter se ultimas horum nominum syllabas praeferebat hoc pacto: *հովդոկոնդէն եգա մոնդէն եւբդոսն*, pro: *հովդոկոսն, էնեւբդոսն*. Illud verò *առ էդովբէսքաս*, supplendum quoad ultimum elementum «, ac legendum *առ էդովբէսքաս«*, ut patet etiam ex Gr.

2 Abydenus vel Eusebius noster hunc aperte praebet sensum: » Et sub Edoresco, qui post Daonum Pastorem regnavit, monstrum aliud visum est, cui nomen erat Anodaphus «. Eadem sententia elicitur etiam ex Gr. lectione Syncelli, si pro *μετὰ ταῦτα*, *post haec*, legas, *μετὰ τοῦτον*, *post hunc;* tunc enim iisdem verbis haec sonat Gr. textus: » Atque sub eo, qui post hunc (regnavit) Aedoreschus, (apparuit) Anodaphus «. Verùm id minime animadvertens Goar, propter obscuritatem Graeci textus verbo carentis, alienum prorsus sensum enucleavit, ita ut Anodaphum monstrum marinum, regem crearit Chaldaeorum Evedorescho suffectum; sic enim Latine reddidit: »Evedoresco, qui posterior fuit, Anodaphus successit «.

3 Initium hujus periodi cohaeret cum extremitate superioris sermonis Abydeni: » Post quem (sc. Edoreschum, vel Evodoreschum) alii dominati sunt, et Xisuthrus «. Ubi Syncellus, cum haec ab Eusebio transcripserit, in locum pronominis relativi *յոր որոյ μεθ' ὃν*, substituit ipsum regis nomen, dicens *μετὰ Ευεδώρεσχον*: quem sequutus est et Scalig. p. 8. Sed tamen Eusebius ipse in Praep. Evang. IX. 12. praesentem lectionem constanter retinuit *μεθ' ὃν*: unde restituimus Gr. textum e regione, conferentes cum variata lectione Syncelli, ut patebit ex sequentibus. Caeterum cum hic Scaligerum errare Goar putaverit, magis invenimus ipsum errasse, eo quod dixerit in annotat. p. 12. ad p. 30. » Haec quidem Eusebius ex Abydeno, at non in Chronico, sed de Praep. Evang. cap. 10. quae nihilo secius Chronicis Eusebianis inserit Scal. p. 8 «. Bene se habet pars affirmans, sed unde affirmare potuit Goar alteram negantem, *non in Chronico?* quod opus nec viderat unquam: felicius itaque ominatus est Scal. haec in Chronico quoque inserta fuisse ab Eusebio, quàm Goar, qui omnino negavit.

4 *Ի հինգերորդումն*, mendum librarii manifestum, pro *ի հինգ. տասաներորդումն*, ut recte legebatur antea in textu Polyhistoris: et item legitur in praesenti lectione Gr. *πέμπτῃ ἐπὶ δέκα*, *quinta supra decem*, idest, die *decima quinta*. De additione verò Interp. Arm. circa Armeniacum mensem *Mareri*, jam dictum a nobis est.

5 Arm. antea habuit *Xisuthrus*, *Ξίσουθρος*, haud secus ac Gr. superius in textu Polyhistoris; in sequentibus verò Sisithrus, *Σίσιθρος*: at Gr. in tota lectione Abydeni exhibet *Sisithrus*, sive *Σείσιθρος* apud Euseb. de Praep. Evang. *Σίσιθρος* apud Syncellum.

6 Quamvis in plurali effertur a nostro Interprete haec periocha, quae singulari numero in Gr. exponitur, nil tamen offenditur sensus, cum comites simul assignentur, vel nautae mox memorandi. Et quidem laxiore stylo usus est hic Interp. Arm. volens egregie reddere sensum Gr. vocum, ac maximè verbi *ἀνάπλεε*: quod licet Goar vertat *navigavit*, sed navigare proprie est Graecis *πλέω*, a quo differt *ἀνάπλεω*; *renavigare* vel *supernavigare* dixeris in Lat. sed nec ita satisfacies, cum magis praeparationem ad navigandum assignet; quo consilio satis bene reddit Vigerus in Praep. Evang. » navigationem Armenios versus instituit «: quod, ni fallor, cum nostro Interprete mirifice facit.

7 Pro *μὲν*, quod fert Euseb. in Praep. et Scal. voluit Goar legi *μὴν*, quorum magna est differentia. Verum utcumque legas, obscurus apparet Gr. textus propter interjectum verbum *καταλαμβάνω*, quod sexcentas habet significationes. Nos Arm. Interpretis verba verbis reddidimus. Audiamus, si lubet, et Goari interpretationem: » Et exinde quae a Deo decreta essent, conjecit «. Magis apta fortasse interpretatio Vigeri: » in qua repentino divinae praedictionis eventu occupatur «; quo pervenisse Xisuthrum in Armeniam non obscure assignat.

Հուն համատարած ծուխ ծփանայ՝ չդամանէին ուրեք ոտից դադար. անդրէն առ սխիթիոս յետս դարձեալ դիմէին. և դադարեալ այլ ևս երիս աւուրս՝ դարձեալ արձակէր. և եկեալ, կաւով թաթախ զմազիլսն բերէին։ Յոր անդէն վազվազակի դիւքն զնա՝ ի մարդկանէ հետակորոյս առնէին. և նաւն երթեալ յաշխարհն հայոց դադարէր. և՝ ի փայտից դեղ օգնականութեան բնակչաց աշխարհին պարգևէր։

Յոր զի այսիւ և աբիդենոս ըստնոյն ձև քանից եբրայեցւոց պատմութեանն զջրհեղեղն միաբանէ, թուի ինձ թէ ամենեցուն խակ յայտ է։ Խակ եթէ զի յոյնք էին պատմագիրքն կամ քաղդէացիք, և այլով անուամբ զնոյ անուանէին՝ քսիսութրոն կոչելով, ընդ այն չէ՛ ինչ պարտ զարմանալ։ Յոր եթէ դիս ըստ իւրեանց սովորութեանն փոխանակ ոչ յորջորջէին, և զաղաւնւոյն լռէին՝ և հաւս խառնիխուռն անուանէին, և ընդ այն չէ՛ ինչ պարտ կարի զարմանալ։ Յոր զայս աբիդենոս ՚ի քաղդէացւոց պատմութեանն զջրհեղեղն։ Ոյն և վասն աշտարակագործութեանն՝ միաբան մնիմի սի պատմութեանն գրէ զայս ձև օ. բինակի։

quam pedes sistere potuerunt, atque adeo reduces ad Sisithrum remeabant. Quiescens autem tribus adhuc diebus, rursum emisit [1]; at illae redeuntes, pedes coeno oblitos gerebant. Et illico Dii ex hominibus eum subducunt; ac navis in Armeniam delata, consistit [2]: atque ex lignis (ejus) medicina levaminis regionem incolentibus praebebatur ».

Quod igitur his vel ipse Abidenus in eamdem verborum formam de diluvio cum Hebraeorum historia conveniat, omnibus, ut mihi videtur, manifestum est. Quod autem, quum Graeci essent historici aut Chaldaei, proindeque alio nomine Noe nuncuparunt, Xisuthrum vocantes, minime oportet ut id miremur. Item quod si Deos suo more pro Deo appellarunt, et de columba siluerunt, et aves promiscue nominaverunt, ne illud quidem nos valde mirari oportet [3]. Porro haec Abidenus ex Chaldaeorum historia de diluvio. Idem de turris fabricatione congruit cum Moysis historia, et scribit in hunc modum.

γὰρ δὴ πλοῦ κατάπλεοι τοὺς ταρσοὺς, Θεοί μιν ἐξ ἀνθρώπων ἀφανίζουσιν. τὸ δὲ πλοῖον ἐν Αρμενίῃ περίαπτα ξύλων ἀλεξιφάρμακα τοῖσιν ἐπιχωρίοισι παρείχετο. . .

(Euseb. Praep. IX. 14. et Syncell. p. 55.)

Աբիդենեայ վասն աշտարակագործութեանն։

Abideni de Turris opificio [4].

(Ἀπό τῆς) Αβυδηνοῦ (γραφῆς), περὶ τῆς τοῦ Πύργου κατασκευῆς.

Յորում ասեն դիպեալ առաջնոցն՝ զօրութեամբ և յաղթանդամութեամբ յուզացեալք, մինչև ըզդիմն ևս անգոմանալ, և յանպիտանութիւն հատանել։ Ակամէին ըզ-

» In quo (statu, vel tempore) [5] dicunt fuisse primos (homines) viribus et corporum proceritate negligenter se gerentes [6], adeò ut Deos quoque aspernati fuerint, et flocci fecerint [7],

Ἐν τῇ δὴ λέγουσι τοὺς πρώτους (ἐκ γῆς) ἀνασχόντας, ῥώμῃ τε καὶ μεγέθει χαυνωθέντας, καὶ δὴ Θεῶν καταφρονήσαντας ἀμείνονας εἶναι, Πύργων τύρσιν ἠλίβατον ἀείρειν, ἵνα νῦν

1 Plane aliter legitur in fragm. Gr. ut vides e regione; quod, ni fallor, a librariorum mendis obscuratum, sic exprimit Goar. » Et post has pariter aliae. Ut verò tertio id fecisset, et rem pro voto fuisset consecutus ». Audi et Vigerum: » Aliaeque postea similiter emissae. At cum tertio idem fecisset, votique compos evasisset » etc.

2 Pro certo habemus Interp. Arm. legisse περιάπται, ut verbum; περιάπτω enim revera sonat *applico, contingo, etc.* nunc tamen legitur περίαπτα, ut nomen; atque ideo tam Vig. quam Goar illud vocabulum cum sequenti periodo conjungentes, unam eandemque sententiam eliciunt, quasi dixerit auctor, ligna navigii in usum fuisse ut περίαπτα, sc. *amuleta de collo suspendenda*.

3 Huc pertinet Scaligeri locus in annot. in Gr. Euseb. p. 409. ad 2. 10. (quamris non viderit ipse Scal. hunc Eusebii locum.) » τῶν ὀρνέων τινὰ τὸν Σισίθρουν ἀφιέναι. Sic Abydinus: μετίει τῶν ὀρνίθων. At Moses, unde Chaldaei acceperunt, columbam dicit emissam: et ita veteres mythologi Graecorum: Plutarchus πότερα τῶν ζώων. οἱ μὲν οὖν μυθολόγοι τῷ Δευκαλίωνι φασὶ περιστερὰν ἐκ τῆς λάρνακος ἀφιεμένην δεύτερον γενέσθαι χειμῶνος εἶσω πάλιν ἐνδυομένην, εὐδίας δὲ ἀποπαύσαν ».

4 Hoc fragmentum occurrit non solum apud Euseb. de Praep. Evang. et apud Syncellum locis citatis, sed etiam apud Cyrillum Alexandrinum Lib. 1. contra Julianum. Confer, si lubet.

5 In Praep. Evang. legitur nunc, ἐντὶ δ' οἱ λέγουσι, id est, *Sunt autem, qui dicunt*: nam ἐντί, ut Grammatici tradunt, Jonice vel Dorice sumitur pro εἰσί. Apud Syncellum verò juxta ferme Arm. lectionem habetur ἐν τῇ δὴ λέγουσιν. i. e. *In qua quidem dicunt*. Sed tamen Goar, qui alibi Syncelli lectionem acriter defendit, hic eo neglecto, Latinam suam interpretationem accommodat ad normam Praep. Evang. et ita vertit, *Sunt qui dicunt*. Sicut etiam ex eadem Praep. mutuatus illud ἐκ γῆς, inserit suae interpretationi *tellure*; quod nec nostra lectio, neque Cyrillus, neque Syncellus habent.

6 Յուզացեալք apposità exponit τοὺς χαυνωθέντας: nam id sonat in Arm. յուզանալ, quod apprime indicat apud Gr. χαυνοῦσθαι, sc. *molliri, resolvi*, etc. verùm hic utrumque sumitur pro *negligenter se gerere, magnifice simul et absurde de se sentire, tumere*, etc. ad quod accedit et significatus verbi յօրանալ, quo utitur Arzerunius de primo gigante Belo: յօրացեալ և ապաստանեալ ՚ի յոյժ բազկի և ՚ի յաղթանդամութիւն հասակի: quod non adeo distat a praesenti loco.

7 Gr. textus hodiernus haec habet: καὶ δὴ Θεῶν (vel Θεῷ) καταφρονήσαντας ἀμείνονας εἶναι, id est ad verbum: » Et quidem Deorum (vel Dei) contemptores, meliores fieri »; quod cum incertum videatur praebere sensum, Vigerus ad libitum sic exposuit: » Potentiamque Superis ipsis majorem affectarent »; ubi totam periocham in novam detorquet sententiam, suppressa insuper significatione verbi non parvi momenti καταφρονέω, hoc est, *contemno, aspernor*. Goar fortasse magis erudite: » In contemptum Deorum, quasi superiores illis forent, venisse ». At noster Interp. videtur paulo aliter habuisse in autographo; nimirum pro ἀμείνονας, legisse vel μείονας, scilicet *viles, flocci faciendos*; vel participium verbi ἀμεινῶ, id est *exolefacio*: quare vertit, և յանպիտանութիւն հատանել, hoc est ad verb. *pro inutili ducere*, vel

բարձրաբերձ զբուրգն կանգնել, որ այժմ՝ բաբելոն կոչի. և իբրև մօտ յերկինս հասուցանելին դիցն, այնուհետև հողմոց դից օգնական լեալ՝ մղին և յերկիր կործանեին զմեքենաւոր գործն անարեացն. և յատակն կործանեալ՝ բաբելոն անուաներ։ Որ ցայն վայր միաշուրթն համալեզուք էին, և՝ի դից բազմամբոխ խառնախօս խըզուըրտիւն՝ի միաբանեալսն եկեալ մնաներ։ Նմ յետ այնորիկ կրոնին՝ի տիտանն մնալ պատերազմի ընդ միմեանս բախին։ Յարձեալ սոյն այր և զսէն նեքերիբայ յիշատակէ՝ պէս զայս ո. բինակ։

Coeperunt altissimam Turrim [1] erigere, quae nunc Babylon vocatur; quum autem proximè ad caelos Deorum [2] jam pervenissent, venti deinceps Diis auxiliantes, ictu feriunt, et subvertunt machinamentum illud ignavorum: et terra solo aequata, Babylon nominata fuit. Qui quidem ad illud usque tempus unius labii, ejusdemque linguae erant; et a Diis multipliciter confusis linguis perturbatio [3] in eos, qui conspiraverant, penetravit. Ac deinde [4] Saturnus et Titanus inter se bellum moverunt «. Praeterea hic vir de Sinecheribo quoque meminit, hoc modo.

Βαβυλών ἐστιν. ἥν τε ἄσσον εἶναι τοῦ οὐρανοῦ. καὶ τοὺς ἀνέμους, θεοῖσι βωθέοντας, ἀνατρέψαι περὶ αὐτοῖσι τὸ μηχάνημα. τοῦ δὴ τα ἐρείπια λέγεσθαι Βαβυλῶνα. τέως δὲ ὄντας ὁμογλώσσους ἐκ θεῶν πολύθρα φωνὴν ἐνείκασθαι, μετὰ δὲ Κρόνῳ τε καὶ Τιτῆνι συστῆναι πόλεμον . . .

Ա. Բէնտպենեայ վասն սինեքերիմայ։

Abydeni de Sinecherimo.

Յայնմ ժամանակի քսաներորդ և հինգերորդ՝ և սինեքերիբ ինքն ի թագաւորելոցն գտաներ. որ զբաբելոնն՝ի ներքոյ ձեռին նուաճ ձեալ հնազանդեր. և՝ի ծովեզերին կիլիկեցւոց աշխարհին զտորմիղ նաւատորմիկ նաւացն յունաց վանեալ վկանդեր. և շիներ և զմեհեանն ա Թենացւոց, արձանս պղնձիս կանգնեալ, և գրով բայ ասէ զքաջութ. Թիւնսն գրոշմեր. և զտարսոն զձև և զօրինակ բաբիղոնի շիներ. զի և ընդ մէջ տարսոնի գետն կիւդնոս անցանիցէ, որպէս գունակ արամանդոյ ընդ մէջ բաբէղոնի։

Եւ նմանէ և յետ նորա ներգիլ զոս թագաւորեաց. որ յորդւոյն ադրամելէայ վախճաներ. և զինա նորին եղբայր աքսերդիս միահայր, և ոչ համամայր՝ սպանաներ. և հալածական զզօրականն՝ի բիւզանտացւոց քաղ ղաքն արկաներ։ Որ նախ վարձկա նութիւնս օգնականութեան ինքնոյն

Ex ordine autem post eum Nergilus regnavit, qui a filio Adramelo est interemptus: at ipsum quoque frater ejus Axerdis ex eodem patre, non autem ex eadem matre, occidit; et exercitum persequutus in Byzantinorum urbem includit. Qui primus mercenarios milites sibi collegit; quorum unus Py-

ut inveteratum rejicere, parvipendere, flocci facere. Quod si praesentem Graecam lectionem vitio carere quis dicet, dicere is quoque poterit quod τὸ ἀμείνονας εἶναι sumpserit noster Interp. respectu Deorum, non in laudem, sed in vituperationem; neque pro ipsis hominibus se se laude efferentibus, ut Vigerus et Goar senserunt: namque vox Gr. varie accipi potest. Denique dicere possumus in Cod. Arm. pro հասանել, legendum հասանել, vel eo sensu accipiendum esse τὸ հասանել, quasi հասանիլ; tunc enim neutrale verbum hunc exhibet sensum: » adeo ut Deos quoque in contemptum habuerint, et (ipsi) in ultimam nequitiam venerint «. Id tamen non adeo juvat, ut ad Gr. textum defendendum valeat.

1 Pro *turri* Arm. habet բուրգն, *purgen*, vel *burgen*, eodem sono et eadem significatione ac Gr. πύργον. Բարձրաբերձ autem quamvis adjectivum, supplet locum vocis τύρσιν; quae quidem idem ferè assignat quod πύργον, sed videtur pro explicanda structurae magnificentia ab auctore superaddita: quasi diceret, *turrim turrium*, vel *burgorum maximam turrim*; quod noster Interp. per adjectivum adjunctum explicari voluit. Itaque nescio an satis scienter dixerit Vigerus in not. ad Praep. Evang. p. 41. ad 416. » πύργον τύρσιν. Satis intelligebam πύργον, (unde majore vitio πύργων extiterat,) merum esse glossema, quod τύρσιν, Jonicam poeticamque vocem explicaret. Vestigium ejus in Cyrillo nullum «: nec Goar in Syncello suo novit. Verum tam Viger. quàm Goar ita Latinam interpretationem expoliverunt, ac si ex Arm. textu transfudissent; ille enim vertit, » immensae altitudinis turrim «: hic vero, » mirae altitudinis turrim «.

2 Nomen գից *Deorum*, primo positum loco redundare videtur in Arm. vel in Gr. desideratur. Caeterum servata ea voce, Arm. textus hoc sensu obvio potest accipi, nempe » quum autem jam caelum proxime ad Deos attigissent «.

3 Fatendum hic, vel Interpr. nostrum liberiore stylo usum, quamvis elegantissimo in Arm. vel Graec. textum recentem adhuc obscuratum à librariis fuisse, maxime in ea voce, quae in Praep. Evang. πολύθρα juxta Vigerum, et secundum Scal. πολύθρουν legitur; ubi Cyrillus habet πολύθροον, et Syncellus πολύθρωος. Verum et Latini Interpretes non solum istam vocem, sed etiam integrum ferme Abydeni textum adeo periphrasi adornarunt, ut vix cernatur autographi sinceritas in eorum versione. Lectionem Arm. satis confirmat et Arzerunius. Lib. 1. c. 2. his verbis. * կանգնել բուրգն յերկրի, որոյ գլուխն հասցէ յերկինս. և կանխաւակաց ցրմամբն՝ի վերուստ զմեաբարբառս լեզուս մարդկութեան չխոնարհացուսյլաբան խլզմտութիւնս ||։

4 Extrema haec Abydenii sermonis pars quamvis integre habeatur tam apud Sync. quam apud ipsum Eusebium in Praep. Evang., verum apud Cyrillum desideratur.

քեան գուսարէր. յորոց մի ումն էր սիւթագորաս՝ քաղդէացւոց իմաստութեանն աշակերտ։ Ա.յլ աքսեր դիմն զեգիպտոս և զկողմինս խոր ասորւոց կալեալ շահէր. յորմէ և սարդանապաղղոսն էր։

Յետ որոյ սարակոսն ասորեստանեայց թագաւորէր, ի վերայ հասեալ՝ թէ զօր խառնիճաղանձ՝ի ծովէ՝ի վերոյ խաղաց ելանել, զբուսաղոսորոս զօրավար վաղվաղակի՝ի բաբելոն առաքէր։ Նա նորա՝ խորհուրդ ապստամբութեան խորհեալ, զաժդահակայ զմնրոյ նահապետի զամուհեան դուստր՝ իւրում որդւոյն նաբուկոդրոսորայ խօսեր կնութեան։ Նա յետ այնորիկ փութաւ նակի չուէր խաղայր հասանել՝ի վերայ նինուէի, որ և նինուէ քաղաք։ Ա.ՊՀ լինէր վասն այնր ամենայնի՝ սարակայ արքայի. հրձէզ առնէր զարքունիսն եւ ովքիտայ։ Ապ նաբուկոդրոսորայ առեալ զիշխանութիւն թագաւորութեանն՝ ամուր պարսպաւ զբաբելոն պատէր։

Նա յետ սոցին բանից աբիդենոս և որ ինչ իրք զնաբուքոդոնոսորայ իցեն՝ միաբանս եբրայեցւոց գրոցն յօրինեալ կարգէ՝ պէս զայս օրինակ։

thagoras fuit, Chaldaeorum sapientiae discipulus. Axerdis autem Aegyptum partesque Syriae inferioris [1] in suam potestatem redegit; ex qua Sardanapallus quoque extitit.

Post quem Saracus in Assyrios regnavit: et quum compertum habuisset, multitudinem barbarorum maximam e mari exisse, ut impetum faceret, Busalossorum ducem confestim Babylonem misit. Ille autem consilio rebellionis inito, Amuhean Astyagis Medi familiae Principis filiam Nabuchodrossoro suo filio uxorem desponsit. Ac deinde protinus discedens accelerat aggredi Ninum, id est, urbem Ninive. Cum autem de his omnibus certior est factus Saracus Rex, concremavit regiam aulam Evoriti [2]. Nabuchodrossorus verò accipiens regni imperium, valido muro Babylonem cinxit».

His dictis, quaecumque etiam de Nabuchodonosoro referuntur, cum Hebraeorum libris consentiens Abidenus ipse, digerit in hunc modum.

Ա.բիդենեայ վասն Նաբաւորոդոնոսորայ։

Abideni de Nabuchodonosoro. (*Euseb. Praep. IX.* 41.)

Նաբուկոդրոսոսորայ առեալ զիշխանութիւնն՝ զբաբելոն պարսպեր պարսպով, և երեքկին պատուարաւ, Հանգոյն հնգետասանից աւուրց ժամանակաւ. և զգետն արմնակաէս յաբուծանուոյ Հանեալ տանէր. և զՓըբ Հոր բարձրաւանդակին, որ առ սիպա բացւոց քաղաքին, շուրջ փորեաց՝ ի. Հրասախ. և խորութիւն՝ ի. կիրկ։ և դրունս կանգնեաց, որ բանալցին, և զբնաւ դաշն ոռոգանիցին. և

Ναβουχοδονόσορος δὲ διαδεξάμενος τὴν ἀρχὴν, Βαβυλῶνα μὲν ἐτείχισε τριπλῷ περιβόλῳ, ἐν πεντεκαίδεκα ἡμέρῃσι, τόν τε Ἀρμακάλην ποταμὸν ἐξήγαγεν, ἐόντα κέρας Εὐφρητέω, τόν τε Ακράκανον. ὑπὲρ δὲ τῆς Σιππαρηνῶν πόλιος, λάκκον ὀρυξάμενος, περίμετρον μὲν τεσσαράκοντα παρασαγγέων, βάθος δ' ὀργυιέων εἴκοσι, πύλας ἐπέστησεν, τὰς ἀνοίγοντες ἄρδεσκον τὸ πεδίον. καλέουσι δ' αὐτὰς ἐχε-

1 Arm. Interp. explicare voluit significatum Gr. nomenclationis Κοιλοσυρία, quae sonat *խոր ասորիք*, *inferior Syria*; quod et nos fideliter observavimus. Hoc si minus tibi arridet, lege, per me licet, Latinorum more *Coelesyria*; sed de hoc nomine et infra in textu Josephi.

2 Veram hujus loci sententiam, fatendum enim est, nos ignoramus, tum ob incertum sensum verbi Cod. Arm. *հրոգ առնէր*, tum ob inauditum nomen *Եւոփքիտայ*. *Condonavit* dixeris, si supponas legendum esse *հրոգ առնէր*, ac *Եւոփքիտայ* in dativo expositum fuisse; et sensus erit, commendavit regiam aulam in manus Evoriti cujusdam aulici, ac ipse se fugae tradidit. Si autem legas *հրձիզ առնէր*, tunc certa apparet sententia, quasi igne injecto regiam seque combusserit; ut simpliciter habet Sync. cum tamen incertum restet nomen Evoriti. Juvat transcribi hic Syncellum confusè agentem his de rebus pag. 168. (juxta interp. Goari.) » Nabopolasarus ... Hunc Sardanapalum vocat Polyhistor Alexander, qui ad Astyagem Mediae Satrapam miserit, et filiam ejus Aroitem uxorem filio suo Nabuchodonosor sumpserit. Hic traditis sibi copiis a Saraco Chaldaeorum rege praepositus, in Saracum ipsum et Ninivem civitatem arma vertit: cujus impetum et adventum veritus Saracus, incensa regia igne se absumpsit; imperium vero Chaldaeorum et Babylonis collegit Nabopolasarus pater Nabuchodonosor «.

3 Initium hujus sermonis continuatio est textus ipsius Abydeni, quem supra memoravimus; ut patet conferentibus utrumque locum. Extat autem hoc fragmentum apud nostrum Eusebium in Praep. Evang. loco citato, post alia Abydeni verba, quae infra in medium proferemus. Scaliger qui partem illam desumpsit ex libro Praep. haec omnino, quod miror, neglexit.

4 Gr. textus hodiernus habet in Praep. Evang. τόν τε Ακράκανον; et Vigerus ratus alterius fluminis nomen esse praecedenti Armacali conjunctum, sic vertit: » Atque Armacalen Acracanumque fluvios, ab Euphrate ortos, alio derivavit «. At noster Interpr. procul dubio aliter habuit in suo apographo vetustissimo, ita ut illa vox conjungenda sit cum sequentibus, ut possit locum habere vocis Arm. *բարձրաւանդակին*. Itaque legendum aliud vocabulum derivatum ab Ἀκρα, (unde Armeniis *ակառն*) id est *arx*, *cacumen montis*, *vertex*, *promontorium*, *summum jugum*, etc. Item sequentia ita effert Vigerus: » Tum Sipparenorum urbis in gratiam, Paludem fodit «: minus recte, cum *ὑπὲρ* hìc non habeat locum vocis *in gratiam*, vel *pro*, sed *super*, vel *supra*: nam etsi *ὑπὲρ* cum genitivo casu passim idem sit quod *pro*, sed tamen plerumque conservat vel in genitivo genuinam significationem *super* vel *supra*; ut patet ex sexcentis locis, maxime ubi sermo erit de situ loci: quapropter et Cedrenus, qui haec in compendium redegit, expresse ἐγγιστα ait p. 93. C. id est, *proxime*, *prope*: cui adhaeret et vox Arm. *առ*.

անուն կոչի դրանցն էքէտոգնոմոնաս. որպէս ԹԷ կամն ինչ և յաժառելութիւն յանձնէ ունիցին։ Պարըտ պեաց և զկարմիր ծովու զկղզ յաղեաց ծփանաց։ Եւ զանէրեզոն քաղաք շինեաց ի մուտս աշխարհին ա բաբացւոց։ Եւ զայգունեին՝ մատաղ պատուակ անկումք ծառոց զարդարեաց. և անուն կոչեաց կախաղանաց բուրաստանս։ Եւ ապա միըստ միոք զմեհենութիւն ընձայեցուցանէ անուանելոյ կախաղանաւոր բուրաստանին. զոր ասէ՝ և յոյնք յանուանելոյ յեօթեն չքնաղ հրաշակերտիցն հաստիարին։

Եւ դարձեալ ի միւսում վայրի նոյն պատմէ՝ ձև զայս օրինակ. Ամենայն ինչ ասէ ի սկզբանէ ջուր էր, որ անուանեալ կոչէր Ծով, և բելոսն ցածուցանէր զնոսա. և իբրև քանիւր աշխարհս բաժանէր տայր. և զքաղքսն պարսպեալ պատեալ ամրացուցանէր. և իբրև բաւական ժամանակք ի վերայ անցեալ յերկկարկին, եղծանէր։ Զորոց միւսանգամ նաբուխոդրոսորոս պարսպէր. և տևէր բաւէր մինչև ի ժամանակս մեզ կեդրոնացոյն իշխանութեան՝ հանդերձ դրօքն պղնձակերտիւք։

Զամենայն աբիդենոս հանգոյն դանիէղի վիպագրէ. յորում ձառեալ պատմի զնաբուքոդոնոսորայ, եթէ ամբարհաւաճեալ մեծամտեալ ասէր, ոչ այս է բաբելոն մեծ, զոր ես շինեցի ի բնակութիւն թագաւորութեան իմոյ ի զարդ փառաց զօրութեան իմոյ։

monas: quasi quandam voluntatem et affectum ex semetipsis habuissent [1]. Munivit etiam litus maris rubri contra fluctus. Et Teredonem urbem condidit in Arabum regionis aditu. Item regiam novellis arborum plantis [2] exornavit, appellavitque Hortos pensiles ». Deinde verò prosequitur singulatim exponere supra nominatum pensilem hortum: » quem, inquit, et ipsi Graeci unum de septem nominatis insignibus et miris aedificiis habent »[3].

Et rursum altero in loco idem vir ita narrat. » Universa, inquit [4], (rerum natura) in principio aqua erat, quae appellabatur mare; et Belus imminuebat eas (aquas): et singulis regiones distribuebat [5]; nec non Babylonem muri ambitu muniebat: quum vero satis longi temporis praeterisset, corrumpitur [6]. Quam rursus Nabucodrosorus muris cinxit, adeò ut perdurarit ad Macedonum usque imperii tempora cum portis aeneis ».

Cuncta quidem Abydenus, ut Daniel, litteris mandat; in quo (sc. in libro Danielis) de Nabuchodonosoro aperte narratur; quippe qui superbiens, animoque elatus, dixerit: » Nonne haec est Babylon magna, quam ego aedi-

τογνωμόνας. ἐπετείχισε δὲ καὶ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης τὴν ἐπίκλυσιν, καὶ Τερηδόνα πόλιν ἔκτισεν, κατὰ τὰς Ἀράβων εἰσβολάς. τά τε βασιλήϊα δένδροις ἤσκησε, κρεμαστοὺς παραδείσους ὀνομάσας . . .

. . . λέγεται δὲ πάντα μὲν ἐξ ἀρχῆς ὕδωρ εἶναι, θάλασσαν καλεομένην. βῆλον δέ σφεα παῦσαι, χώρην ἑκάστῳ ἀπονείμαντα, καὶ Βαβυλῶνα τείχει περιβαλεῖν. τῷ χρόνῳ δὲ τῷ ἰκνευμένῳ ἀφανισθῆναι. τειχίσαι δὲ αὖθις Ναβουχοδονόσορον τὸ μέχρι τῆς Μακεδονίων ἀρχῆς διαμεῖναι ἐὸν χαλκόπυλον. . .

(. . . ὡς ἄρα Ναβουχοδονόσορ . . . μεγαφρονήσας, ἀπηυθαδίσατο εἰπών,) οὐχ αὕτη ἐστὶ Βαβυλὼν ἡ μεγάλη, ἣν ἐγὼ ὠκοδόμησα εἰς οἶκον Βασιλείας,

1 Interpretis videtur esse haec explicatio: apposite sane; nam ἐχετογνωμῶν, cujus accusativus est in plurali ἐχετογνωμόνας, componitur ab ἔχω, sc. *habeo*, et γνώμη, hoc est *sententia, cognitio, voluntas*, etc.

2 Մատաղատունկ, refunditur in Gr. νεόφιτος: vel, ut locus exigit, in ablativo casu plur. νεοφίτοις: quod excidisse ab hodierna Gr. lectione jure conjicimus; cum ibi tantum habeatur δένδροις, i. e. *arboribus*; pro quo solo vix credam Arm. Interp. tria illa vocabula restituisse, մատաղատունկ անկումք ծառոց. Cedrenus alium adjectivum adjecit, δένδρα παντοδαπά, Josephum ut videtur imitatus, qui δένδρεσι παντοδαποῖς dixerat, sc. *variis* vel *omnis generis arboribus*: cujus integer textus infra laudatur ab Eusebio nostro. Interim vero nobis placeat transcribere hìc Cedreni jam memorati locum ex Hist. compend. p. 93. C. praesentes res obiter complectantem. Ναβουχοδονόσορ . . . . πόλιν μεγίστην εἰς Βαβυλῶνα ἔκτισεν . . . ἐγγιστα δὲ τῆς πόλεως ὤρυξε χειστέρναν, καὶ περιεστείχισεν ἀξιολόγως. τὸ βάθος αὐτῆς ὀργυιαὶ μ΄. τὸ δὲ περίμετρον αὐτῆς στάδια μ΄. Ὑπερθεν δὲ αὐτῆς κατεφύτευσε δένδρα παντοδαπά, ὡς παρομοιοῦσθαι δασυτάτοις ὄρεσι. ὃ καὶ κρεμαστὸν παράδεισον ὠνόμασεν. (Interp. Xilandro) » Idem (Nabuchodonosor) . . . Babylonem urbem maximam extruxit . . . Proxime urbem, cisternam fodit, muroque praeclare eam circumvenit, profundam ulnas quadraginta, ambitu stadiorum quadraginta. Supra hanc plantavit omnis generis arbores, ita ut monti densis arboribus obsito hortus similis videretur: appellavit ipse hortum pensilem ». Cernitur et in sequentibus Cedreni verbis quaedam Eusebii imitatio in adducenda Danielis auctoritate, etc. Videant eruditi, si libitum ipsis fuerit.

3 Eo animo Philo Byzantius in colligendis septem orbis miraculis, primo loco hunc hortum nominavit. Adeas velim Thesaurum Antiq. Graec. Jacobi Gronovii. Tom. VIII. p. 2649. ubi inscribitur Κῆπος κρεμαστός, *Hortus pensilis*. Quis tamen tantae fuerit magnificentiae auctor, Philo minime tradit. In annotationibus vero adducitur testis Plinius, qui nunc Semiramin, nunc Cyrum Assyriae regem facit hujus operis conditorem; atque hoc etiam additur: » Georgius Cedrenus in Synopsi historica Nabuchodonosori tribuit ». Miror Leonem Allatium tam eruditum virum, Cedrenum potius consuluisse, quàm Abydenum ab Eusebio laudatum etiam in Praep. Evang. ubi de horto pensili legere integra poterat: imo et Josephum ipsum consulere potuit; cujus locus infra recitabitur, ab ipso Beroso Chaldaeo desumptus.

4 Alterum hoc fragmentum iterum occurrit in Praep. Evang. loco citato, ante nimirum praemissa verba. Ubi adverte verbum λέγεται, sc. *dicitur*, spectare ad Abydenum, qui laudarit traditionem a caeteris auctoribus vel a vulgata fama acceptam; itaque Vigerus vertit *ferunt*. At nostra lectio ասէ, supponit in Gr. fuisse λέγει, sc. *dicit*, vel *inquit*: quo adducitur ipse solus Abydenus ab Eusebio citatus, nisi dixeris in Arm. legendum ասէ՝, quo conciliantur variantes lectiones. Ut nil dicam de neutrali adjectivo ամենայն ինչ. πάντα, quod Vigerus explicavit stricte, *loca haec omnia*; nos generatim diximus, *universa* (*rerum natura*).

5 Բաժանէր, quod pro variis casibus accipi posse notum Armeniis est, hic vere pro tertio accipiendum esse suadet ratio, et auctoritas Gr. textus, qui non aliter accipi potest. Adeoque non tam haec, quam antecedentia σφεα παῦσαι Vigerum ita in angustias conjecerunt, ipse ut ultro dissimulaverit significationem verbi παῦσαι, atque pronomen σφεα cum χώρην conjunxerit.

6 Լղծանիլ, ut apprime sonat *corrumpi*, ita stricte a nobis in Latino servari necesse fuit, quamquam incertum fortasse sensum reddat, an Babylonis murus, vel ipse Belus sit, qui obnoxius fuerit corruptioni. Et quidem Gr. τὸ ἀφανισθῆναι aeque indicare potest corruptionem vel muri Babylonici, scilicet *destructionem*, *eversionem*, etc: aut Beli, *interitum* nempe, sive *sublationem a visu*. Hoc secundum absque ulla haesitatione retinendum sibi putavit Vigerus, ita rem declarans periphrasi: » Ac deinceps mortalium oculis ereptum esse ». Verum primum sensum Interpreti nostro persuasum fuisse satis apparet ex eo, quod Լղծաւ հիւ magis convenit aedificio, quam homini; idque, ni fallor, rectius atque accuratius, quasi legeretur in Gr. φθαρισθῆναι: siquidem sequentia illico verba ad restaurationem spectantia τειχίσαι δὲ αὖθις etc, clarissime indicant pristinam muri Babylonici eversionem jam jam memoratam fuisse.

ւորութեան՝ զօրութեամբ բռնութեան իմոյ, և՛ի պատիւ փառաց իմոց։ Եւ քանզի իշխանութիւն իւրոյ բարութեան վկայէր, այսպիսի բանիւք Հառեալ վնաբուզոնոսոր՝ ի դանիէլ մարգարէէ. լուր և աբիդենեայ. քան զՀերակղէս ասէ և՝ զօրագոյն էր. որ և գրէ իսկ՝ պէս զայս օրինակ բանիւ։

Մեգասթենէս ասէ, Նաբուկոդրոսոսորոս, որ ուժգնագոյն էր քան զՀերակղէս, ՚ի լիբեացւոց և յիբերացւոց աշխարհն զօրաժողով լեալ հասանէր. և վանեալ վկանդեալ ընդ ձեռամբ նուաճէր. և զնոսա մի ՚ի նոցանէն յառաջակոչին պտուղս ծովս տարեալ բնակեցուցանէր։ Եւ ասպա յետ այնորիկ պատմի ՚ի քաղդէացւոց, թէ իբրև եկն ետ անդրէն յարքունիսն, դիպ իրիք մտեալ կալեալ զինեան, խօսէր ձև զայս օրինակ, թէ ես Նաբուկոդրոսորոս ողջ քաջքդ բարեզայիք՝ զվիշտս ինչ որ ձեզ հասանելոց իցեն՝ յառաջագոյն պատմեցից. և այլ ինչ մի քան միօրէ

ficavi in habitationem regni, in robore fortitudinis meae, et in honorem gloriae meae [1] ». Quod autem imperium, suae felicitatis testimonium in promptu habuerit, quemadmodum his verbis a Daniele Propheta de Nabuchodonosoro dictum est [2], audi etiam Abidenum: fortior Hercule erat, inquit; qui et his verbis scribit [3].

» Μεγασθένης[4] ait: Nabucodrossorus, qui Hercule robustior erat, in Lybiam, Iberiamque exercitu comparato pervenit, atque adeò profligans ac opprimens domuit; et partem (incolarum) aliquam in dexteram plagam maris Pontici traduxit, ut in ea habitarent. Deinde vero narratur a Chaldaeis, quod cum redux Regiam advenisset, Diis quibusdam in eum penetrantibus, mentemque ejus occupantibus, ita loquutus sit: Ego (ait) Nabucodrossorus, o fortes Babylonii, imminentem vobis calamitatem praenuntiabo ». Et alia quaedam singulatim his adjiciens scribit[5]. Postremò

Μεγασθένης δέ φησι, Ναβουκοδρόσορον Ἡρακλέους ἀλκιμώτερον γεγονότα, ἐπί τε Λιβύην καὶ Ἰβηρίην στρατεῦσαι. ταύτας δὲ χειρωσάμενον, ἀπόδασμον αὐτέων εἰς τὰ δεξιὰ τοῦ Πόντου κατοικίσαι. μετὰ δὲ, λέγεται πρὸς Χαλδαίων, ὡς ἀναβὰς ἐπὶ τὰ Βασιλήϊα, κατασχεθεῖν Θεῷ. ὅτεῳ δὴ, φθεγξάμενος δὲ εἶπε οὕτως. ἐγὼ Ναβουκοδρόσορος, ὦ Βαβυλώνιοι, τὴν μέλλουσαν ὑμῖν προαγγέλλω συμφορήν. (...) ὁ μὲν Θεσπίσας παραχρῆμα ἠφάνιστο. ὁ δὲ οἱ παῖς Εὐιλμαλούρουχος ἐβασίλευε. τὸν δ' ὁ κηδεστὴς ἀποκτείνας Νηριγλισάρης, λεῖπε παῖδα Λαβασσοάρασκον. τούτου δὲ ἀποθανόν-

1 Similia ex sacris literis repetit Eusebius in Praep. Evang. loco signato, ad calcem textus Abydeni, quem paulo supra posuerat. Ubi cum Vigerus juxta Vulg. Lat. expresserit: » et in gloria decoris mei «, nemo putet ita etiam in Gr. Eusebii textu rem se habere, sed potius juxta LXX. ac Arm. lectionem, *εἰς τιμὴν τῆς δόξης μου*, » in honorem gloriae meae «. Dan. IV. 27.

2 Verba Arm. intellectu facillima, sed sensus obscurus cernitur; ita enim verbo sonat: » Et quia imperium suae bonitatis (vel bonitati) testificabatur, ejusmodi verbis relatione facta de Nabuchodonosore a Daniele Propheta «; nos itaque certam sententiam posuimus. Hoc suspicamur, ne pro *բարութեան*, *բռնութեան* sit legendum, sc. *tyrannidis* vel *tyrannidi*; dummodo ita res satis aperta esse possit.

3 Habetur hoc etiam fragmentum praeter alia apud ipsum Eusebium in Praep. Evang. loco signato, praemissum ante fragmenta superius allata; ex quibus hoc solum sumpsit Scaliger. p. 49. Hujus fragmenti principium occurrit et apud Chorenensem nostrum Lib. II. cap. 7. qui sincere transcripsit ex ista Arm. versione Chron. Euseb. ita ut codex noster facile possit etiam librarii errores apud Choren. emendare. Ita enim apud eumdem legitur. p. 95. * Իբրեւ արիւգինոս պատմէ՝ այսպէս ասէլով. Մեծագոյն Նաբուկոդոնոսոր ուժգնագոյն էր քան զՀերակղէս ՚ի լիբեացւոց։ Իմբերացւոց (lege continuè և յիմբերացւոց) աշխարհն զօրաժողով լեալ՝ հասանէր (lege հասաներ), և վանեալ վռանիկեալ (lege վկանդեալ) ընդ ձեռամբ նուաճէր, և զնոսան մի ՚ի նոցանէ՝ յառաջակոչ պտուղս ծովս տարեալ բնակեցուցանէր ||. Quem locum sic interpretati sunt Whistonii juxta suam lectionem minime accuratam. » Ut Abydenus scriptum reliquit, ita dicens; Potens ille Nabuchodonosorus Herculem Libycum vi superabat. Exercitu coacto, in Iberorum regionem venit, et profligatam oppressamque in ditionem suam redegit, et partem quandam populi ad dextram maris pontici abduxit collocavitque «. Sed emendatior lectio Chorenensis ea est, quam in Eusebio nostro habemus, qua possunt eruditi lectores et Whistoniorum versionem corrigere.

4 Մեծագոյր id sonat iisdem syllabis, quod Graecis *μεγασθένης*, sc. *magni roboris* vir, sive *potentissimus:* quam vocem Graecam dedita opera usurpavimus in nostra versione, ut tollatur omnis controversia de mente Interpretis nostri, ac de sensu praesentis loci. Controversia, inquam, illa, quae oritur propter sensum vocis praemissae, an scilicet hoc in loco ut adjectivum, an potius ut nomen proprium sit accipiendum *τὸ Μεγασθένης*. Qui legit Arm. textum, accipit absolute adjectivum tamquam Nabuchodonosoro adjunctum, ut reapse intellexit Chorenensis noster, ideoque verbum *ասէ* anticipans deflexit in *ասէլով*; ac de integro incepit, *Մեծագոյն Նաբուկոդոնոսոր ուժգնագոյն էր*, etc. quod simpliciter sonat: *Potentissimus ille Nabucodonossorus robustior Hercule erat*, etc. Sed tamen qui Gr. textum hodiernum in manus sumit, absolute proprium Scriptoris cujusdam nomen intelligit; ita enim ad verbum sonat: *Megasthenes autem dicit Nabucodonossorum robustiorem Hercule factum* etc. Et quidem hanc esse veram hujus loci sententiam nemo inficiari poterit, qui legat similem locum infra a Josepho citandum, ubi vel ipse Interp. Arm. nomen proprium auctoris expressit, *Մեգասթենէս*, *Megasthenes*. Quid ergo? Cur hoc loco, dixeris, non reddit noster *Մեգասթենէս*, sed *Մեծագոր* interpretatus est? Duplex adest ratio, et utraque non parvi quidem momenti. Prima, eaque certissima, est, quod revera legit in Gr. ob unius literae mutationem, accusativum nempe casum, hoc pacto: *Μεγασθένην δή φησι Ναβουκοδροσόρον*, etc. hoc est: *Potentissimum ergo inquit Nabucodrossorum*, etc. Secunda, quae profecto talem lectionem corroborasse videtur, ea est, quod Eusebius in praemissis pollicitus erat Abydeni locum se prolaturum, idque libaverat verbis quasi ex persona Abydeni. Լուր և արիդենեայ. քան զՀերակղէս ասէ և՝ զօրագոյն էր. որ և գրէ etc. » Audi etiam Abidenum: fortior Hercule erat, inquit: qui et scribit, etc «. Ubi tam verba *ասէ և գրէ*, *inquit*, et *scribit*, quàm relativum pronomen *որ*, *qui*, Abydenum solum apertissime indicant, et consequenter sermonem illico citandum Abydeni tantum esse dicta lectori facile persuadent; neque ullo modo ferme indicant novum alterum auctorem citandum esse ab Abydeno nomine Megasthenem. Haec sane Interpretem ab omni accusatione vindicant. Adde quod si etiam concedamus, nostrum interpretem legisse ut nunc habetur in nominativo *Μεγασθένης*, tunc dicendum *τὸ Մեծագոր* insertum pro nomine auctoris, quamvis etymologice explicata significatione, ac si diceret, *Մեծագոր անուանեալ Հերկինէն ասէ*, և այլն; cujus rei exemplum apud alios quoque Interpretes non semel invenies. Interim verò mireris Whistonios Chorenensis Interpretes, qui quamvis Gr. textum citent in adnotationibus, minime tamen respuunt lectionem Armenam *Մեծագոր*, sed magis ratum habentes, simpliciter reddunt, *Potens*; et ita dissimulant omnino Megasthenis nomen. Tandem adverte hic obiter, absurde additum hoc loco ab Scaligero in Gr. textu, post verbum *φησι*, haec, *ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν Ἰνδικῶν*, mutuatus nempe ea a Josepho, qui talem Megasthenis libri notam designat; ut inferius videbis: nec tamen ea Abydenus quoque designaverat, ut patet ex Gr. et Arm. lectione Eusebii, quem se transcribere Scal. putarit.

5 Praetermissa illa interim Abydeni verba extant apud Eusebium in Praep. Evang. loco citato. p. 457. quae ita se habent: *τὴν ὅτε Βῆλος ἐμὸς πρόγονος, ἥ τε Βασίλεια Βῆλτις ἀποτρέψαι, Μοῖρας πεῖσαι ἀσθενοῦσιν. ἥξει Πέρσης ἡμίονος, τοῖσιν ὑμετέροισι δαίμοσι χρεώμενος συμμάχοισιν. ἐπάξει δὲ δουλοσύνην. οὐ δὴ συναίτιος ἔσται Μῆδος, τὸ Ἀσσύριον αὔχημα. ὡς εἴδε μιν, πρόσθεν ἢ δεῦται τοὺς πολίητας, Χάρυβδίν τινα, ἢ θάλασσαν εἰσδεξαμένην, αἴσταισι πρόρριζον. ἢ μιν ἄλλας ὁδοὺς στραφέντα φέρεσθαι διὰ τῆς ἠρήμου, ἵνα οὔτε ἄστεα, οὔτε πάτος ἀνθρώπων, θῆρες δὲ νόμον ἔχουσι, καὶ ὄρνιθες πλάζονται, ἐν τε πέτρῃσι καὶ χαράδρῃσι μοῦνον ἀλώμενον. ἐμέ τε πρὶν εἰς νόον βαλέσθαι ταῦτα, τέλεος ἀμείνονος κυρῆσαι.* (Interp. Viger.) » quam Parcis uti averruncent, nec Belus generis nostri auctor, nec Regina Beltis persuadere unquam potuerunt. Persicus veniet Mulus, qui Daemonum vestrorum usus auxilio, durum cervicibus vestris jugum imponet. Atque hujus cladis auctor etiam Medus quidam erit, quo ante Assyrii

'ի սոյն յարեալ պատմէ։ Ոչեա որպ զնոքումբք ածեալ մատենագիրն ի[ո]սեփ, թէ՝ որ Ամիլմարոդաքոս իւն հրաժանս տայր, յանկարծակի անհետ յաչաց կորնչէր։ Ա.ւ նորին որդի ա միղմարոդաքոս թագաւորէր. զոր իւրն անդէն փեսայն Նիգղիսարիս սպանանէր։ Որոյ մի որդի ինայր 'ի կեանս գաբոսսորակոս. և նմա հասանէր վիճակ բռնութեան օրհասիս մեռանել. զնաբոնիդոքոս 'ի բարձ թագաւորութեանն հաստացանել հրամայէր, որ չէր ինչ նմա ամենևին։ Որում կիւրոս՝ իբրև կալաւ զբաբէղոն, զկրմանից աշխարհին զմարզպա նութիւնն շնորհէր. գարեհ արքայ յաշխարհէն վտարեաց ինչ։ և սոյն ամենայն միաբան է եբրայակիր գրոցն։

Ի դանիէղի պատմութիւնն զնա բուքոդոնոսորայ պատմի, թէ զիւրդ և որդունակ անկաւ 'ի մտաց։ Իսկ ե թէ յուշաց մատենագիրք կամ քաղդէացիք զախտն բարեբէն, և յիշ կալեալ ասեն զմանէն, և ոճ անուանեն զմոլութիւնն՝ որ եմուտ 'ի նա, կամ զդև ինչ՝ որ եկն 'ի վերայ նորա, չէն ինչ զարմանք։ Ա.նզղի այս իսկ և բարք են նոցա՝ զայնպիսի ինչ զամենայն յաճ սահմանել, և աստուածս զդևս անուանել։ Ա.յս ամենայն աբիւդենոս։

Ա.յլ և փղաւիոս յովսեպոս՝ հրեից վիպագրատաւմ մատենագիրն, յառաջնում նախնեաց պատմութեանն՝ միաբան սոցին յիշատակեալ գրէ՝ ձև զայս օրինակ։

autem prosequitur historicus dicens: » Qui cum majestate imperabat, extemplò a visu sublatus evanuit. Atque ejusdem filius Amilmarodocus regnavit; quem statim gener ejus [1] Niglissaris interfecit. Cui unus remansit filius vivus Labossoracus; cui etiam contigit tristi fato occumbere vi illata. Nabonedochum in regni solium evehi jussit [2], ad quem nullo modo pertinebat [3]. Cui Cyrus, Babylone capta, Carmaniae principatum dedit. Darius rex de regione depulit aliquantulum [4] «. Verum, omnia haec cum Hebraicis scriptis optime conveniunt.

In Danielis sanè historiis de Nabuchodonosoro narratur, quomodo, et quo pacto captus mente fuerit: quod si Graecorum historici, aut Chaldaei morbum tegunt, et a Deo eum acceptum commiscuntur; Deumque insaniam, quae in illum intravit, vel Daemonem quemdam, qui in eum venit, nominant, mirandum non est. Etenim hoc quidem illorum mos est, cuncta similia Deo adscribere, Deosque nominare Daemones. Omnia haec Abydenus.

Sed etiam Flavius Josephus Judaeorum scriptor historiographus, in prima de Antiquis historia [5], convenienter hisce memorans conscribit, hoc modo.

τος βιαίῳ μόρῳ, Ναβαννίδοχον ἀποδείκνυσι Βασιλέα, προσήκοντα οἱ οὐδέν. τῷ δὲ Κῦρος, ἑλὼν Βαβυλῶνα, Καρμανίης ἡγεμονίην δωρέεται. . .

magnopere gloriabantur. O utinam ipse, priusquam cives ita meos proderet, aut Charybdi quadam, aut profundo pelago haustus atque absorptus periret, aut alias abreptus, in vias per solitudines erro vagaretur, ubi nullius neque urbis neque hominis vestigium appareat, sed ferae duntaxat libere pascantur, volucresque circumvolent, adeoque solus medios inter scopulos ac voragines jactaretur «. Haec inquam interim Eusebius non usurpavit in ordine hujus Chronici, ut minus apta ad praesentem collectionem chronologicam; at Scaliger falso conjiciens integra ea, quae in Praep. etiam in Chron. fuisse, simpliciter transcripsit in suo Eusebiano centone; quum alia plura, eaque quam necessaria, in chronico retenta, omiserit.

1 Scal. legit ὁ κηδεμών, mendose. Vigerus optime, ὁ κηδεστής.

2 Gr. lectio juxta editionem Vigeri cum Scal. habet in plurali ἀποδείκνῦσι βασιλέα, adeoque vertit Vig. *regem creant*. At noster Interp. habuisse certe videtur in suo apographo in singulari ἀποδείκνυσι, unde reddit egregie 'ի բարձ թագաւորութեանն հաստացանել հրամայէր։ Et quidem ita etiam in antiquiori edit. Praep. quod gratis mutare voluit Vigerus, ut morem Scaligero gereret; ut monet in not. p. 44. ad p. 457. » Legend. ἀποδεικνῦσι βασιλ. non ἀποδείκνυσι, ut in priori editione «. Rationem mutandi subjungit his verbis: » Nec enim (inquiens) Nabannidochum istum creavit Nereglissarus, qui superstes non erat; sed Babyloniis «: quasi vero antecessor Nabannedochi non potuerit ante obitum sibi successorem, regum more, declarare, atque ideo Babyloniis ipsi ad arbitrium suum regem, quem voluerint, elegerint; cum vox Gr. ἀποδείκνῦω apprime sonet *indico, demonstro, declaro*, etc, et consequenter magis ad declarationem antecessoris regis de suo successore eligendo spectet, quam significet *creare* vel *constituere*. Itaque optime rem exposuit Interp. Arm., verbo հրամայէր, quod vix convenit Babyloniis, sed ipsi regi antecessori.

3 Tam Arm. quam Gr. textus incertum praeseferunt sensum, ut possit aeque verti: » qui nulla ratione haereditatem regni habebat «, vel » nulla affinitate sibi proximus erat «, scilicet antecessori suo. Secundum elegit Vigerus, ita enim ille: » nulla cum eo affinitate conjunctum. «

4 Postrema haec de Dario periocha satis obscura, desideratur in Praep. Nulli non notum, Darium ipsum Cyro in Babylone expugnanda comitem fuisse: sed quid hoc in loco de Dario narretur, omnino non patet, anne Nabonedochum ejecit? an aliquid hujusmodi egit? suspicamur aliqua deesse.

5 Nemo censeat hic citari illum Josephi librum vulgò dictum *Antiquitatum Judaicarum*, qui est juxta Gr. Ἰουδαϊκῆς Ἀρχαιολόγιος βίβλιος; sed alterum contra Apionem, qui hoc titulo jam antiquitus gaudet, περὶ Ἀρχαιότητος Ἰουδαίων, sive *de Antiquitate Judaeorum*: consules velim adnotationes Jos. p. 437. c. ubi dicitur eo nomine citari solitum hunc librum tum apud alios scriptores antiquos, tum apud Eusebium ipsum in Praep. Evang. etc. Ex hoc itaque Josephi libro, primo nempe contra Apionem, tria occurrunt lectoribus fragmenta satis digna in praesenti Eusebii Chronico, quorum usu feliciter possunt Josephophili non pauca hujus auctoris dubia loca a Librariis inserta maturo consilio perpendere, ne dicam corrigere. Ideo visum e regione collocari Josephi textum Graecum juxta emendatiorem magis editionem Amstelod. 1726. atque nostra quaedam, quae discrepant, diligenter adnotare. Operae insuper pretium duximus versionem nostram Latinam iis in locis, in quibus ipsa omnino congruit cum veterrima vel novissima Josephi interpretatione, iisdem verbis reddere; aliter, nostram lectionem de more exacte exponere. Unum tantum expedit notare, quod Interp. Arm. videtur in locis Josephi elegantiori stylo translationem Armenam adornasse, quàm in aliis Eusebii dictis: unde noli mirari, si aliquando plura occurrant vocabula adjectiva vel similia ornatus gratia in Arm. quam in Gr. Aliter sentiendum, cum aliquid novum scitu dignum acciderit, quod desideratur in Gr. ut non semel accidisse compertum habuimus.

Ի յովսեպոյ յառաջին նախնեաց պատմեն ընթերցանէ։

Ex Josepho, a prima Antiquorum historia de Nabuchodonosore..

(Fl. Joseph. contra Apionem. L. I.)

Ա՛ռաւելից ասէ այժմիկ զառ՝ի քաղդէացւոց մի ըստ միոջէ զմինչ զբաբելացին և զպատմեալս. յորս կայ բազում միաբանութիւն և առ այլ ևս մեր գիրս։ Ես վկայ այսոցիկ բերոսոս ինն է՝ այր քաղդէացի յայգէ, և երևելի յամենեսին, որք զիրատուռ ի ղիմաստութեամբ գոյին. քանզի և զաստեղագիտութիւնն մատեանս, և որ ինչ՝ ի քաղդէից ձարտարութիւն իմաստութեան պատմէր, նա եհան՝ ի յունաց լեզու։

Նոյն իսկ բերոսոն մատիւբ ըզհետ երթեալ առաջնոցն մատենից՝ վասն ջրհեղեղին և բնաջինջ մարդկան ապականութեան լինելոյ՝ ըզնոյն ձև ըստ մանրիւն պատմութեանն վիպագրեաց. և վասն արկղակերտ տապանին՝ որով նոաքեան նախնին մերոյ ազգիս ապրեցաւ, և երթեալ դադարէ՝ ի գլուխս լերանց Հայաստան աշխարհին։ Ես ապա ի ըստ միոջէ՝ ի նովքայ հանարեալ, և զնոցին ժամանակաւն յաւելեալ, ՝ի նա բուսապաղաբոս՝ ի բաբելոնի և քաղդէացւոց թագաւորն եկեալ հասանէ. և զնորա գիրս և զարթութիւնս պատմեալ, ապա ասէ՝ թէ յոր իրս և յինչ միտս առաքեաց յերկիրն և ի խրտացւոց, և ՝ի մեր աշխարհս զիւրութիւն որդին նաբուխոդրոսորոս յաձախագունդ զօրօք՝ բազմատարած քանակօք։ Վ՚անդի ազգ լինէր նմա, թէ յապստամբութիւն մտաբերեցին բնակիչք աշխարհին, եկեալ հասեալ ամենեցուն շահեալ տիրեր. և զտաճարն երուսաղէմի հրձիգ արա բեալ եղծանէր. և զամենայն զմեր ազգեայ ժողովուրդն խափտեալ՝ ի բաբելացւոց երկիրն բնակեցուցանէր։ Վ՚ախճ և պատահարք հասանէին քաղաքին աւերել, տաճարին եղծա-

» Jam vero ea nunc referam, ait, quae de nobis singulatim a Chaldaeis scripta atque enarrata sunt: quae multam habent concordiam [1] cum aliis quoque libris nostris [2]. Testis autem horum est Berossus, vir genere quidem Chaldaeus, et inter omnes, qui in disciplinam sapientiae incumbunt, illustris [3]: quoniam et libros de Astronomia, et quidquid apud Chaldaeos de sapientiae arte narrabatur, ipse in Graecam linguam transtulit.

Is igitur Berossus, sponte sequutus antiquissima volumina, de diluvio, et penitus hominum corruptione, eadem plane quae Moysis historia, enarravit; et de arcae constructione [4], qua Nochus [5] generis nostri princeps servatus est, illaque in summitatem montium Armeniae delata constitit. Deinde singulos a Nocho recensens, et eorum tempora adjiciens, ad Nabopalsarum usque Babyloniae et Chaldaeorum regem pervenit: resque et praeclara ejus gesta narraus, deinde ait, quare et quo animo in terram Aegyptiorum et nostram regionem misit filium suum Nabucodrossorum multis cum copiis, ac latissimis castris. Etenim compertum habens, incolas regionis ab eo defecisse, superveniens (Nabucodrossorus) omnes sibi conciliavit, dominatusque (in ipsos) est, et templum Hierosolymae incensum diruit, totumque gentis nostrae populum suis sedibus abductum, ut terram Babyloniae habitaret, deportavit. (Unde) evenit, ut civitas deserta remaneret, templumque dirutum [6], septuaginta annorum spatio, usque ad Cyrum primum Persarum regem. Obtinuisse vero (virum) Babylonium, dicit, regio-

Λέξω δὲ νῦν ἤδη τὰ παρὰ Χαλδαίοις ἀναγεγραμμένα καὶ ἱστορούμενα περὶ ἡμῶν, ἅπερ ἔχει πολλὴν ὁμολογίαν καὶ περὶ τῶν ἄλλων τοῖς ἡμετέροις γράμμασι. μάρτυς δὲ τούτων Βηρωσσὸς ἀνὴρ Χαλδαῖος μὲν τὸ γένος, γνώριμος καὶ τοῖς περὶ παιδείαν ἀναστρεφομένοις. ἐπειδὴ περί τε ἀστρονομίας, καὶ περὶ τῶν παρὰ Χαλδαίοις φιλοσοφουμένων αὐτὸς εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐξήνεγκε τὰς συγγραφάς.

Οὗτος τοίνυν ὁ Βηρωσσὸς ταῖς ἀρχαιοτάταις ἐπακολουθῶν ἀναγραφαῖς, περί τε τοῦ γενομένου κατακλυσμοῦ καὶ τῆς ἐν αὐτῷ φθορᾶς τῶν ἀνθρώπων, καθάπερ Μωϋσῆς οὕτως ἱστόρηκε. καὶ περὶ τῆς λάρνακος, ἐν ᾗ Νῶχος ὁ τοῦ γένους ἡμῶν ἀρχηγὸς διεσώθη, προσενεχθείσης αὐτῆς ταῖς ἀκρωρείαις τῶν Ἀρμενίων ὀρῶν. εἶτα τοὺς ἀπὸ Νώχου καταλέγων, καὶ τοὺς χρόνους αὐτοῖς προστιθείς, ἐπὶ Ναβολάσσαρον παραγίνεται, τὸν Βαβυλῶνος καὶ Χαλδαίων βασιλέα, καὶ τὰς τούτου πράξεις ἀφηγούμενος λέγει, τίνα τρόπον πέμψας ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον καὶ ἐπὶ τὴν ἡμετέραν γῆν τὸν υἱὸν τὸν ἑαυτοῦ Ναβουχοδονόσορον μετὰ πολλῆς δυνάμεως, ἐπειδήπερ ἀφεστῶτας αὐτοὺς ἐπύθετο, ... πάντων ἐκράτησε, καὶ τὸν ναὸν ἐνέπρησε τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις, ὅλως τε πάντα τὸν παρ᾽ ἡμῶν λαὸν ἀναστήσας, εἰς Βαβυλῶνα μετώκισεν. συνέβη δὲ καὶ τὴν πόλιν ἐρημωθῆναι χρόνον ἐτῶν ἑβδομήκοντα, μέχρι Κύρου τοῦ Περσῶν βασιλέως. κρατῆσαι δὲ φησὶ τὸν Βαβυλώνιον Αἰγύπτου, Συρίας, Φοινίκης, Ἀραβίας, πάντας δὲ ὑπερβαλλόμενον ταῖς πράξεσι τοὺς πρὸ αὐτοῦ Χαλδαίων καὶ Βαβυλωνίων βεβασιλευκότας (....) αὐτὰ δὲ παρα-

1 *Quae multam habent concordiam*; iisdem verbis rem expresserat et vet. Interp. Jos. Rufinus nimirum vulgò creditus; quam dicendi rationem dedita opera servavimus, utpote quae ad Gr. et Arm. magis accedit; quamvis nova Interpretatio venustius Latino more dixerit, *quae ... in plerisque consentiunt*.

2 Եւ առ այլ ևս մեր գիրս, ad verbum sonat, *et ad alios libros nostros*, vel *cum aliis quoque libris nostris*; qui sensus vel in Gr. hodierno cerni potest, sed naturalis magis videtur alter, *et de aliis rebus cum libris nostris* : aequivocum stat in propositione περί, si ita legerit et Interpres Arm.

3 Γνώριμος καὶ τοῖς etc, cum sit in dativo casu, a Latinis interpretibus Jos. in aliam vertitur sententiam: reddunt enim, *notus iis, qui* etc. vel *iis verò non ignotus qui* etc. Attamen noster Interp. videtur in Eusebio legisse γνώριμος καὶ ἐν τοῖς; quare reddit երեւելի յամենեսին : quo potissimum significatur *insignis, illustris, clarus* ve *inter omnes*, quasi *supra omnes*. Nihilominus si integrum censeas Gr. textum, possumus Arm. quoque in dativo intelligere ; siquidem յամենեսին, habet etiam locum vocis առ ամենեսին. Primam tamen eligimus lectionem; nam γνώριμος usurpatur alibi quoque, saltem ab Eusebio, non pro *notus aliis*, sed pro *clarus* in disciplina, ut videbis in Gr. prooemio Chronici Canonis.

4 Pro τῆς λάρνακος, Arm. habet արկղակերտ տապանին. Porro տապան sonat *arcam*, արկղակերտ verò vox composita, *in capsae formam constructam*. Latini Interpp. nihil agnoscunt praeter *arcam*. Locus Arm. usurpatur etiam a Joanne Catholico Historico, in Praefat. * Հնագանգեալք երեն ՚ի գործս արկղակերտի նոյեան տապանին ||։

5 Arm. diligenter hic observat juxta Gr. Josephi dialectum Νῶχος. Lat. Interpp. habent *Noe*, vel *Noeus*: saltem *Noachum* poterant dicere, ut Latinorum mos est, quo propius accederent ad Josephum.

6 Templi eversio desideratur in hodiernis lectionibus Jos. sicut et nomen *primus* Cyro attributus.

նել՝ եօթանասնամեայ ժամանակ, մինչև ցկիւրոս առաջին պարսից թագաւոր։ Տիրել ասէ բաբելացւոյն եգիպտացւոց աշխարհին և ասորւոց և փիւնիկեցւոց և արաբացւոց, անցեալ զանցեալ զամենեքումբք արուեստիւք և քաջութեամբ, որ նախ քան զնա քաղդէացւոց և բաբելացւոց թագաւորեցին։ Օ՛նոյնս գտա կաւ զերծոսսայն առընթեր կարգեցից՝ պէս զայս օրինակ։

Ա՛զդ եղև հօրն նորա Նաբուպաղասարայ, եթէ շահասէր նախարարաց պէտ՝ որ կարգեալ կայր ի վերայ աշխարհին եգիպտացւոց և կողմանցըն ասորւոց և փիւնիկացւոյն գաւառացն, կապարձան գարձոյց՝ յեսս եկաց յապստամբութիւն։ Իւր զի չէր առակ այնուհետեւ ինքն կռտամբել, դառնարեաց եդ ի ձեռին որպէսզի իւրում Նաբուկոդրոսորայ, որ այնուհետեւ ի չափ իսկ հասակի հասեալ էր, մնան ինչ ի զօրացն։ Եւ առաքեաց երթալ ի վերայ։ Իշրթեալ հասեալ Նաբուկոդրոսորոս՝ խուռմբ գործեալ տայր պատերազմ ընդ ամբստամբին, և յաղթէր։ Եւ զաշխարհն՝ որպէս և էր իսկ ի բնէ, անդրէն ընդ իւրեանց թագաւորութեամբ նուաճէր։ Իսկ հօրն նորա Նաբուպաղասարայ դէպք տային ի նոյն ժամու հիւանդանալ ի բաբելացւոց քաղաքին, և վճարել ըզկեանս, թագաւորեալ ամս. իե։

nes Aegyptiorum, Syrorum, Phoenicum, et Arabum; et super omnes, qui ante eum Chaldaeis et Babyloniis imperarunt, viribus ac praeclaris gestis valde eminuisse [1]. Ipsa vero Berossi verba diligenter investigando [2] proferam, quae ita se habent.

Nunciatum est [3] patri ejus Nabupalsaro [4], Satrapem praefectorum primum, Aegypto et partibus Syriae [5], et Phoeniciae regionibus praepositum, conversis pharetris rebellasse [6]. Et quoniam ipse non aptus erat ad (hostem) puniendum [7], congregavit tradiditque partem aliquam exercitus in manus filii sui Nabucodrossori, qui tunc jam aetate valens erat, et adversus eum misit. Profectus est [8] Nabucodrossorus, et acie instructa cum proditore congressus est, vicitque [9]; et regionem denuo, ut antea jam inde erat [10], in regni sui ditionem redegit. At sub id tempus evenit, ut Nabupalsarus ejus pater morbum contraheret in Babylonis urbe, vitamque finiret, postquam regnasset annis xxi « [11].

Ἀκούσας δ' ὁ πατὴρ αὐτοῦ Ναβολάσσαρος, ὅτι ὁ τεταγμένος σατράπης ἔν τε Αἰγύπτῳ καὶ τοῖς περὶ τὴν Συρίαν τὴν Κοίλην καὶ τὴν Φοινίκην τόποις ἀποστάτης αὐτοῦ γέγονεν, οὐ δυνάμενος αὐτὸς ἔτι κακοπαθεῖν, συστήσας τῷ υἱῷ Ναβουχοδονοσόρῳ ὅτι ἔτι ἐν ἡλικίᾳ μέρη τινα τῆς δυνάμεως, ἐξέπεμψεν ἐπ' αὐτόν. συμμίξας δὲ Ναβουχοδονόσορος τῷ ἀποστάτῃ, καὶ παραταξάμενος, αὐτοῦ τε ἐκυρίευσεν, καὶ τὴν χώραν ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν ἐποίησεν. τῷ δὲ πατρὶ αὐτοῦ συνέβη Ναβολασσάρῳ, κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ἀῤῥωστήσαντι, ἐν τῇ Βαβυλωνίων πόλει μεταλλάξαι τὸν βίον, ἔτη βεβασιλευκότι εἴκοσιν ἐννέα.

1 Interea amplius haec habentur apud Jos. εἶθ' ἑξῆς ὑποκαταβὰς ὀλίγων ὁ Βηρωσσός, πάλιν παρατίθεται ἐν τῇ τῆς ἀρχαιότητος ἱστοριογραφίᾳ. i. e. » Deinde inferius paulo haec iterum refert Berosus in Antiquitatis historiographia «. Quae ultro praetermisit Eusebius noster, nisi dixeris a Codice nostro intercidisse.

2 Vox, quae respondeat Armenae illae գտակաւ., nulla occurrit in lectione Jos. nam παραδήσομαι satis exprimitur iis, առընթեր կարգեցից.

3 Sequentia iterum adducit Josephus ipse etiam Antiq. Jud. L. x. c. 11. pag. 536. etc. verum ibi depravatam magna ex parte comperies lectionem aut variatam; placeat studiosis consulere variantes illic adnotationibus insertas. Citat haec ex parte Syncellus quoque. p. 176. ut etiam Scaliger quaedam excerpsit p. 48.

4 Interp. Arm. vel in Gr. legit Ναβουπάλσαρος, vel Armeniorum more decurtavit integrum nomen illud Ναβουπολάσσαρος. Certe apud Josephum hoc in loco decurtatum, ut putatur, mendose legimus Ναβολάσσαρος. At omnes eruditi volunt legi Ναβουπολάσσαρος: quae lectio praefertur in adnotat. Antiq. Jos. p. 537. his verbis: » Hic loci, et alibi, quoties patris Nabuchodonosori mentio fit, Ναβουπολάσσαρος rescribendum censet J. Scaliger, prout apud Eusebium de Praep. Evang. L. 9. c. 40. Ptolemaeum in Canone regnorum, et Syncellum in Chronogr. p. 220. Apud Josephum lib. 1. contra Apionem Ναβουλάσσαρος decurtate legitur, procul dubio pro Ναβουπολάσσαρος «; qua quidem conjectura fidenter hic Lib. 1. contra Ap. Latinus Interp. reddidit Nabopolassarus, hacce nota subjuncta. » Ναβολάσσαρος, potius Ναβοπολάσσαρος «: nos codicem nostrum fideliter exprimere satis duximus.

5 կողմանք ասորւոց, Coelesyriae dictae regionis, quae sane Syriae pars est, locum interim habet. Gr. lectio Jos. cont. Ap. τὴν Συρίαν τὴν Κοίλην, vel, ut in Antiq. τὴν Κοίλην Συρίαν, a Lat. Interpretibus exprimitur *Coele-Syria*. Noster tamen voluit magis significationem vocis declarare, nunc կողմանք ասորւոց, *pars* vel *regio aliqua Syriae*, nunc խոր ասորիք, *Syria profunda*, reddens: κοῖλος enim *concavum*, sive loci partem *subsidentem* designat, ut oppositum τῷ ὑψηλῷ. Eo sensu 1. Machab. x. 69. ut etiam 11. Machab. III. 5. et 8. IV. 4. VIII. 8. pro Coelesyria Arm. versio habet ասորիք ասորիք, *Syria inferior*, ubi Gr. habet κοίλη Συρία: at in III. Esdr. II. 17. 24. 27. IV. 48. et VI. 29. quibus in locis nunc Κοιλοσυρία, nunc κοίλη Συρία (quod idem est) Gr. textus habet, Arm. versio կողմանք ասորւոց, *partes Syriae* utique restituit, haud secus ac interpres noster hoc in loco. Est autem locus ille ea *pars Syriae*, quae non longe ab Aegypto, et Arabia distat.

6 Venuste ac eleganter dicitur in Arm. pro ἀποστάτης γέγονεν (i. e. *rebellavit*, vel *desertor factus est*) per periphrasim, կապարձան գարձ դոյց, յեսս եկաց յապստամբութիւն; quod fere ad verbum transfudimus in Lat. quamvis non nescii eramus, vix Romanorum auribus id consonum futurum.

7 կշտամբել, *reprehendere*, *castigare*; hic autem significat punire hostes, unde patet nostrum Interp. vel aliter legisse in Gr. vel τὸ κακοπαθεῖν, in activo accepisse, ubi Lat. Interpp. in passivo rem concipientes, sic expresserunt, » non valeret jam ipse labores ferre «, vel » ferendis laboribus impar «: ut nil dicam de Goaro in suo Syncello hanc sententiam exponente: » mala istiusmodi non ferenda ratus «. Si posset legi in Arm. վշտամբերել, res acta fuisset.

8 Deinceps pars aliqua citatur ab ipso Eusebio etiam Praep. Evang. IX. 40. p. 455.

9 Pro յաղթէր, *vincebat*, *superabat*, Jos. hic fert ἐκυρίευσεν, *dominatus est*, *potitus est*; in Antiq. verò ἐκράτησε, *obtinuit*, vel *fortior evasit*, utrumque ad sensum lectionis nostrae accommodatum. Quorum unum Euseb. in Praep. praefert, legens ἐκυρίευσε, alterum Sync. κρατεῖ

10 Lat. Interp. Jos. interim dissimulavit significatum vocis ἐξ ἀρχῆς, ac in Antiq. ubi habetur ἐκ ταύτης τῆς ἀρχῆς, minus recte reddidit *ab hoc initio*; melius itaque in adnotationibus: » Denuo ut ab initio fuerat «, quod a nobis verbo redditur. Eusebius in Praep. habet ἐξαῦθις, vel ἐξαυτῆς, id est, *rursus*, *denuo*, quod quidem legitur apud nos անդրէն; unde liquet a Josephi textu excidisse τὸ ἐξαῦθις, et a Praep. Eus. ἐξ ἀρχῆς, quorum utrumque retinendum.

11 Ita quoque in Praep. Evang. Eusebius noster annos legit κα'. idem habet lectio Jos. in Antiq. εἴκοσι ἕν, sc. *viginti unum*. Solus ergo praesens Josephi locus discrepat, habens εἴκοσιν ἐννέα, *viginti novem*, quod plurimis tuetur Scaliger in calc. Emend. temp. p. 10. dicens; » ἔτη βεβασιλευκότι εἴκοσι ἐννέα. Recte, non ut in x. Originum Judaicarum,

Ոգաստ լինիլը յետ բազում ժամանակաց Նաբուկոդրոսորայ զՀօրն վախճանիլ. կարգիլը յարդարիլը զիրս երկրին եգիպտացւոց և զայլոցն աշխարհաց, և զգերին հրէից և զիին նիկեւացւոց և զասորւոց և զեգիպտացւոց ազգացն, հրամայն տալը ոմանց ի բարեկամացն Հարստաբուռն զօրօք և զայլ ևս զառ և զհաւ և ըզկազմած խաղացուցանել ի բաբելոն։ Իրթեալ հասեալ դամանէր նուաճեալ զիրս ամենայն ի քաղդէացւոց, և պահելոյ նմա զնպատակ օրուելիւն՝ ուրուքն աշխուականի ի նոցանէ։ Տիրէր բոլմնգակ հայրենի իշխանութեան. և զգերւոյն հրամայն տալը՝ յաղիւս տեղիս բաբելացւոց աշխարհին բնակիլ ցուցանել։ Նա ինքն յառէ և յաւարէ պատերազմին՝ զմեհեանն բերալ և զայլն ամենայն առաւելութեամբ զարդարէր։ և ի քուն քաղաքն և այլ ևս արտաքուստ ի ներքս յաւել քաղաք. և սնդէր զառեղեան, զի մի և լինիլ ի հնար պաշարողաց՝ զդեան ի քաղաքն դարձուցանել։ Նա յաւելոյր երիս պարիսպս ներքնոյ քաղաքին, և երիս արտաքնոյն. և զկէս պարսպացն ի նիւթոյն աղիւսոյ և ի նաւթէ շինէր, և զկեան ի լոկ աղիւսոյ. և պատէր աղնիւագոյնս ըզքաղաքն պարսպօք, և զդրունսն զարդարէր զկուշտս։ Նա այլ արքունի հիս մեռ ի Հայրենի արքունիսն շինեալ յաւելոյր. զորոց զչափ և զդ-

» Quum verò audivisset Nabucodrossorus post multum temporis [1] patris obitum, rebus in terra Aegyptiorum aliarumque regionum ordinatis et compositis, atque Judaeis et Phoenicibus ac Syris, et gentibus in Aegypto captivis, quibusdam amicorum commendatis, ut eos cum gravis armaturae copiis, nec non praedam et supellectilem apparatumque Babylonem deportarent; ipse iter faciens, pervenit (Babylonem) [2], reperitque cuncta a Chaldaeis administrata [3], regnumque sibi a quodam eorum (viro) nobili adservatum. Potitur totius paterni imperii, captivos autem in Babyloniae locis maxime opportunis collocare jussit. Et ipse de belli manubiis Beli templum aliaque largiter [4] ornavit; atque in ipsam, quae jam erat [5], urbem aquas foris vagantes introduxit [6]; munivitque quaedam loca, ne in posterum possent obsessores fluvium contra urbem convertere. Ternos quoque internae, ternosque externae urbi muros addidit; partim quidem e cocto [7] latere et bitumine, partimque e latere tantum construxit: eximie itaque urbem moenibus circumdedit, portasque heroico modo [8] ornavit. Aliamque regiam paternae regiae contiguam aedificans addidit; cujus mensuram et pulcritudinem, diversique generis magnificentiam vix enarrare quis possit. Sed tantum (dici

Αἰσθόμενος δὲ μετ' οὐ πολὺ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν Ναβουχοδονόσορος, καταστήσας τὰ κατὰ τὴν Αἴγυπτον πράγματα καὶ τὴν λοιπὴν χώραν, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους Ἰουδαίων τε καὶ Φοινίκων καὶ Σύρων καὶ τῶν κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἐθνῶν συντάξας τισὶ τῶν φίλων, μετὰ βαρυτάτης δυνάμεως καὶ τῆς λοιπῆς ὠφελείας ἀνακομίζειν εἰς τὴν Βαβυλωνίαν, (αὐτὸς ὁρμήσας ὀλιγοστὸς παρεγένετο διὰ τῆς ἐρήμου εἰς Βαβυλῶνα). καταλαβὼν δὲ τὰ πράγματα διοικούμενα ὑπὸ Χαλδαίων, καὶ διατηρουμένην τὴν βασιλείαν ὑπὸ τοῦ βελτίστου αὐτῶν, κυριεύσας ἐξ ὁλοκλήρου τῆς πατρικῆς ἀρχῆς, τοῖς μὲν αἰχμαλώτοις παραγενόμενος συνέταξεν αὐτοῖς ἀποικίαν ἐν τοῖς ἐπιτηδειοτάτοις τῆς Βαβυλωνίας τόποις ἀποδεῖξαι. Αὐτὸς δὲ ἀπὸ τῶν ἐκ τοῦ πολέμου λαφύρων τό, τε Βήλου ἱερὸν, καὶ τὰ λοιπὰ κοσμήσας φιλοτίμως, τήν τε ὑπάρχουσαν ἐξ ἀρχῆς πόλιν, καὶ ἑτέραν ἔξωθεν προσχαρισάμενος καὶ ἀνακαινίσας, πρὸς τὸ μηκέτι δύνασθαι τοὺς πολιορκοῦντας τὸν ποταμὸν ἀναστρέφοντας ἐπὶ τὴν πόλιν κατασκευάζειν, ὑπερεβάλετο τρεῖς μὲν τῆς ἔνδον πόλεως περιβόλους, τρεῖς δὲ τῆς ἔξω τούτων, τοὺς μὲν ἐξ ὀπτῆς πλίνθου καὶ ἀσφάλτου, τοὺς δὲ ἐξ αὐτῆς τῆς πλίνθου. καὶ τειχίσας ἀξιολόγως τὴν πόλιν, καὶ τοὺς πυλῶνας κοσμήσας ἱεροπρεπῶς, προσκατεσκεύασεν τοῖς πατρικοῖς βασιλείοις ἕτε-

εἰκοσι ἓν, qui error non solum agnoscitur a Ruffino auctore futilissimo, sed etiam ab Eusebio (quo intelligit lib. Praep. nec enim Chron. viderat): sed facilis fuit lapsus ἓν pro ἑννέα, (quamvis et ex adverso poterat dici, sed subdit). Quod si ἑννέα scriptum non fuisset, tamen ex Ezekiele non obscure colligi potuisset. Ait enim sibi oblatam visionem anno tricesimo, qui annus tricesimus in Chaldaea non potest esse, nisi regis Chaldaei. Regnabat igitur cum Nabuchodonosoro, et proinde erat pater, non alius ». Vide et quae ibi prosequitur Scaliger, et solerter perpende an tantum ponderis habeat ejusdem argumentum contra tot codicum auctoritatem; convinceret utique Scripturae auctoritas, si conjectura Scaligeri de mente Ezekielis certa esset.

1 Nescio an in apographo suo Interp. noster habuerit affirmative μετὰ πολύ, sive μετὰ πολὺν χρόνον, vel librarii nostri vitio exciderit negans articulus ոչ; cum in Gr. habeatur hic μετ' οὐ πολύ, *post non multum*, haud secus ac in Antiq. cum Praep. Evang. μετ' οὐ πολὺν χρόνον, *post non multum temporis*: quod Armenice dixerim, յետ ոչ բազում ժամանակաց։

2 Iterum dubitatur, an Gr. lectio Eusebii nostri decurtata fuerit, vel Arm. librarius omiserit ea quae in Josepho inclusimus parenthesis nota, αὐτὸς ὁρμήσας ὀλιγοστὸς παρεγένετο διὰ τῆς ἐρήμου εἰς Βαβυλῶνα, *ipse cum paucis itinere per desertum facto Babylonem se conferebat*. Ratio dubitandi est, quod etiam in Praep. Evang. Eusebii desunt quaedam; nec enim ea μετὰ βαρυτάτης etc, habentur, quae et noster codex et Josephus habent; neque in sequentibus aliud legitur praeter quam εἰς τὴν Βαβυλωνίαν παρεγένετο.

3 Նուաճեալ, ad verbum, *subjugata*, *sub ditione redacta*, potest aliquomodo sumi pro *moderata*, vel *disposita*, respectu Gr. διοικούμενα: si tamen ita legerit Interp. noster. Interim verò nota obiter, quod per Chaldaeos Scaliger vult in Emend. temp. intelligi hic non gentem, sed potius sapientes ac Philosophos Babyloniae; quod si persuasum fuisset interpreti nostro, apponeret certe ի քաղդեայց, կամ ի քաղդէից: quia tamen reposuit ի քաղդէացւոց, ipsam gentem designavit, vel potius optimates nationis; et quidem non Philosophorum, sed optimatum erat regni curam gerere.

4 Gr. φιλοτίμως, aequivocum est, haud secus ac vox Arm. պատուականաբար; utrumque enim sonat tum *honorifice*, *liberaliter*, tum *ambitiose*, *honoris cupiditate*. Primum egregie exposuit Interpres noster, reponens առատաձեռն, i. e. *largiter*, *liberaliter*, *copiose*, *laute*; idem fecit et Lat. Interp. Jos. reddens, *largiter*. Goar secundum sensum amplexus est in Syncello suo, vertit enim, *nominis ac famae studiosus*, quod tamen non ad rem facit.

5 Բուն քաղաք, quamvis potest designare *propriam civitatem*, sed tamen eleganter *antiquam* denotat, vel *eam*, *quae jaminde fuerit urbs patria*, unde et Gr. habet ἐξ ἀρχῆς, *a principio*, *antiquitus*; pro quo non semel Interp. noster commode usurpat, ի բնէ, vel բուն։

6 Յաւել ջուրք, *aquas duxit* vel *addidit*, cujus nullum interim cernitur in Gr. vestigium; neque id mirum, cum hodierna lectio Gr. corrupta incertum omnino praeferat sensum tam in Antiq. quam in lib. contra Ap. ita ut Scal. dixerit in Emend. temp. » Utrobique corruptus locus «: qui etiam subjungit ibi, » Vetustissimum est mendum, ut omnia alia, quae apud Josephum «: atque adeo Lat. Interpp. Jos. diversis phrasibus rem peragi voluerunt. » Et veteri urbi alteram extrinsecus adjecit «; ait Interp. vet. Novus autem, « Urbemque *Babylonis*, quae jam erat, *nova* etiam altera addita, instauraverat «; idque permiscendo cum sequenti periocha, quod taedet nos minute inquirere. Consulent lectores variantes lectiones et adnot. Antiq. pag. 537.

7 Vox inaudita նիւթաւն, quamvis per etymologiam exprimi a nobis posset, *solidae materiae*, vel quid simile, sed placuit imitari conjecturam librarii reponentis in marg. ex alio loco, թրծաւն, sc. *coctus*, *assatus*; nec aliter significat et Gr. ὀπτός, ut patet.

8 Դիւցազնաւն, satis commode declarat utramque vocem Graecam ἡρωπρεπῶς, ac ἱεροπρεπῶς, ad verbum, դիւցազնական կերպիւ, արքական կերպիւ: ubi Lat. Interp. novus *magnificè* dixit ad sensum; vetus autem aliter sensit, vertens *portas*, *quae vel templum decerant*. Goar medium tenet, et reddit, *sacro decentique more*. Causa diversae conjecturae, ut patet, fuit familiaritas vocum varie sonantium, ἥρως, *heros*, ἱερός, *sacer*, ἱερὸν, *templum*.

potest) quod cum adeò artificiosum mirumque ac praecellens opus esset, intra dies quindecim omnino perfectum est. Et in regia turres lapideas cum statuis [1] exstruxit excelsas, et frontes in supero limine [2] ad similitudinem montium componebat: plantavit insuper diversi generis arbores, et fecit elaboravitque paradisum Pensilem nuncupatum, eò quod uxor ejus montosi ac jucundi [3] situs desiderio teneretur; ut pote (quae) in Medorum regione jucundè educata fuerat. Omnia haec de rege praedicto ita retulit [4], atque etiam plurima in tertio rerum Chaldaicarum libro; in quo reprehendit historicos Graecos, ut pote qui frustra arbitrati sunt a Semiramide Assyria Babylonem aedificatam, falsoque scripserunt mirifica opera ab ipsa fuisse elaborata «.

» Haec autem Chaldaeorum historia fide digna habenda est: praesertim quod etiam in tabulariis Phoenicum (haec) quae congruunt cum verbis Berosi, scripta sunt de rege Babyloniorum; quod Syriam, universam (que) Phoeniciam ille devicit. His sane adstipulatur et Philostrati historia, ubi de Tyri obsidione meminit; et Megasthenes [5] in quarto volumine rerum Indicarum; ubi ostendere contendit praedictum Babyloniorum regem fortitudine ac praeclaris factis Herculem praestitisse; adeo ut magnam Libyae et Iberiae [6] partem, dicat, evertisse. Item (quidquid) de Hierosolymitano templo, de quo antea diximus, quod concrematum fuerit a Babyloniorum exercitu irruente, et coeptum rursus aedificari, cum Cyrus Asiae regnum accepisset; hoc etiam ex Berosi commentariis apertissime demon-

Καὶ κατὰ ταῦτα τὴν μὲν τῶν Χαλδαίων γραφὴν ἀξιόπιστον ἡγητέον· οὐ μὴν, ἀλλὰ κἀν τοῖς ἀρχείοις τῶν Φοινίκων σύμφωνα τοῖς ὑπὸ Βηρωσσοῦ λεγομένοις ἀναγέγραπται, περὶ τοῦ τῶν Βαβυλωνίων βασιλέως, ὅτι καὶ τὴν Συρίαν καὶ τὴν Φοινίκην ἅπασαν ἐκεῖνος κατεστρέψατο. Περὶ τούτων γοῦν συμφωνεῖ καὶ Φιλόστρατος ἐν ταῖς ἱστορίαις, μεμνημένος τῆς Τύρου πολιορκίας. καὶ Μεγασθένης ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν Ἰνδικῶν, δι' ἧς ἀποφαίνειν πειρᾶται τὸν προειρημένον βασιλέα τῶν Βαβυλωνίων, Ηρακλέους ἀνδρείᾳ καὶ μεγέθει πράξεων διενηνοχέναι. καταστρέψασθαι γὰρ αὐτόν φησι καὶ Λιβύης τὴν πολλὴν καὶ Ἰβηρίαν. Τὰ δὲ περὶ τοῦ ναοῦ προειρημένα τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις, ὅτι κατεπρήσθη μὲν ὑπὸ τῶν Βαβυλωνίων ἐπιστρατευσάντων, ἤρξατο δὲ πάλιν ἀνοικοδομεῖσθαι, Κύρου τῆς Ασίας βασιλείαν παρειληφότος,

1 Աշտարձան, quod sonat *statuam pro mortuis erectam*, vel *monumentum, cippum in monumentis erectum*, accipitur plerumque pro qualibet *edita structura*, ut apud Gr. *ἀναλήμματα*, quod quidem alii *pilas*, alii *ambulacra*, nonnulli vero *moles* interpretantur; sed tamen cum աշտարակաքարկուԹս. (sive աշտարակաքարկոՀոցս) videtur Interp. noster collocasse pro *ἀναλήμματα*, nescio an aliquid amplius legerit in Gr. quod voluit exprimi per Հանգերձ մանդանաք. Scaliger lectores ad Curtium mittit haec omnia interpretantem.

2 Կոպակ. est Graecis *ἔνθεσμος*, *compagines* vel *superliminaria*; quia tamen desideratur in Gr. fortassis ejus locum supplebit vox *ἀποδούς*; quae etsi videatur esse expressa per verbum յարդարէր, sicut particîpium verbi *ἀποδίδωμι*, id est *reddo, praesto, refero*, unde et alii *τὴν ὄψιν ἀποδοὺς* interpretati sunt *ut speciem referrent*, vel *quibus speciem dedit*, nihilosecius poterit accipi etiam sicut nomen *ἀποδος*, pro *ἀφοδος*, et significare discessum vel digressum, limina vel superliminaria: sicut etiam *εἴσοδος* eo sensu sumitur, eo quod per portas ac limina sit frequens ingressus et digressus.

3 Τὸ հովասուն, quod bis occurrit in eadem periocha, *jucundum* ad sensum expressimus, id est, amoenissimum: ne cogeremur ad verbum dicere *umbraculis delectatum*, vel *umbrosum*, vel *ventosum*; melius fortasse *serenum*.

4 Pro *οὗτος ἱστόρησε*, lege juxta Arm. *οὕτως ἱστόρησε*, vel *ἱστόρηκεν*, ut habetur etiam apud Jos. juxta Ms. Big. At Latinus Interp. cum observarit pronomen *οὗτος*, sc. *iste, hic*, ut rem explicaret, necesse habuit addere etiam nomen *Berosus*.

5 De Megasthene scriptore jam supra satis dictum fuit.

6 Constans lectio alibi fuit իբերացւոց. qua et praesens գԻբերացւոց corrigenda, et legenda իբերացւոց, vel saltem գԻբերացւոց, ut et Gr. fert Ἰβηρίαν, Iberiam: quo nomine Hispania antiqua vocabatur; uti etiam Africa, Libya vulgo dicebatur.

մարեալոց . և սկիզբն լինէր շինելոյ միւսանգամ , յորժամ կիւրոս անզասիացւոց Թագաւորութիւնն . և այս ՚ի բերոսոսեայ մատենագրութեանցն Հաւաստեաւ ցուցցի . քանզի ասէ յերրորդումն այսպէս .

Նաբուկոդրոսորոս յետ սկիզբն առնելոյ յաւաջագոյն ասացեալոյ պատրսպին շինելոյ՝ անկեալ յախտ հիւանդութեան՝ ՚ի կենաց վճարէր , Թագաւորեալ ամս . խդ : Նոյն Թագաւորութեանն տիրէր նորին որդի եւիլմարուդոքոս . և նորա գաեալ ղեղծ և անօրէն յիւր Թագաւորութեանն , նենգ գործեալ նմա յիւրմէ փեսային ՚ի քեռն առնել ՚ի նեբրիգոսարայ՝ մեռանէր , Թագաւորեալ ամս . ք : Նոյն յետ նորա սպասնանելոյ առեալ զիշխանութիւնն ՚ի նեբրիգոսարայ՝ որ զնենգն գործեաց նմա , Թագաւորեալ ամս . ի . և նորին որդի զարէսորաքոս տիրեաց Թագաւորութեանն՝ մանուկ աւուրբք , ամիսս . ը : Նոյն նենգեալ վասն բազում չարաբարոյս ցուցանելոյ՝ անդամոին յիւրոց բարեկամաց կոչիչեալ մեռանէր : Նոյն ՚ի նորա սատակել՝ ժողովէին նորին նենգագործքն . և հաւասարակ զԹագաւորութիւնն նա բռնեդայ ունէին բաբելացւոց տոյնն , որ էր անդասին ՚ի նոյն խաղմագործ նենգութենէն :

Ո՚ր նոսին շուրջ զգետովն պատրիսպքն բաբելոնի ՚ի Թրծունն աղիւսոյ , և ՚ի նաւթոյ կազմեցան : Նոյն ՚ի ԺՀ . երորդումն ամի Թագաւորութեան նորա խաղացեալ կիւրոս ՚ի պարսկաստանէ զօրաք բազմաք՝ վանեաց զամենայն զայլ Թագաւորութիւնս . դիմեաց ՚ի վերայ բաբելոնի : Ո՚զգ. եղև նաբոդենայ (Նաբոնիդոյ) զնորա արշաւելոյ . ՚ի դիմի Հարկանէր նորա զօրաք՝ տալ պատերազմ : Ո՚ատ նեալ ՚ի պարտութիւն ՚ի հռուին՝ ՚ի փախուստ դառնայր . և սակաւաւոր մնեալ ամրանայր ՚ի բորսիպենացւոց քաղաքին :

Կիւրոս առեալ զբաբէղոն՝ հրամայեաց տալ զարտաքին պարիսպ քաղաքին ՚ի հիմանց տապալել՝ վասն առ բութեանն , և դժուարին առ առնուլ երևելոյ քաղաքին : Նոյն ինքն

strabitur. Sic enim in (libro) tertio ait « .

» Nabucodrosorus posteaquam coepisset praedictum murum exstruere, morbo implicitus, e vita excessit, cum regnasset annos XLIII. Regni vero potitus est filius ejus Evilumarudochus [1]: et hic cum summa rerum petulanter ac nefarie [2] abuteretur, Neriglasari generi sui, sororis viri insidiis oppressus est, anno regni secundo. Hujus autem post necem, Neriglasarus [3], qui ei insidias fecerat, imperium suscepit, et annos regnavit IV. Dehinc hujus filius Labesorachus [4] puerili aetate regno potitus est menses IX: quod vero multam indolis pravitatem prae se ferret, a suis sane amicis per cruciatum insidiis interfectus est. Eo autem peremto, convenerunt qui ei insidias paraverant, et omnium consensu regnum detulerunt ad Nabonnedum [5] quendam Babylonium, qui et ipse in eadem subdola conspiratione fuerat « .

» Sub eo Babylonis moenia quae flumen adjacebant, e cocto latere et bitumine constructa sunt. At, anno regni ejus XVII. Cyrus ex Perside cum ingenti profectus exercitu, devicit omnia alia regna [6]; in ipsam quoque Babylonem impetum fecit. De cujus adventu cum nuntiatum esset Nabonnedo [7], obviam venit cum exercitu, bellum facturus; victus tamen praelio, in fugam se conjecit, et cum paucis se in Borsipenarum urbe clausit « .

» Cyrus autem Babylone capta, jubet exteriorem murum urbis funditus dirui; eo quod nimis munita, expugnatuque difficilis urbs videbatur. Et ipse rediens proficiscitur Borsipum,

ἐκ τῶν Βιρωσσοῦ σαφῶς ἐπιδειχθήσεται παρατεθέντων. λέγει γὰρ οὕτω διὰ τῆς τρίτης.

Ναβουχοδονόσορος μὲν οὖν μετὰ τὸ ἄρξασθαι τοῦ προειρημένου τείχους, ἐμπεσὼν εἰς ἀῤῥωστίαν, μετηλλάξατο τὸν βίον, βεβασιλευκὼς ἔτη τεσσαρακοντατρία. Τῆς δὲ βασιλείας κύριος ἐγένετο ὁ υἱὸς αὐτοῦ Εὐειλμαράδουχος. οὗτος προστὰς τῶν πραγμάτων ἀνόμως καὶ ἀσελγῶς, ἐπιβουλευθεὶς ὑπὸ τοῦ τὴν ἀδελφὴν ἔχοντος αὐτοῦ Νηριγλισσόρου ἀνῃρέθη, βασιλεύσας ἔτη δύο. μετὰ δὲ τὸ ἀναιρεθῆναι τοῦτον, διαδεξάμενος τὴν ἀρχὴν ὁ ἐπιβουλεύσας αὐτῷ Νηριγλισσόρος, ἐβασίλευσεν ἔτη τέσσαρα. τούτου υἱὸς Λαβοροσοάρχοδος ἐκυρίευσε μὲν τῆς βασιλείας παῖς ὢν μῆνας ἐννέα. ἐπιβουλευθεὶς δὲ, διὰ τὸ πολλὰ ἐμφαίνειν κακοήθη, ὑπὸ τῶν φίλων ἀπετυμπανίσθη. ἀπολωμένου δὲ τούτου, συνελθόντες οἱ ἐπιβουλεύσαντες αὐτῷ, κοινῇ τὴν βασιλείαν περιέθηκαν Ναβοννήδῳ τινὶ τῶν ἐκ Βαβυλῶνος, ὄντι ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπισυστάσεως.

Ἐπὶ τούτου τὰ περὶ τὸν ποταμὸν τείχη τῆς Βαβυλωνίων πόλεως, ἐξ ὀπτῆς πλίνθου καὶ ἀσφάλτου κατεκοσμήθη. οὔσης δὲ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἐν τῷ ἑπταικαιδεκάτῳ ἔτει, προεξελιλυθὼς Κῦρος ἐκ τῆς Περσίδος μετὰ δυνάμεως πολλῆς, καὶ καταστρεψάμενος τὴν λοιπὴν Ἀσίαν πᾶσαν, ὥρμησεν ἐπὶ τῆς Βαβυλωνίας. αἰσθόμενος δὲ Ναβόννηδος τὴν ἔφοδον αὐτοῦ, ἀπαντήσας μετὰ τῆς δυνάμεως καὶ παραταξάμενος, ἡττηθεὶς τῇ μάχῃ, καὶ φυγὼν ὀλιγοστὸς, συνεκλείσθη εἰς τὴν Βορσιππηνῶν πόλιν.

Κῦρος δὲ Βαβυλῶνα καταλαβόμενος, καὶ συντάξας τὰ ἔξω τῆς πόλεως τεῖχη κατασκάψαι, διὰ τὸ λίαν αὐτῷ πραγματικὴν καὶ δυσάλωτον φανῆναι τὴν πόλιν, ἀνέζευξεν ἐπὶ Βόρσιππον,

1 Josephus interim habet, Εὐειλμαράδουχος. Eusebius ipse in Praep. Evang. Εὐειλμαλούρουχος ; medium tenet lectio Arm. Εὐειλουμαρούδοχος, quod mallem legi absque ռ. u, anteriore.

2 Ձկիժ և անօրէն, etsi adjective in Arm. expressa, apprime concordant Graecis illis adverbiis, *ἀσελγῶς καὶ ἀνόμως*, quamvis in Gr. textu inverso ordine legantur *ἀνόμως καὶ ἀσελγῶς*.

3 Jos. hic olim habuit Νηριγλισσοροόρος, nunc cum Scal. Νηριγλισσόρος; in Antiq. Νιγλίσαρος. Euseb. in Praep. Νηριγλισάρος: nostra lectio Νηριγλασάρος, sicut et Sync. Νιριγλησάρος.

4 Jos. Λαβοροσοάρχοδος, vel Λαβοροσάρσαχος. Euseb. in Praep. Χαβασσοαράχος. lectio Arm. Λαβεσοράχος.

5 Hunc Baltasarem apud Danielem fuisse affirmat Josephus Antiq. X. II. p. 539. Syncellus verò Neriglisarum eumdem fecit cum Baltasare. Confer dicta a nobis p. 60.

6 Eadem fere fuit hic lectio Eusebii nostri, quae cernitur in Praep. Evang. *βασιλείαν ἅπασαν*, *regnum universum*, vel *cuncta regna*. At Josephus interim fert *Ἀσίαν πᾶσαν*, *Asiam totam*, quod tamquam medium ducens novus ejus Interp. Lat. Eusebio magis adhaesit ac reddidit » reliquum ejus imperium populatus « : quamvis a Josepho ac Eusebio deflexisse hanc phrasin dicere quis poterat.

7 Arm. codex correctius supra ferebat nomen Nabonnedi, deinceps verò inversa literarum dispositione *Nabodenus* praefert, quod ut certum librarii mendum noluimus retinere in Lat.

Nabonnedum obsessurus. Nabonnedus autem cum non posset ferre obsidionem, sed sese ipsi ante [1] dedidisset, Cyrus perhumaniter (eum) habuit, deditque, quam incoleret, Carmaniae regionem; de Babylonia abduxit, eoque (illum) misit. Nabonnedus vero reliquum temporis in illa regione exegit, deque vita migravit «.

» Haec omnia eamdem, quam nostri libri, veritatem referunt [2], quod nimirum Nabuchodonosorus anno regni sui decimo octavo templum nostrum diruit, et permansit solo aequatum quinquaginta annos. Cyri autem regni anno secundo cum jecissent fundamenta templi, sexto [3] anno regni Darii absolutum est «.

» His adjiciam etiam Phoenicum historiographos; possunt enim multum probationis afferre. Est autem hujusmodi temporum dinumeratio. Sub Ethobalo Sacerdote [4] Nabuchodonosorus Tyrum obsedit per annos XIII. Post hunc regnavit Balla [5] annos X. Post hunc Judices constituti sunt, judicaruntque: Ednibalus Baseci, menses II. et Chelbes Abdaei, menses X. Abalus summus sacerdos, menses III. Sipunostus, et Gerastartes. Abdelima, [6] quum judicis fungebatur munere, regnavit annos VI. Balatorus filius ejus regnavit unum annum. Quo mortuo, miserunt atque Merbalum ex Babylone vocarunt; regnavitque annos quatuor. Eo etiam defuncto, vocarunt fratrem ejus Hiromum; qui annos regnavit XX. Hujus tempore Cyrus apud Persas praevaluit «.

» Si vero ita se res habet, omne ergo tempus est annorum LIV. et trium mensium, secundum eorum supputationem [7]. Septimo siquidem anno regni (sui) Nabuchodonosorus coepit obsidere Tyrum: quarto [8] autem anno

1 Τό *ante*, vel *prius*, tam in Arm. quam in Gr. medium est inter antecedentem sequentemque sermonis ambitus; ita ut possit in utramque partem inclinari, et quidem puncta in vet. et nov. Gr. edit. diverse digeruntur. Quoniam verò Lat. Interpretes cum antecedenti conjunxerunt, id et nobis nunc placuit, quamquam in Cod. Arm. punctum vidimus a librario ante vocem ջառաջինն exaratum.

2 Desideratur in Arm. illud Gr. γέγραπται γὰρ ἐν αὐταῖς, *scribitur enim in ipsis*, puta *in nostris scripturis*.

3 Jos. δευτέρῳ, *secundo*. Syncellus tamen nostram praefert lectionem ἕκτῳ, *sexto*, ut memoratur etiam in adnot. Jos. ubi et haec adduntur, » quod tuetur N. Abramus in Pharo Vet. Test. p. 304. quem videsis «. Imo et Eusebium ipsum in Praep. Evang. huic lectioni favere pro certo habeas: quod enim ibi nunc δεκάτῳ legitur, procul dubio in autographo ἕκτῳ scriptum erat. Consule Comment. Scripturae Sacrae.

4 Gr. lectio hodierna pro *sacerdote*, *regem* profert, ἐπὶ Εἰθωβάλου τοῦ βασιλέως: quis umquam potuerit tam apertae differentiae percipere rationem? nulla enim affinitas inter voces τοῦ ἱερέως et τοῦ βασιλέως: alibi autem contrarium invenias.

5 Gr. Βαάλ. sicut etiam in sequentibus nominibus diversae occurrunt lectiones, ut videre est e regione.

6 Valde discrepat hic Jos. apud quem sic legitur: » Mytgonus et Gerastratus Abdelemi (filii) judicant (vel potius, *judices* fuerunt) annis sex, quorum inter medium regnavit Balatorus anno uno. Eo defuncto, mittentes, etc «.

7 Decenter expressit Interp. Arm. illud Gr. πρὸς αὐτοῖς, quod sonat ad verbum, *apud ipsos*, sive *juxta eos*, id tamen nescio cur tacuerunt Interp. Jos. vet. et nov. nisi acceperint ut *adhaec*, *necnon*.

8 Plenior lectio Jos. τεσσαρακαιδεκάτῳ, *quatuordecimo*, vel *quarto decimo*.

բորդաւմ ամի իբովմայ՝ ած կիւրոս պարսիկ զիշխանութիւնն, և այսպէս միաբան մերոց գրոց զտաճարին՝ և քաղդէացւոց և տիւրացւոց մատեանքն խօսին։ Ոչ այս վասն այսոցիկ այսպէս յովսէպոս։

Hiromi Cyrus Persa imperium accepit. Et ita consone de templo, tum Chaldaeorum, tum Tyriorum volumina cum scriptis nostris proferunt «. Haec ergo in hunc modum de istis Josephus.

κράτος παρέλαβεν. καὶ σύμφωνα μὲν ἐπὶ τοῦ ναοῦ τοῖς ἡμετέροις γράμμασι τὰ Χαλδαίων καὶ Τυρίων. . .

Բայց դարձեալ յետ այսորիկ և աբիդենոս զպատմիկ քաղդէացւոց թագաւորութեանն հանդոյն բազմավիպին առընթեր եդեալ նուաստ։ Ասէ և զսո զասորեստատնեաց թագաւորն կարդ ըստ կարգ դնէ համարի՝ այս ձև օրինակի։

Sed tamen posthac rursus Abidenus Chaldaeorum regni rationem, ut Polyhistor, exponit, comprehenditque. Verum Assyrios reges seorsum et ex ordine sic enumerat.

(ԱՍՈՐԵՑՈՑ)

(ASSYRIORUM)

Ա֊Բիդենեայ վասն ասորեստանեայց թագաւորութեանն։

Abideni de Regno Assyriorum [1].

Ա֊Յսպէս քաղդէացիք զաշխարհին թագաւորս յաղովեայ մինչև ցալ-

» Hoc pacto Chaldaei suae regionis reges ab Aloro usque ad Alexan-

1 Novum utique ac inauditum interim audituri sunt eruditi lectores praesentem Abydeni inter antiquissimos auctores celebratissimi locum. Quo cum ad hoc usque tempus viri eruditione praestantes caruissent, nihil certi invenire ipsi potuerunt, dum inquirebant regum Assyriorum successionem; quippe qui apud omnes alios rerum antiquarum Scriptores nihil aliud de istis regibus invenerint, nisi tantum post Ninum, eumque Beli filium creditum: in quo vertebatur omnis Chronologiae cardo; quoque semel admisso, gravis oriebatur, quin imo insolubilis difficultas. Duo enim tamquam certissima habebantur; primum, quod Nini aetate universam terram in diversa jam regna divisam variae nationes occupaverint, ita ut Ninus ipse, et postea ejus uxor Semiramis innumeris gentibus bellum intulerint, et in magna imperia successerint. Alterum, quod hic Ninus statim post Belum fuerit in regnum suffectus, et ipsius Beli filius sit habitus; illius, inquam, Beli, qui vulgo esse creditur Nemrodes gigas Babylonis conditor: ut expresse fatetur doctissimus Petavius, Rationarii Temp. partis 1. Lib. 1. cap. 2. » Primus in Regum Assyriorum serie Belus ponitur: qui Babylone regnavit, ejusque conditor habetur a profanis auctoribus; ex quo idem videtur esse, qui in sacris litteris Nembroth dicitur. Huic cum quinque et sexaginta imperasset annos, successit Ninus, a quo condita Ninive; eoque sedes translata regni, quod deinceps ab Assyriis nomen accepit «. Item in IX. Lib. Doctrinae Temp. cap. 13. » Quod vulgo persuasum esse video, Belum Nini patrem eundem esse, quem Moses Nembrot appellat, non repudiamus «. Quo admisso cogitur clarissimus auctor, haud secus ac omnes qui in eadem sunt sententia, litem illico movere, quomodo nempe eo saeculo tot hominum millia, quot aetas Nini postulat, in orbe terrarum esse potuerint? cum Belus ipse, Nembrotes creditus, interfuerit, imo praefuerit turris Babylonicae opificio, ac Ninus Beli, ut creditur, filius, non multo post ei successerit. Prosequitur itaque memoratus vir doctissimus demonstrare cap. XIV. Doctr. Temp. facillimam hominum propagationem, ita ut concludat: » paullo post Nini primordia, hoc est anno circiter a diluvio CCXV. in una stirpe mortales extitisse, si cum nepotibus majores omnes (ait) superfuisse fingas, 1219133512, in duabus; 2438267024 «. Sed advertendum et illud quod inibi praemisit Petavius. » Movit tamen nonnullos haec imperiorum gentiumque propagatio, ut laxandum a diluvio ad Abraamum intervallum existimarent, et proinde Graecorum in eo ratiocinia Latinis anteferrent. Quippe ex horum computatione non plures quam CCXCII. anni numerantur. Proinde cum initium Beli quadret in annum a diluvio CLIII. ut is LV. regnarit annos. Ninus circa annum CCVIII. inierit oportet, ac CCLIX. desierit. Annis enim regnavit LII «. Cui difficultati sic se illico opponit, dicens: » Verum hoc ipso tempore, licet exiguo, majorem in modum hominum genus amplificari potuisse, dubitabit nemo, qui id animo reputaverit, singulari Dei providentia factum, ut ad incrementa sobolis humanae, atque ad orbis vastitatem instaurandam, praecipua quaedam in illis foecunditas inesset, quae justam alioquin aetatem anteverteret; ut vel a pueris ipsis, quod nonnulli suspicantur, probabile sit generandi vim illis, et usum potuisse suppetere. Adde multas ab singulis uxores adjunctas, quo eodem tempore liberi plures existerent. Adde vivax et vegetum aetatis robur, ut ad multos annos superstites essent, prolemque susciperent «.

Sed quorsum ista? ut nempe pateat in qualem auctores illi angustiam acti fuerint, qui praedictam sententiam tuentur, putantes Ninum fuisse Beli filium, et post patrem statim regnasse. Propagent pro libito, si tamen credendum sit, genus mortalium eo, quo adstringunt, spatio: sed praeterea quaerendum erat, an certum sit initium regni Beli, vel ejus, ut volunt, filii Nini? Immo illud magis disquirendum fuit, num quemadmodum Ninus juxta omnes Abraamo aequalis fuit, sic et pater Nini Bel creditus, aequalis esse potuerit Tharae, qui Abraami pater fuit? Mirum quod hoc Petavius vix animadvertit, qui satis sciebat Abraamum decimum esse a Sem; et Nembrodem, scilicet, ut vult, Belum, tertium a Cham fratre Sem: satis, inquam, sciebat quod ut Sem, et Cham aequales fuerunt, ita et Arphaxad filius Sem, et Chus filius Cham omnino aequales, atque ideo Sale filius Arphaxad certe aequalis fuit Nemrod filio Chus. Quod si et Ninus filius fuerit Nemrodis, ut conceditur, ergo is cum Eber filio Sale aetati suppar omnino fuit. Qua itaque ratione Ninus Abraamo coaevus esse potuerit? Sed Petavius ultra id voluit, ut Semiramis sit Abraamo aequalis, haec veluti certissima proferens Rationar. Temp. Part. 1. L. 1. c. 2. » Semiramidis anno 23. Abraamus oritur: non, ut falso persuasit Eusebius, Nini 43 «. Verum pace dixerim viri gravissimi, parum id ipsi prodest; leviora haec sunt, cum graviora a nobis memorata sint, tam auctoritate Abydeni, quam certo argumento corroborata. Si haec perpendisset Petavius, vel minime crederet Ninum Beli, Nemrodis videlicet, filium fuisse. At ipse firmiter manens in sua sententia, constanter rem disponit in laterculis Lib. XIII. Etenim sub Reu, qui sextus fuit a Sem, memorata extructione turris Babyloniae, subdit verbum de Belo, anno mundi 1809. hoc modo: » Assyriorum igitur imperium hoc fere anno primordium habuit. Hujus conditor a profanis Belus; a sacris historicis Nembroth ille nominatur, *robustus venator coram Domino*, nepos Chami, qui Babylonem condidit. Gen. X. 10. Ad idem tempus referenda sunt Arabum, et Aegyptiorum regna, quae in Eusebii Chronico (debuit dicere, in Pseudo-Eusebii Chronico Syncellano a Scaligero excogitato) fabulosa vetustate supra diluvium extenduntur «. Dein an. Mund. 1874. sub Nachor avo Abraami: » Mortuo Belo, qui regnavit annos LXV. Ninus imperavit «. Et successive an. 1926. sub Thare: » Ninus hoc anno moritur, postquam regnavit annos LII. Hic Ninyam filium impuberem reliquit, cujus nomine primum Semiramis imperium administravit: deinde ad sese transtulit, ac duobus et quadraginta annis obtinuit. Tandem an. 1998. Thare septuaginta natus annos Abraamum genuit . . . anno post diluvium 293. Semiramidis 23 «. Quis haec ferat, si generationes Sem et Cham inter se conferat?

Sed ne Petavius tantum credatur ex una parte errasse, audiendus et similis ei in eruditione Chronologica Usserius vir celebratissimus, qui in alteram partem deflexit. Is sane rerum difficultate coactus, minime voluit Belum credere eumdem esse cum Nemrode, sed istum, Nemro-

(Locus Graeci textus)

ղեքսանդրոս վարկանին. զնինեայ և զշամիրամայ չունին ինչ փոյթ յան-ձին։ Ասյս եթէ ասէ, անդստին սկիզբն առնէ պատմութեանն։ Լոր ասէ, նինոս՝ արբէղայ, քասղայ, արբէղայ, անեբայ, բաբեայ, բէղայ՝ արբայի ասորեստանեայ։

Լու ապա մի ըստ միոջէ համարի՝ ի

drum recensent; de Nino et Semiramide nulla ipsis cura est «. Haec cum dixisset, jaminde historiae exordium ducit. » Fuit, inquit, Ninus, Arbeli (filius); qui Chaali; qui Arbeli; qui Anebi; qui Babii; qui Beli regis Assyriorum «.

Deinde singulos a Nino et Semira-

den scilicet Babylonis conditorem locans anno mundi 1771. in diebus Heber, deinde Belum ipsum in duos divisit. Primum fere inauditum ponit in extremis Isaaci diebus, ann. 2242. his verbis: » Evechous apud Chaldaeos imperare coepit, 224 annis ante Arabes. *Jul. African.* (subintellige *apud Georgium Syncellum*). Qui videtur esse Belus Babylonius, sive Juppiter Belus; a Chaldaeis postea Deus habitus, etc «. Postmodum venit ad Belum Nini Patrem, ita scribens ann. 2682. in diebus Ehud Judicis Israelitarum: » Belus Assyrius in Babylonia, post Arabas, regnavit annis 55. *Jul. African.* «. Atque successive an. 2737. in diebus Deborae et Barak: » Ninus Beli filius, Assyriorum fundavit imperium ... Annos regni 52. illi tribuunt Julius Africanus et Eusebius «. Deinde an. 2789. » Semiramis, Dercetidis filia, Menonis primum, deinde Nini uxor, universae Asiae praeter Indos imperitavit: vixitque annos 62, cum 42. regnasset «: cujus anno secundo, mundi 2790. » Eli Sacerdos nascitur « juxta Usserium. Videant lectores sapientissimi, quem ex hisce duobus in re Chronologica praestantissimis viris, Petavium ne, an Usserium sequi velint? Hac in parte neuter sequendus, sed potius Abydenus audiendus, et ratio videtur postulare. Omitto caeteros Scriptores Criticosque innumeros, qui diversis in saeculis floruerunt; quorum variantes vagantesque sententias melius quam nos tenent Lectores eruditi.

Verum Armenii, quod sane miraris, jam antiquitus Abydeno auctore aliisque commentariis quam veterrimis suffragantibus, pro certo habebant Ninum minime *Beli* filium fuisse, sed *Arbeli*; non proximum successorem, sed unum ex posteris Beli; eumque celeberrimum in ea posteritate, atque adeo Beli filium lato modo nominatum: id quod omnes Armenae nationis scriptores (quamvis Latinis parum noti) una voce testantur cum D. Moyse Chorenensi v. Saeculi auctore saepe memorato memorandoque, cujus opus a Whistoniis Latio donatum; ubi Lib. 1. cap. 4. ita digeritur posteritas Nemrodi in generatione Chami: *Եւ ընդ բովքի ծնանի զբար. բար ծնանի զանեբիս. անեբիս ծնանի զարբէլ. արբէլ ծնանի զքայազ. քայազ ծնանի զինս արբէլ. արբէլ ծնանի զնինոս. նինոս ծնանի զնինուա* ||. sc. » Nebrothes genuit Babium. Babius genuit Anebim. Anebis genuit Arbelum. Arbelus genuit Chaealum. Chaealus genuit Arbelum alterum. Arbelus genuit Ninum. Ninus genuit Ninyam « (ex Semiramide, ut patet). Paucis verò interjectis, rem ex Abydeni ipsius auctoritate auctor confirmat; ait enim: *Եւ ի զմարթիս, և մի ոք յեկեսուացի. քոնդի պատմի մեզ զայսոսիկ՝ յորով իրս հաւատարիմն արեւգէնոս, և ասէ այսպէս. 'նինոս' արբէղայ, քայազ, արբէղայ, անեբայ, բաբեայ, բէղայ: 'նոյնպէս և զմեզն 'ի հայկայ մինչև ցաթան գնդեցիկ' զոր սպանեալ կամեցան յամիրամ. Թուէ այսպէս. Աթան գնդեցիկ' արամեայ, հարմեայ, գեղամեայ, ամասեայ, արամեսայ, արամներակայ. որ եղև հակասակ բէլայ' միանգամ մնայն և կենդանւոյ. և զայլ մեզ արեւգէնոս յիւրում առաջնում արձանագրեալ 'ի մեզր ազգարանութեան ասէ. զոր սատ ուրեմն յեւոյ սմանք բարձին* ||. Id est: » Nec est quod quis de hujus rei veritate addubitet, cùm de iis nobis complura tradat Abydenus, auctor certus, (vel ita, cum haec nobis tradat plurimis in rebus certus repertus auctor Abydenus), ita dicens. Ninus ortus Arbelo; (adde, Is Chaealo.) Chaealus Arbelo, Is Anebi, Is Babio, Is Belo. (Arm. Graeco more, Ninus Arbeli, Chaeali, Arbeli, Anebis, Babii, Beli). Similiterque stirpem nostram ab Haico ad Araeum pulchrum, quem Semiramis interfecit, hoc ordine enumerat: Araeus pulcher Arami filius, qui Harmae, qui Gelamii, qui Amasiae, qui Aramaeis, qui Armenaci, qui Belo adversatus vitam (ejus) amisit: Atque haec narrat Abydenus in primo suo originum libro, quem (lege, quae, scilicet verba ad Armenios spectantia) postea quidam huc attulerunt (lege, hinc vel nunc abstulerunt) «. Ex quo patet, Chorenensem eadem, quae Eusebius, apud Abydenum legisse de Beli successoribus sive posteris; atque alia quaedam, quae ad Armenios attinent, in vetustis atque accuratioribus ejusdem exemplaribus attigisse: quae Graeci omittunt, ait ille, ut minus sibi expedita. Sed quod ad rem nostram pertinet, Ninum Beli non filium, neque successorem proximum, sed solum unum ex ejus posteris esse confirmat Chorenensis etiam auctoritate Maribae Catinensis, qui ante Abydenum vixit. Is, inquam, postquam Belum ab Haico Armeniorum primogenitore interfectum narrasset, post demum Aramum inter Haici posteros septimum sub Nino floruisse ait, etc. quae velim ut consulas in Choren. Lib. 1. cap. 8. usque ad 18. ubi et perpende auctoritatem Maribae inniti antiquissimis monumentis, quae continebantur in eo volumine, cujus initium: *Ասյս մատեան՝ հրամանաւ ազէքսանդրի, 'ի քաղդէացւոց բարբառոյ փոխեալ 'ի յոյնն. որ ունի գրուն հնոց և զնախնեացն բանս* ||, և այլն. » Hoc volumen jussu Alexandri ex Chaldaico sermone in Graecum fuit conversum; continetque germanam antiquorum atque veterum historiam, etc «. Tam antiquissimis, adeoque firmissimis auctoribus jure Chorenensis ipse profligat contrariam sententiam, loco supra citato, cap. 4. dicens: *Աչք այս մեզ ամենևին օտար և արտաքոյ շնմարտութեանն. որք զնինոս բէլայ ասեն որդի, կամ թէ նոյն ինքն բէլ. զի ոչ ազգաբանութիւնն, և ոչ ամեցն ժողովեցեալ այսոցիկ վկայէ. բայց թէ ըստ նշանաւոր և անուանի լինելոյ որ պատահ համարեալ այսպէս կարգիչ գնեաին մեռաւոր* ||. » Ii autem nobis videntur prorsus a vero aberrare, qui Ninum aut Beli filium, aut ipsum dicunt esse Belum. Neque enim generis, nec annorum series huic rei testimonio est; nisi, si quis, quòd uterque fuerit inclytus et celebris, ideo verisimile esse arbitratus, nova antiquis velit connectere «.

Haec profecto certa nobis sunt. Restat tamen ut disquiratur, cur ipse Eusebius nempe noluerit hac in parte Abydenum a se citatum imitari, sed potius Ninum ut proximum Beli successorem esse quodammodo ferè supposuerit. Cujus sane rei apertissima est ratio: Siquidem Eusebius more suo videtur vulgatam inter Graecos sententiam amplexus esse, vel potius Castoris auctoritatem, ut in plurimis, sic in hac quoque parte sibi conciliasse. Nihilominus certum est eum cautè se gessisse, ne quid de suo decerneret: maxime verò difficultatem effugisse, atque eo animo non a Belo, sed a Nino tum in prima hac Chronici parte certum Assyriorum regum catalogum, tum Canonem suum inchoasse, Belo aliisque suis posteris usque ad Ninum consulto praetermissis.

Quo in consilio, ut mihi videtur, prudentiorem se se declaravit prae caeteris auctoribus Graecis; quorum plurimi (ne dicam omnes) omnino sustulerunt praedecessores Nini, nullumque inter Belum ac Ninum regem noverunt. Quidam verò quatuor ex quinque regibus, qui ante Ninum fuerunt, nescio qua auctoritate, de propriis sedibus deturbantes, transtulerunt in posteriora tempora, collocaruntque inter successores Nini post immensum intervallum, scilicet post Teutamum, qui Trojano bello aequalis fuit, postque ejus successorem Teutaeum: idque inverso ordine, nepotes ac pronepotes ante avos ac proavos collocantes. In hac sententia absurdissima fuit Georgius Syncellus, vel Africanum, vel nullum secutus auctorem, ita continuans seriem regum Assyriorum post Teutaeum, pag. 120. et 123.

Ασσυρίων	κϑ'.	ἐβασίλευσεν	Ἀράβηλος	ἔτη	μβ'.
Ασσυρίων	λ'.	ἐβασίλευσε	Χάλαος	ἔτη	μέ.
Ασσυρίων	λά.	ἐβασίλευσεν	Ἄνηβος	ἔτη	λή.
Ασσυρίων	λβ'.	ἐβασίλευσε	Βάβιος	ἔτη	λζ'. sc.
» Assyriorum	xxix.	regnavit	Arabelus	annos	xlii.
» Assyriorum	xxx.	regnavit	Chalaus	annos	xlv.
» Assyriorum	xxxi.	regnavit	Anebus	annos	xxxviii.
» Assyriorum	xxxii.	regnavit	Babius	annos	xxxvii.

Ubi vides quatuor hos reges sumpsisse ex serie antecessorum Nini, qui quinque fuerunt juxta Abydenum inverso ordine: juxta enim eum post Belum fuit Babius; quem secuti sunt Anebus, Arbelus 1. Chaealus. Arbelus 11. cui successit Ninus. Verum miror Syncelli arrogantiam, qui non contentus haec ita praeposterè digerere, addit de Babio novum hunc errorem: Βάβιος οὗτος ἐστιν ὁ παρ' Ελλησι Τιθωνὸς λεγόμενος Ασσυρίων λβ'. βασιλεύς. τούτου παῖς Μέμνων, ὃς συνεμάχησε τῷ Πριάμῳ κατὰ τῶν Ελλήνων, καὶ διεφθάρη ὑπὸ Αχιλλέως. φαίεται δὲ καὶ ἀντίγραφος Πριάμου ἐπιστολῆς, ὁ αὐτός ἐστι καὶ δεύτερος Ταυτάνης. Id est interprete Goaro: » Babius iste Tithonus est Graecorum vocibus laudatus Assyriorum rex 52. cujus filius Memnon adversus Graecos Priamo tulit auxilium, et Achillis manu sublatus est. Epistolae ad eum a Priamo datae inter nonnullos circumfertur exemplar. Idemmet secundus Tautanes agnoscitur «. Verum taedet nos Syncelli hallucinationes confutare. Omitto et Scaligeri iram contra Eusebium, quem gratis supponit omnia ab Africano transcripsisse, vix tamen ei adhaesisse.

Cur autem edita minime fuerint nomina antecessorum Nini in publicis commentariis praeter Belum, ex iis quae veteres auctores dixerunt, duas causas afferre possum. Quarum prima, quod nullo modo praeclaris gestis insignes, sed potius molles atque ignavi fuerint, ideoque in vetustate illa facile oblivioni traditi. Altera autem, quod Ninus vir su-

նիհեսէ և 'ի շամիրամայ մինչև ցսար-
դանապաղոս, որ քան զամենեսեան
հուսկ լեալ էր. յորմէ մինչև ցառա-
ջին ողիմպիադն լինին ամք. կէ: Ա-
բիդենոս վասն ասորեստանեաց Թա-
գաւորութեանն գրեաց միըստ միոջ
ըստ զայս ձև օրինակի: Ելն միայն նա,
այլև կատարելն յառաջնում ժամանա-
կագրացն համառօտ մնասենի զայս
գոյն օրինակի՝ մինչև 'ի սողոքայս ա-
պաստան՝ զասորեստանեաց Թագա-
ւորութենէն վիպագրի:

mide recenset, usque ad Sardanapallum, qui fuit omnium postremus: a quo usque ad primam Olympiadem efficiuntur anni LXVII. Abidenus itaque de regno Assyriorum singillatim ita scripsit. At non ipse solum, sed etiam Castor in primo Chronicorum brevi volumine [1], ad hujus exempli formam, syllabatim quidem de Assyriorum regno enarrat.

(Locus Graeci textus)

Ի հասուածոյ համառօտ մատենէն, վասն
ասորեստանեաց Նախաւորութեանն:

Ex Castoris Brevi Volumine, de Regno Assyriorum.

Բէղոս էր ասէ, ասորեստանեաց
Թագաւոր. և առ նովաւ կիկղո-
պացքն՝ փոյլոտակունս և շանթս
հրացանս արամազդայ մարտուցելոյ
ընդ տիտանացիան նպաստս 'ի կռիւ
լինէին: Ընդ Թագաւորէք տիտանաց-
ացոյ Ածանչէին 'ի ժամանակին. յորոց
մի էր ովգիգոս արքայ: Ընդ կետ սա-
կաւ բանիկ վրովիմբ ածեալ՝ ասէ,

» Belus, inquit, rex erat Assyriorum: et sub eo Cyclopes Jovi decertanti adversus Titanos, per fulgura fulminaque ignea opem in praelio tulerunt. Eo autem tempore Titanorum reges agnoscebantur; quorum unus erat Ogygus rex«. Paucis vero interjectis, prosequitur, dicens: » Gigantes in Deos irruentes perempti sunt,

perbus, ac vanae gloriae cupidus, studuerit antiquorum monumenta e medio tollere, ut sua tantum facta a posteris celebrarentur. Haec ex gravissimis auctoribus constanter Chorenensis noster profert: quoad primam enim dicit L. 1. c. 4. "Յորմէ ինչ և կէսփալիա. քանզի ասէ 'ի միում գլխոյն այսպէս. Ա՛նոր զամենայնն յիշմիդրան մերոյ աշխատութենեան սկսեալ գրէ զաղգաբանութիւնան 'ի գլեանացն արքունէ. այլ առաք հրամայ 'ի Թագաւորացն Թողուլ զանձնայնից և գվաստաց արանց 'ի հնոցն գլխատակն, և գրել միայն զքաջսն և զվեհատուսն և զաշխարհակալս նախնիս. և մի յանդգնել զժամանակս մեր ծանրել և զգլխոն" ||: hoc est: »Ejusdem rei testis est Cephalimus, qui in capite quodam haec dicit: Principio operis nostri, propagines singulas instituimus sigillatim subtexere ex regiis Tabulariis; sed mandata a regibus accepimus ignobilium ac nequam (lege, pigrium, vel ignavorum) inter veteres hominum memoriam praetermittere, enumerareque fortes solum ac sapientes rerumque potitos progenitores, neque tempus inutiliter absumere, et caetera«.

Quoad vero secundam rationem haec habet eodem Lib. 1. c. 13. ex Mariba Catinensi antiquissimo scriptore: "Ա՛սէ և այլ ինչ պատճառս նոյն այր (մարիբաս), Թէ որպէս ուսայ, հպարտ և անձնասէր գոլով Նինոս, և կամեալ միայն զինքն աշխարհակալութեան և քաջութեան և լաւութեան ցուցանել սկիզբն, հրամայէ գրագրաց մատենից և գրչացս առաջնոցն ըստ սեղեակ սեղեակ, և ուրուք (կամ ոչ) ուրուք գոյծոց քաջութեան այրել. իսկ որ առ իւրմէ ժամանակաւք գործեցուցանել, և որ ինչ վասն իւր միայնոյ գրել" ||: i. e. » Idem (Maribas) et alias ejus rei rationes affert, utique Ninum, (supple, ut didici,) superbia inflatum suaeque gloriae cupidissimum, cum se unum summae potestatis, et fortitudinis ac bonitatis fontem atque originem haberi vellet, complures libros et historias antiquas rerum ubicunque egregiè gestarum jussisse concremari; et de se tantùm suisque temporibus conscribi«.

Eadem affirmat et Arzerunius, qui quo studiosius atque ex professo Assyriorum reges examinavit ex antiquis monumentis (erat enim de prosapia posteritatis filiorum Sennecherim in Armeniam profugientium), eo majorem fidem mereat oportet. Is ergo Lib. 1. c. 2. postquam constanter memorasset juxta antiquos Scriptores, Beli successores Babium, Anebium, Arbelum, Chaalum, Arbelum alterum Nini patrem, haec subdit: "Եւ զի (այլք) ասեն զնինոս Թագաւորել յետ բելոյ՝ անխոհեմ զայգպահեաք արարեալ, (պատճառն և') զի 'ի մատեանս առաջնոցն ունէին պատուէր 'ի Թագաւորացն զնդանուր իրս քաջաց գրել, և ոչ վասաց. այլև նկատագիրս սմանս պատկերաց՝ զպատկեր քաջաց արանցն և չքնաւորս կենդանագրել, իսկ զվատացն և զնուազագունն՝ լռել և կանացիս, և միայն վերնագրութեամբ նէթ նշանակել" ||: (Որպէս և 'ի յաջորդ գլ. 3. անդնդմիջադիս յարէ.) Յոյզք ժամանակացս այսոցիկ, ըստ որում յառաջագոյն ասացաք, որ յաւուրց անտի բելոյ մինչև 'ի նինոս, երևելիք ինչ և նշանաւորք 'ի մատեանէ առաջնոցն ոչ երևի. Թէրևս 'ի բազում խափանմանց. նախ զի և ևս զուքն չիսնեալք՝ ունէին զանմարտանութեան փոյթս. կամ Թէ զի և վաստութենէք քաջաց ապիհարիակաք ոչ գրեցաւ 'ի մատենագրաց անտի քաղդէացւոց. գործեալ՝ զի Թէ և գրեցաւ եւս, այլ քաջութենէնք արտութեան նինոսի ըստ օրինակի բելոյ առաւել ամբարձաւ անձնասէր ամբարտաւանութեամբ՝ զինքն գոլ ասել սկիզբն քաջաց, և Թագաւոր առաջին. զի և մատեանս առաջնոցն մեծաստաս առիթով 'ի մի վայր գումարել՝ հրամայեաց այրել. զի և հետք եւս յիշատակի այլոց անուանց մի երևելոցի, բայց ինչ եան միայոյ: Գանգի և սա ասի Թագաւորեալ ամենայն ասխատանաւք և լիբէասատանաւք՝ բայց միայն 'ի հնգկաց. որ և զինուել քաղաք առաջին արբունեաց չինեալ յասուրայ, զոր ապերաց նեբրովթ, սա վերստին շինեաց 'ի պատիւ անուան իւրոյ ||: i. e. » Quod autem (alii) Ninum post Belum regnasse dixerint, praetermissi tot nominibus (regum intercedentium), id causae fuit, quoniam in mandatis a regibus habuere, in Majorum monumentis exarare tantum insignes res virorum fortium, nec ita ignavorum; nec non vivaces quasdam effigies, qui depingere vellent, ut imagines fortium virili animo ac decore praeditas delinearent, ignavorum verò ac ignobilium, specie molli et foeminina descriptas, solaque inscriptione indicatas«. Pariter et sequenti cap. 3. haec addidit, dicens: » Indicia istorum temporum, ut antea memoravimus, transactorum scilicet a diebus Beli ad Ninum usque, haud notabilia insigniave gesta praeseferre in majorum monumentis visa sunt, fortasse ut obstaculis varii generis impedita. In primis enim, linguarum confusione confecta, discordia intima inter se exagitabantur. Sive etiam inertia, viris generosis indigna, nonnunquam usurpata, non est scriptis mandata ab illis Chaldaeorum Scriptoribus. Adde, quod si quae scripta fuerint, sed tamen cùm Nini generosa praeclaraque gesta, Beli instar, quàm maxime extulerint eum in ambitionem elationemque animi proprio amore, adeo se voluit dici auctorem virorum fortium, regemque primum; ut etiam majorum monumenta, acerrima lege promulgata, in unum collecta igni tradi jusserit, ita ut, ne vestigia quidem aliorum nominum cernerentur, nisi suimetipsius tantum. Nam et hic dicitur regnasse universae Asiae ac Libyae praeter Indos; quinetiam urbem Niniven, velut regni caput, ab Asur conditam, a Nemrode tamen eversam, is demum restauravit in honorem sui nominis«. Verum non desunt, qui librorum combustionem tribuant Nino, qui secundus dicitur; non tamen et primo denegare possunt: de quo non est, cur a nobis disseratur.

1 Ժամանակագրացն, expresse notat in autographo habitum Χρονικῶν, sicut etiam Համառօտ մատեան satis clare indicat τὸν ἐπιτομὸν, quod a Latinis nunc *Epitome* per Hellenismum, nunc *Compendium* vocatur, vel *Compendiorum volumen*. Et quidem simili nomine praesens Castoris opus ab auctore nostro tam hic, quam in Canone citatur.

թէ սկայք դիմեցին 'ի վերայ դմա, և սատակեցան, զօրավիգն օգնակա-նութեան դիցն լեալ Հերակլի և Դիանխի՝ որ էին 'ի տիտանացն։

Որոց՝ զորմէ յառաջագոյնն ասա-ցաք, վճարեաց զկեանս. որ և ՚ինձ և այս կարծեցաւ։ Յետ որոյ նինոս ա-սորեստանեաց թագաւորեաց ամս. ծգ։ սա արար կին զշամիրամ։ Յետ որոյ շամիրամ թագաւորեաց աս-րեստանեաց՝ ամս. խբ։ Եւ ապա զամէս, որ և նինուաս։ Եւ հասի մի բոլ միօքէ զթագաւորս ասորես-տանեաց՝ որ յետ նոցա էին, 'ի կարգ արկեալ համարի մինչև ցսարդանա-պաղոս, յամենայնէ յիշատակեալ զա մենեսին. զորոց և մեք յետ սակաւ միոյ և զանուանս և զժամանակս թագաւորութեանցն դիցուք։ Եւ ան-դր և նա 'ի կանոնսն զոյն օրինակ բանից գրէ զնոցանէ։

Նախ զասորեստանեաց թագա-ւորսն յօրինեցաք, սկիզբն 'ի քեզ-ոյ արարեալ. և քանզի ամք թագաւո-րութեանն նորա ստոյգ չեւանգե-ցին, զանուն յիշատակեցաք. բայց սկիզբն ժամանակագրութեանն 'ի նմ-նոյ արարաք. և 'ի միւս նինոս՝ որ առ զթագաւորութիւնն 'ի սարդա-նապաղոյ, հանգուցաք։ զի այսպէս յայտնի և բովանդակ իսկ ժամա-նակն լինիցի՝ և իւրաքանչիւր ու-րուք առանձինն 'ի թագաւորելոցն. և այսպէս գտանի ժամանակն ամաց. ՈՀ. երկերիւր և ութսից։ Օյս կաստոռն։ Նոյն պատմէ զոյնս՝ որ և զմասենադարանն ժողովէր՝ դիո-դորոս սիկելացի, զոյն ձև և նա զոյն բանս գրէ։

auxilium Diis ferentibus Hercule et Dionyso, qui ex Titanis erant «.

» Belus, de quo antea diximus, vitam finivit, quin et Deus habitus est. Post quem Ninus imperavit Assyriis annis LII. Hic uxorem duxit Semiramidem. Post eumque Semiramis ipsa in Assyrios regnavit, annis XLII. Deinde vero Zames, qui etiam Ninyas «. Et continuo singulos Assyriorum reges, qui post eos fuerunt, in ordinem redigens, ad Sardanapallum usque recenset, cunctos nominatim commemorando: quorum etiam nos utique nomina, regnique tempora paulo post adponemus. Siquidem et ille in Canone suo his verbis de ipsis scribit [1].

» Primo Assyriorum reges digessimus, initium a Belo facientes [2]: quum vero ipsius regni annos vix certo traditos habeamus, nomen solummodo commemoravimus: sed tamen Chronologiae principium a Nino duximus, et in alterum Ninum, qui regnum a Sardanapallo accepit, desinimus [3]: ut pote hoc pacto perspicuum esset tam universi temporis, quam singulorum regum (temporis) spatium: hoc itaque modo reperitur tempus annorum M. ducentorum et octoginta «. Haec Castor. Porro eadem, qui Bibliothecas collegit Diodorus Siculus, iisdem verbis refert.

(Syncell. pag. 164.)

. . . (ὥς που καὶ Κάστωρ ἐν τῷ κανόνι αὐτοῦ φησὶν, ὧδε.)

Πρώτους μὲν εἶναι τοὺς Ασσυρίους βασιλεῖς κατετάχαμεν, τὴν μὲν ἀρχὴν ἀπὸ Βήλου πεποιημένους. τὸ δὲ, τῷ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἔτει, μὴ παραδεδόσθαι σαφῶς. τοῦ μὲν ὀνόματος μνημονεύομεν, τὴν δὲ ἀρχὴν τῆς χρονογραφίας ἀπὸ Νίνου πεποιήκαμεν, καὶ καταλήγομεν ἐπὶ Νῖνον τὸν διαδεξάμενον τὴν βασιλείαν ἀπὸ Σαρδαναπάλου...

Ի դիոդորէ մատենէն՝ վասն ասորեստա-նեայց թագաւորութեանն։

Ex Diodori voluminibus, de Assyriorum Regno [4].

(Diodor. Sicul. Lib. II. pag. 113. 137. Vide et Syncell. pag. 132.)

Ասաքինն յասիացւոց աշխար-հին՝ անդաստին յաշխարհին կացին թագաւորք. որոց ոչ քաջութիւն և ոչ անուն յիշի։ Ասաքին՝ վիպասա-նութեան և յիշատակաց արժանի նի-

» Primum quidem in Asia ex ipsa regione fuerunt reges; quorum nec praeclarum aliquod factum, nec nomen [5] memoriae traditum. Primus itaque enarratione ac memoria dignus

Τὸ πάλαι τοίνυν κατὰ τὴν Ἀσίαν ὑπῆρχον ἐγχώριοι βασιλεῖς, ὧν οὔτε πρᾶξις ἐπίσημος, οὔτε ὄνομα μνημονεύεται. πρῶτος δὲ τῶν ἱστορίᾳ καὶ μνήμῃ παραδεδομένων Νῖνος ὁ βασιλεὺς

1 Syncellus, ut vides e regione, praesentem Castoris locum ex Eusebio transcripsit, quamvis non adeo integre. Syncellum vero descripsit Scal. p. 46.

2 Textus Arm. non ita obscure declarat, ad personam Scriptoris, Castoris nempe, illud pertinere *սկիզբն 'ի քեզ-ոյ արարեալ*: ac si diceret in personali, *Sermonis initium a Belo fecimus*; ideoque in Gr. interpres legerit *πεποιημένοι*. Quum verò hodie apud Sync. legatur *πεποιημένους*, Goar aliter rem expressit, *τὴν ἀρχὴν* non pro *principio*, sed pro *principatu* seu *imperio* ita accipiens: » Primo quidem ordine reges Assyriorum generis et imperii seriem a Belo ducentes locavimus «: ubi nullum in Gr. *generis*, ac *seriei* vestigium; ne dicam *imperii* quoque, de quo est controversia; an scilicet *ἀρχὴ* hic *initium* ne, vel *imperium* designet: primum certe vel ipse Goar et invitus amplexus est, vertit enim » principium duximus «.

3 Hic fragmenti finis apud Sync. qui tamen sequentia ad sensum usurpavit loco praecitato, sc. p. 134. D. dicens de Eusebio nostro, *τῷ Κάστορι μᾶλλον ἀκολουθήσας, οὗ καὶ μαρτυρίαν προήγαγεν, ἀπ', ἔτη φάσκουσαν τοὺς Ασσυρίων βασιλεῖς ἄρξαι*. i. e. ad verb. » Castorem magis imitatus (Eusebius), cujus et testimonium producit, MCCLXXX. annos dicentis Assyriorum reges regnasse «. Si vacat, consule et interp. Goari.

4 Locus Diodori occurrit etiam apud Syncellum p. 132. D. quem noli putare Diodorum ipsum consuluisse, sed magis Eusebium nostrum transcripsisse, ut patet ex sincera imitatione in verbis interjectis Eusebii more. Omitto Scaligerum, Syncellum ipsum postea describentem p. 52. cujus is locus, sc. Scaligeri, memoratur in adnot. Diod. a P. Wesselingio sub putato nomine Chronici Canonis Eusebiani, hoc modo: » Usus his est . . . . Euseb. Can. Chron. p. 29. «: quo intelligit primam Scal. editionem.

5 Arm. textus in singulari expressus *ոչ քաջութիւն և ոչ անուն*.

Նոս գտանէր՝ Թագաւոր ասորեստա-
նեաց. որ մեծամեծ արութիւնս և
քաջութիւնս վճարեաց. զորմէ մանր
կարգ ըստ կարգէ գրել փութացաք։
Յե ապա յետ այլոց բանից ասէ,
եթէ ծնաւ որդի՝ ի շամիրամայ զնի-
նուս։ Յե երբև վախճանեցաւ, զգ-
ևինն եթող տիկին. զնինոս շամի-
րամ Թագեաց յարքունիսն։ Յե գար
ձեալ յետ սակաւ բանից գնովիմբ
ածեալ՝ ասէ զշամիրամայ, թէ սա
Թագաւորեաց ամենայն ասիացւոց՝
բաց ՚ի Հնդկաց. և վախճանեցաւ
ըստ այմ՝ օրինակի՝ որպէս յառաջս
գոյն ասացաք, կեցեալ ամս. կբ. և
Թագաւորեալ ամս. ղ. ընդ քառա-
նով։ Յե ի ըստ միոջէ համարի, թէ
յետ նորա մահուանն՝ նինուաս նի-
նեայ և շամիրամայ որդի առ զիշ-
խանութիւնն. և ունէր խաղաղու-
թեամբ. և պատերազմաւեր և աշ-
խատասէր մերձ մնաց չերզև ինչ եր-
քեք նախանձաւոր։

Յե գարձեալ յետ այլոց բանից
գնովիմբ ածէ. Հանգոյն սմին ասէ
և այլ Թագաւորքն որպէս ՚ի հօրէ առ-
նուին գիշխանութիւնն. և Թագա-
ւորեցին ազգաց յազգս մինչև ցասո-
դանապաղոս. քանզի առ նովաւ
Թագաւորութիւնն ասորեստանեաց
փոխեցաւ ՚ի մարս, տեւեալ բաւեալ
ամս աւելի քան զհազար և զերիք-

Ninus rex Assyriorum inventus est; qui quam maxima gesta, eaque praeclara perpetravit: de quo minutatim ac singillatim ut scriberemus operam dedimus «[1]. Posteaque aliis verbis interjectis, ait, quod » filium procreavit ex Semiramide Ninyam. Quum vero mortuus esset, uxorem Dominam reliquit. Ninum ergo in regia Semiramis sepelivit «. Item paucis verbis interpositis, refert de Semiramide, dicens[2]: » Haec universae Asiae, exceptis Indis, imperavit; atque eo, ut antea diximus, modo obiit; annos cum vixisset LXII. regnassetque annos II. supra quadraginta «. Et singulatim recenset: » Post ejus obitum Ninyas Nini et Semiramidis filius imperium suscepit, ac in pace obtinuit; nec matris unquam animi ad bella laboresque proclivis aemulatorem se praebuit «.

Atque iterum post alia verba[3] subdit. » Similiter ei, inquit, et alii reges a patre filius[4] imperium accipiebant, regnaveruntque a progenie in progeniem[5] usque ad Sardanapallum. Sub eo enim regnum Assyriorum ad Medos translatum est, quum mille trecentos et amplius annos perdurasset: prout Ctesies Cnidius in secundo li-

τῶν Ασσυρίων μεγάλας πράξεις ἐπετελέσατο. περὶ οὗ τὰ κατὰ μέρος ἀναγράφειν πειρασόμεθα. (Καὶ μεθ' ἕτερα). (μετὰ δὲ ταῦτα) γεννήσας ἐκ Σεμιράμιδος υἱὸν Νινύαν ἐτελεύτησε, τὴν γυναῖκα ἀπολιπὼν βασίλισσαν. τὸν δὲ Νῖνον ἡ Σεμίραμις ἔθαψεν ἐν βασιλείοις. (καὶ ἐπάγει.) αὕτη μὲν οὖν βασιλεύσασα τῆς Ἀσίας ἁπάσης, πλὴν Ινδῶν, ἐτελεύτησε τὸν προειρημένον τρόπον, βιώσασα μὲν ἔτη ξβ'. βασιλεύσασα δὲ δύο πρὸς τοῖς μ'. . . . Μετὰ δὲ τὸν ταύτης θάνατον Νινύας ὁ Νίνου καὶ Σεμιράμιδος υἱὸς παραλαβὼν τὴν ἀρχήν, ἦρχεν εἰρηνικῶς, τὸ φιλοπόλεμον καὶ κεκινδυνευμένον τῆς μητρὸς οὐδαμῶς ζηλώσας.

(Καὶ μεθ' ἕτερα.) παραπλησίως δὲ τούτῳ καὶ οἱ λοιποὶ βασιλεῖς, παῖς παρὰ πατρὸς διαδεχόμενος τὴν ἀρχήν, ἐβασίλευσαν ἐπὶ γενεὰς (μέ.) μέχρι Σαρδαναπάλου. ἐπὶ τούτου γὰρ ἡ τῶν Ἀσσυρίων ἡγεμονία μετέπεσεν εἰς Μήδους ἔτη διαμείνασα πλείω τῶν ᾳ. καὶ τ'· καθάπερ φησὶ Κτησίας ὁ Κνίδιος ἐν τῇ β'. βίβλῳ. τὰ δὲ ὀνόματα τῶν

aperte probat genuinam lectionem Diod. οὔτε πράξεις ἐπίσημος, οὔτε ὄνομα; minime vero Syncellanam apud Goarum, et Scaligerum in plurali habentem ὄυτε πράξεις ἐπίσημοι, οὔτε ὀνόματα.

1 Nescio an Sync. ipse, vel potius amanuensis ejus omiserit illam lineam περί οὗ etc, quam integram et Diod. et Eusebius noster habent. Hic sane, ubi desinit primum Diod. fragm. solerter interjecit Euseb. illa, Յե ապա՛ յետ այլոց բանից ասէ: quod et Sync. observavit per ea καὶ μεθ' ἕτερα, sc. *Atque post alia*: cui subjungitur alter Diodori locus ex p. 120. ubi suspicamur in cod. Arm. intercidisse ante verbum ծնաւ, illam vocem յետ այսորիկ; cum aeque praeferant Diod. et Sync. μετὰ δὲ ταῦτα.

2 Pariter cum Eusebio excipit Sync. quamvis in compendium redigat, καὶ ἐπάγει, *et infert;* ubi noster fortasse habuit καὶ πάλιν μετ' ὀλίγα ἐπάγει λέγων; id enim fere sonat Arm. lectio. Utcumque sit, uterque prosequitur ea, quae occurrunt apud Diod. p. 134.

3 Sync. vel (si liceat suspicari) ejus librarius quamvis in anterioribus omiserat non pauca, iterum tamen hic Eusebium sequitur, interjectis ejusdem more, καὶ μεθ' ἕτερα: ubi arbitror in nostro exemplari lectum fuisse καὶ πάλιν μεθ' ἕτερα ἐπάγει. In sequentibus itaque Diod. verbis, quae cernuntur in edit. p. 135. adverte adprobari illud τούτῳ, per ամն, quod deest in Sync. sicut et ᾧ quod tenet Scaldesideratur in edit. Goari. Ut ut sit, Հանգոյն ամն, accuratissime cohaerens cum Gr. παραπλησίως δὲ τούτῳ, apprime assignat praecedentem regem: sonat enim, *Similiter ei, juxta istum*: quo posito minime probabitur Lat. versio Interpretis Diod. habentis: *Ad eum prope modum*. Ubi alieno sensu sumitur pronomen τούτῳ, ac si reipsa non adesset. Et quidem Goar cum non habuerit in sua lectione illud pronomen, potuit reddere, ut reddidit, *in hunc ferme modum*.

4 Verbum verbo diligenter (quamvis non adeo ornate) reddi placuit, ut facile innotesceret affinitas inter Arm. et Gr. atque item ostenderetur sincera Diod. lectio, παῖς παρὰ πατρός; id enim sonat որդի ՚ի հօրէ; pro quo Sync. habet vel παῖδες παρὰ πατρός, ut Goar legit, vel ut Scal. placuit, παῖδες πρὸς πατρός, cujus rei causa etiam sequens vox variatur: quam nempe Diod. habet in singulari, διαδεχόμενος, penes Sync. in pl. διαδεχόμενοι; quod nihil ad nos: nam in Arm. aeque potest առնդր, առնուին sing. vel. plur. in hujusmodi reponi locis; quamquam hic, ut decentius, in plur. ponitur, cum antecedat vox pl. Թագաւորք: vide similia et infra in textu Cephalionis.

5 Ազգաց յազգս. Haec verba testantur in Gr. lectum certe fuisse ἐπὶ γενεὰς μέν, vel ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεάν, ut non semel occurrit in sacris literis; aut demum quid simile in plur. absque ullo certo numero. Quae sanè vera lectio (ni fallor) funditus evertit Criticorum disceptationem in hunc Diod. locum: ubi habetur juxta varia exemplaria, ἐπὶ γενεὰς λ'. vel τριακόντα, sive λέ. vel τριάκοντα πέντε: sicut et apud Sync. ἐπὶ γενεὰς μέ. seu τεσσαράκοντα πέντε, ubi tamen Scal. voluit quasi juxta mentem Diod. legi λέ. sive τριάκοντα πέντε. Hanc lectionem amplexus est et Goar in marg. ipsi viderint, an satis prudenter. Sed vix sustinemus Wesselingii conjecturam in adnot. Diod. p. 135. n. 55. is enim deceptus a Goaro, qui deceptus erat a Scaligero, e Pseudo, inquam, Eusebio, ita ibi monuit. » Ἐπὶ γενεὰς τριάκοντα. Euseb. et secutus illum Syncellus; corruptos enim ejus numeros ad hanc formam esse instaurandos recte animadvertit Jac. Goar «. Veritatem facile assequi poterant hi, qui tàm diversa putarunt, si forte animadvertissent facile irrepsisse apud Sync. librariorum vitio numerum μέ, oscitanter nempe repetentium syllabam με, qua incipit sequens vocabulum μέχρι, ita ut, si deleas τὸ μέ, ut merito delendum est, vel saltem legas μεν, idest *quidem*, *utique*, oritur vera lectio Eusebiana, ideoque verè dici potest contra Wesselingium: » ἐπὶ γενεὰς (μεν). Eusebius, et secutus illum Syncellus; cujus tamen illibatam lectionem interpolarunt posteri, legentes μέ. posteriores verò pro lubidine reponentes λέ «: mutuati nempe ex altero Diod. loco, quod infra occurret. Poterant item commodius conjicere ipsius Diod. editores, unam vel alteram ex literis verbi ἐβασίλευσαν (quod statim excipit τὸ γενεάς,) amanuensium incuria seorsum fuisse insertam numeri loco λέ. vel λ'. quod ii, qui postea fuerunt, profecto exprimere voluerunt per nomina numeralia τριάκοντα, vel τριάκοντα πέντε. Quod nemo inficias ire poterit, qui rem similem in sequenti periocha ab illis tentatam fuisse sciat. Siquidem addiderunt ibi haec ἔτι δ' ἑξήκοντα in lect. Diod. plane ignota Eusebio et Syncello, quod et ipse Wesselingius tamquam mendum habet, ait enim in num. 58. » Recte haec desunt Euseb. (puta Scaligerano, haud secus ac nostro) et Syncello, neque leguntur infra, c. 28. ut prorsus probabile sit ab aliquo esse addita «; prosequiturque sua confirmare Petavii auctoritate: consule locum citatum.

արիւբ. որպէս ասէ կտէսիէս հինգ դացի յերկրորդ մատենին. Բայց զանուանս թագաւորացն՝ զոր թագաւորեցին, և զքազմութիւնն ամացն՝ չունին ինչ փոյթ գրելոյ, յաղագս ոչ գործելոյ ինչ՝ ի նոցանէ արժանի յիշատակի. միայն թիկունքն օգնականութեան, որ տրուվացւոցն առաքեցան յասորեստանեայց՝ արժան նի եղեն մատենագրութեան. որոց ղեկիոն տիթոնեայ էր զօրավար.

Ի թագաւորել տաւտանեայ ասիացւոց աշխարհին, որ էր քսանեւորդ վեցերորդ ի նինեայ շամիրամանց, ասեն՝ թէ ընդ ափ[illegible]ինոնեայ յոյնք զօրաժողով եղեն յաշխարհն տրուվացւոց՝ տալ ձնակատս, մինչդեռ զութութիւնն ասիացւոց ասորեստանեայք ունէին աւելի քան զհազարամեայ ժամանակ: Պրիամոս թագաւոր տրուվացւոց ծանրացեալ նեղեալ՝ ի պատերազմից՝ ձեռս տայր յարքային ասորեստանեայց, աղօթ. կեաբս արձակէր՝ առաքել նմա թիկունս օգնականութեան: Իւր նա տայր նմա բիւր զօր յեթովպացւոց աշխարհէն, և այլ ևս նոքունցափ նուսիանս, հանդերձ երկերիւր կառաք. և զօրավար յղէր զմիմոն տիթոնեայ: Իւր ըստ նոցանէ գարձեալ զնոքիմիք ածեալ՝ ասէ, թէ զմիմոն նեայ զայսպիսի ինչ արութիւնս յարքունի մատեանսն պատմեալ ասեն բարբարոք:

Սարդանապաղոս, որ երեսներորդ հինգերորդ էր ի նինեայ՝ որ գումբրո tradit. Nomina verò regum qui regnarunt [1], annorumque spatium, quamvis longum, negligunt describere; eo quod nihil memoria dignum ab eis actum fuisset; nisi quod suppetiae Trojanis ab Assyriis missae dignae fuerunt quae memorarentur, quorum Memnon Tithoni (filius) dux erat «.

» Tautano [2] in Asia regnante, qui vicesimus sextus a Nino Semiramidis (viro) fuit [3], Graecos dicunt cum Agamemnone exercitum movisse in Trojam, praelium facturos: quum Asiae imperium plus quam mille annis Assyrii jam tenuissent. Priamus (autem) rex Trojanorum mole belli gravatus ac defessus, Assyriorum regi sese commendabat; qui supplicarent mittebat, ut sibi auxilium et opem ferret. Ipse vero decem millia militum ex Aethiopia, ac totidem Nusianos cum ducentis curribus ei dedit; ducemque misit Memnonem Tithoni (filium) «. Post haec autem iterum prosequitur, dicens: » De Memnone similia quaedam praeclara gesta in regiis voluminibus enarrata fuisse, Barbari tradunt «.

» Sardanapallus tricesimus quintus a Nino [4], qui comparavit, obtinu-

βασιλέων, καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἐτῶν, ὧν ἕκαστος ἐβασίλευσεν, οὐκ ἐπεγεγράφει, διὰ τὸ μηδὲν ὑπ' αὐτῶν πεπράχθαι μνήμης ἄξιον. μόνη γὰρ τέτυχε ἀναγραφῆς ἡ πεμφθεῖσα συμμαχία τοῖς Τρωσὶν ὑπὸ Ἀσσυρίων, ἣ ἐστρατήγει Μέμνων ὁ Τιθωνοῦ.

Ταυτάνου γὰρ βασιλεύοντος τῆς Ἀσίας, ὃς ἦν κϛ'. ἀπὸ Νίνου τοῦ Σεμιράμιδός, φασι τοὺς μετ' Ἀγαμέμνονος Ἕλληνας ἐπὶ Τροΐαν στρατεῦσαι, τὴν ἡγεμονίαν ἐχόντων τῆς Ἀσίας Ἀσσυρίων ἔτη πλείω τῶν χιλίων. καὶ τὸν μὲν Πρίαμον βαρυνόμενον τῷ πολέμῳ καὶ βασιλεύοντα τῆς Τρωάδος, ὑπήκοον δ' ὄντα τῷ βασιλεῖ τῶν Ἀσσυρίων, πέμψαι πρὸς αὐτὸν πρεσβευτὰς περὶ βοηθείας. τὸν δὲ (Τεύταμον) μυρίους μὲν Αἰθίοπας, ἄλλους δὲ τοσούτους Σουσιανοὺς σὺν ἅρμασι διακοσίοις ἐξαποστεῖλαι, στρατηγὸν καταστήσαντα Μέμνονα τὸν Τιθωνοῦ . . . περὶ μὲν οὖν τοῦ Μέμνονος τοιαῦτ' ἐν ταῖς βασιλικαῖς ἀναγραφαῖς ἱστορεῖσθαι φασίν οἱ βάρβαροι.

Σαρδανάπαλος δὲ τριακοστὸς καὶ πέμπτος ἀπὸ Νίνου τοῦ συστησαμένου

1 Plurimum variant hic inter se lectiones: *τὸ πάντων*, al. *πάντα*, quod habetur in Diod. vix cernitur neque apud auctorem nostrum, nec apud Sync. conjunctio verò *καὶ* deest in Cod. Arm. quod librarii vitio adscribas velim. Illud autem Diodori, *ὧν ἕκαστος ἐβασίλευσεν*, deest in Sync. manifesta librariorum negligentia. Quae a textu nostro cum praecedentibus conjunguntur. Ita ut vel in Arm. legendum juxta Gr Diod. Բայց զանուանս թագաւորացն, և զքազմութիւն ամացն՝ զոր թագաւորեցին, etc. vel in Gr. juxta Arm. sic accommodandum, *τὰ δ' ὀνόματα τῶν βασιλέων, ὧν ἕκαστος ἐβασίλευσεν, καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἐτῶν*, etc. Denique illud չունին ինչ փոյթ գրելոյ. in plurali expositum, *negligunt scribere*, vel ad verb. *non habent quid curae ad scribendum*, Gr. textus hodiernus in sing. praefert; nec tamen uniformiter. Diod. *οὐ κατασείγει γράφειν*. Gemist. *οὐκ ἄξιον γραφεῖν*. Sync. *οὐκ ἐπεγεγράφει*; quod reddunt Lat. Interp. » *referre non necessum est* «; ut in Diod. vel » *colligere non studuit* «; ut in Sync. ubi placuit viris eruditis pro *οὐ* legi *οὐδέν*: quod multis probat Wessel. idque magis ad nostram accedit lectionem.

2 Տաւտանեայ. Ita quoque constanter habuit Sync. Eusebii exscriptor, Ταυτάνου: quod tentavit corrigere Goar in marg. Gr. legens Τευτάμου juxta hodierna Diod. exemplaria, atque absolute in Lat. reponens *Teutamo*. Interea Arm. cod. ita ferebat punctorum digestionem. » Memnon ... dux erat Tautano supra Asiam regnante . . . (deinde de integro) Dicunt Graecos cum Agamemnone « etc. quam interpunctionem vix admittit Gr. textus, quem tamen sequi necesse nobis fuit.

3 Omnino nostram servat lectionem Syncellus sincerus Eusebii exscriptor: *ὃς ἦν κϛ'. ἀπὸ Νίνου τοῦ Σεμιράμιδος*, ubi hodierna lectio Diod. mendose sane fert, *ὃς ἦν εἰκοστὸς ἀπὸ Νινύου τοῦ Σεμιράμιδος*; nam non solum incuria amanuensis intercidit *ἕκτος*, quod adjungendum erat cum numero *εἰκοστός*, sed etiam simili manifesto errore pro *Νίνου*, *Νινύου* irrepsit: quod suspicamur sinistra industria quorundam interpolatorum factum; eo quippe consilio, ut sequentem vocem *τοῦ Σεμιράμιδος* decenter eo loci detinere possent. Siquidem juxta tritum Hellenismum hic casus genitivus filium suum esse declarat praecedentem virum. Quum itaque satis noverant non Ninum, sed Ninyam Semiramidis esse filium, eo pacto corrigendam esse lectionem sibi persuaserunt. Quam etiam correctionem, contra fidem auctoris sui, sibi conciliare ausus est Goar in Latina interp. Sync. Sed tamen debuit animadvertere, quod non desint, qui vel in ipso Diod. accurate legant *Νίνου*, ut in adnot. ejus declarantur p. 155. satis nempe conscii, quod non tam Semiramidis filium, quàm quemvis ejus proximum intelligi hic posse, imo oportere, per vocem *τοῦ Σεμιράμιδος*, haud secus ac per Arm. *շամիրամանց*, atque adeo maritum Semiramidis procul dubio afferri ab auctore. Etenim Diodori manifesta mens fuit assignare celeberrimum tempus Nini et Semiramidis, minime vero Ninyae, cujus nulla celebratur memoria; unde non abs re legit Pogg. *a Nino et Semiramide*. Insuper iterum id probat Eusebius noster, cum xxvi. a Nino asserit Teutamum fuisse.

4 Bene egit Syncellus, qui quamvis anteriora neglexerit, praesentem tamen locum integre et fideliter descripsit p. 132. C. quo confirmat genuinam Eusebii nostri lectionem, habens *τριακοστὸς καὶ πέμπτος*, cum interim apud Diod. legatur tantum *τριακοστός*: quod non sine industria ab iis, qui postea fuerunt, factum fuisse dixeris, ut nempe supradictae controversiae de Teutamo Ninoque rem accommodarent. Sed Scal. nobis assentitur, non solum Syncelli lectionem sibi concilians, sed quoque haec in adnot. p. 415. ad 32. 9. proferens. » *τριακοστὸς καὶ πέμπτος*. Ita recte in veteri exemplari Georgii (Syncelli). In luculenta verò editione Henrici Stephani apud Diodorum illud *πέμπτος* deest, quare reponendum. Magno enim historiae detrimento abest. Ctesias quoque, ex quo Diodorus hanc historiam hausit, xxxv. reges Assyriorum, non xxx, ediderat, nimirum quinque minus, quam Africanus, cui cum Ctesia in hoc convenit, quod apud utrunque Teutamus est xxvi. rex à Nino. Quos autem omiserit Ctesias, nescimus «. His verbis a nobis est Scal. ita ut egregie probare videtur quidquid diximus supra de successoribus Beli praecedentibus Ninum. Alioquin nullos reges Ctesias revera

բեաց կռալաւ զպետութիւնն, Տուսկ յետոյ եկաց աքքայ ասորեստանեաց. և անցոյց զանցոյց զամենեքումբք՝ որ յառաջ քան զնա էին, բարեկեցութեամբ և յաղթութեամբ։ Այլ յետ սակաւ միոյ ասէ, թէ այնչափ անառակ էր, զի ոչ ինքն միայն զաշխարհեամբ եղծ զկեանս, այլև համն բէն խակ զասորեստանեաց պետութիւնն զեզծեցոյց, որ բազմաժամանակեան հաստատեալ կայր ՚ի յիշատակելոյն։ Ա՛արբակէս անի՝ մար յաղգէ, առաքինի արութեամբ, և լաւ սրտին քաջութեամբ՝ զօրավար էր մնոց, մի յոյնցանէ՝ որք ամի ամի երթային ՚ի նինուս քաղաք ։ ՚Ի զօրավարութեան՝ և ՚ի բանի բարեկամացաւ ընդ սպարապետի բարեզացոց. և ՚ի նմանէ աղաչեալ՝ քակէր զպետութիւնն ասորեստանեաց։ Օ՛այս դիոդորոս յերկրորդում մատենիցն պատմական դարանի ։ Ի՛ս սոյնս յիշատակէ զասորեստանեաց իշխանութենէն և կեփաղիոն, և ասէ այսպէս ։

itque imperium, postremus sane fuit Assyriorum rex; omnesque suos antecessores mollitie atque ignavia superavit ». Et paulo post ait: » Adeo quidem prodigus fuit, ut non ipse solus foeditate vitam (suam) corrumperet, sed universum quoque Assyriae imperium penitus ut corrumperetur passus fuerit, jaminde a longissimo tempore firmiter stabilitum, ut (supra) memoravimus. Arbaces [1] quidam genere Medus, virilitate generosus, animique vigore praeclarus, dux erat Medorum; unus eorum, qui quotannis Ninum urbem peragrarent. Is ergo, quum in praefectura militiae, per familiarem conversationem, amicitiam coleret cum magistro militiae Babyloniorum, ab ipso rogatus, imperium Assyriorum destruxit ». Haec Diodorus [2] in secundo Bibliothecarum volumine. Praeterea pariter de Assyriorum imperio meminit etiam Cephalio [3], ita verba faciens.

τὴν ἡγεμονίαν, ἔσχατος δὲ γενόμενος βασιλεὺς Ἀσσυρίων, ὑπερῆρεν ἅπαντας τοὺς πρὸ αὐτοῦ τρυφῇ καὶ ῥᾳθυμίᾳ. (Καὶ μετ' ὀλίγα). καὶ τοιοῦτος ὢν τὸν τρόπον, οὐ μόνον αὐτὸς αἰσχρῶς κατέστρεφε τὸν βίον, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἀσσυρίων ἡγεμονίαν ἄρδην ἀνέστρεφε πολυχρονιωτάτην γενομένην τῶν μνημονευομένων. Ἀρβάκης γάρ τις, Μῆδος μὲν τὸ γένος, ἀνδρείᾳ δὲ καὶ ψυχῆς λαμπρότητι διαφέρων, ἐστρατήγει Μήδων τῶν κατ' ἐνιαυτὸν ἐκπεμπομένων εἰς τὸν Νῖνον. κατὰ δὲ τὴν στρατηγίαν γενόμενος συνήθης τῷ στρατηγῷ τῶν Βαβυλωνίων, ὑπ' ἐκείνου παρεκλήθη καταλῦσαι τὴν τῶν Ασσυρίων ἡγεμονίαν. (Ταῦτα ὁ Διόδωρος, etc.)

Կեփաղիոնի վէպագրի՝ վասն ասորեստանեաց Նոյ ընտանոցն բնիկեանն ։

Cephalionis historiographi de Regno Assyriorum.

(Syncell. pag. 133.)

Սկսանիմ գրել՝ յորոց և այլք յիշատակեցին. և նախ՝ եզանիկոս

» Incipio [4] scribere (ea) de quibus et alii commemorarunt; atque impri-

Ἄρχομαι γράφειν, ἀφ' ὧν ἄλλοι τε ἐμνημόνευσαν, καὶ τὰ πρῶτα Ελλά-

omisit, sed Africanus vel potius Syncellus quatuor aut quinque reges redundanter inserui; qui tamen reges non sunt ex posteritate Nini, sed ex iis qui ante illum fuerunt: quibus detractis, omnium verba cohaerent a Nino usque ad Sardanapalum; sunt enim omnes reges XXXV. a Nino usque ad Sardanapalum exclusive ex una vel altera parte, sive XXXVI. inclusive ex utraque, ut videbis paulo post in accuratissimo Eusebii Catalogo. Omitto quod Scal. debuit Diodoro rem adscribere potius, quam Ctesiae, de quo infra Eusebius acturus est ex Cephalione. Sed ut ad praesentem lectionem revertamur, illud πέμπτος, quod apud Diod. desse omnes fatentur, sin minus a librario omissum, certo certius incuria depravatum fuit, ita ut pro πέμπτος irrepserit μὲν ὤν; ut legitur apud Diod. ubi Scal. voluit retineri solum μεν: neque animadvertit vel redundare id, quod vix novit Syncellus, vel mendose locum habere vocis πέμπτος, quam quaerit. Rectius ageret, si retinuisset illud ὤν, pro quo Arm. habet կր, et omisisset alterum μεν, quod nullius momenti est.

1 Quod a Graecis vulgo dicitur Ἀρβάκης, Lat. *Arbaces*, Armenii jam antiquitus appellabant appellantque *Varbacen*, cum additamento praefixi վ. v. id quod minime servandum in Lat. putavimus.

2 Ταῦτα ὁ Διόδωρος: ita cum Eusebio concludere voluit et Syncellus Diodori locum, quamvis decurtando, ut et hoc indicet se non Diodorum, sed potius Eusebium descripsisse.

Porro valde convenit post Chaldaeorum commentaria, Hebraeorum quoque majorum historiam proxime connecti. Verum, quae ad diluvii enarrationem spectant, ab ipsis (Hebraeis) memoriae prodita, toto caelo a Graecis fabulis distant, quas de diluvio sub Deucalione facto (Graeci) proferunt; atque plurimum antecedunt Ogygi aetatem, et pariter magnum Diluvium a Graecis sub Ogygo commemoratum: omnino (inquam) diluvium ab Hebraeis enarratum, ab illis temporibus distat; ita ut praecedat mille ducentis ferme annis Ogygi tempora; eaque ante diluvium sub Deucalione factum CCL. annis antecedere comperiuntur.

Verum enim vero cum Assyriorum commentariis, et historiis in iis, quae de diluvio traduntur, non modicam affinitatem Hebraeorum scripta praeseferunt; quibus edocemur, ante diluvium, successiones generationum ad decimum usque numerum extensas fuisse ac completas.

Ceterum, post diluvium a tribus viris, per universum orbem terrarum genus humanum propagatum est[2]. Si-

. . . . Καὶ ἔλαβε Θάῤῥα (vel Θάρα) τὸν Ἀ῎βραμ υἱὸν αὐτοῦ, καὶ τὸν Λὼτ υἱὸν Ἀ῾ρράν, υἱὸν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, καὶ τὴν Σάραν τὴν νύμφην αὐτοῦ, γυναῖκα Ἀ῎βραμ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, καὶ ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐκ τῆς χώρας τῶν Χαλδαίων. Genes. XI. 31.

ալն։ » Est et alia quaedam ratio describendi commentitia eorum dicta. Etenim Chaldaeus fuit Abraham, ejusque Majores ex Chaldaeorum regione erant, sicut Liber Geneseos declarans indicat, etc. «

1 Vers. τῶν LXX. a nobis è regione collocata convenit cum lectione Eusebiana; nec distat lectio Lat. Vulg. nisi in nomine *Ur*. » Tulit itaque Thare Abram filium suum, et Lot filium Aran, filium filii sui, et Sarai nurum suam, uxorem Abram filii sui, et eduxit eos de Ur Chaldaeorum «: ubi pro *Ur*, LXX. habent *regio*. Arm. in Eus. երկիր, *terra*, in sacro textu աշխարհ, *regio*. Sed Lectio Arm. text. ibi in Gen. habet ulterius և զնաքովր զորդի իւր, *et Nachor filium suum:* quod desideratur apud alios, nisi solum Samaritanus textus memorat *Melcham uxorem Nachor filii Tharae*. Insuper nota obiter, pro illo զորդի որդւոյ իւրոյ, quod legitur in Gen. convenienter caeteris *filium filii sui*, υἱὸν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, Interpretem Eusebii apposite reposuisse զթոռն իւր, quod idem declarat. sc. *nepotem suum*, (ex filio, id est, ex Aran).

2 Similia percurrit fusius Joseph. Lib. I. Antiq. c. 6. quem forsan consuluerit Eusebius; sicut et S. Hier. utrumque consuluisse videtur in Lib. Quaestionum Hebraicarum in Genesim. Legas, velim, loca citata non modicum opportuna ad dilucidationem Auctoris nostri. Ea verò, quae uberius congessit Scaliger de posteritate trium Noachi filiorum in suis excerptis Pseudo-Eusebianis, Syncelli et Cedreni sunt collectiones, a quibus longe hic abest auctor noster. Unus Asolicus auctor Arm. ad verbum Eusebii integram paginam descripsit L. I. c. 5. ita ut commodius hoc in loco transcribi operae pretium sit, quippe qui prodesse possit pro altero Eusebiano codice. Sic ergo fert textus et lectio Asolici. * Յետ ջրհեղեղին յերից որանց ընդ բնաւ իսկ տիեզերս ազգ մարդկան սերեցան։ Վասնզի յաբեթեայ ութնեկ ազգաց բնակութիւն։ Եւ՝ ի քամեայ չորեքազոց աշխարհն և զերկոսոս. և ՚ի նմանէ անդր յարեմտեայ կողմանս։ Եւ՝ ի սեմայ՝ որ երից եգրայրն էր, զասորեստանեաց, և զամենայն կողմանս արևելից։ Եւ զրաբշլոնի զառաջին չինուածն՝ նեբրոթովթայ համարին երբայեցւոց գիրք։ Եւ առաջին թագաւոր քան զամենեսեան՝ զնա ասեն չինել, սկայ՝ ի վերայ երկրի։ Եւ եղև սկիզբն թագաւորութեան՝ բաբելոնի, և ուրկդ, և աքաթ, և քալանէ յերկրն սենեաբ։ Յերկրէն յայնմանէ էլ ասուր, և չինեաց զնինուէ, որ է առաջին քաղաք ասորւոց, զոր չինեաց ասուր, և էր յորգւոցն սեմայ, զորմէ ասացաք ունել զամենայն կողմանս արևելից։ Եւսեբն լինել որդի սեմայ զէլամ և զասուր և զարփաքսաթ և զարամ և զլուդ։ Եւ յհէլամայ լինին էլամացիք՝ առաջին ազգ պարսից. յորոց և էլիմայիս քաղաք չինի։ Եւ յասուրայ ասորեստանեայք։ Եւ յարփաքսաթեայ արփաքսացիք, որ և քաղդէացիք կոչեցան։ Եւ յարամայ արամացիք, որ և ասորիք անուանին։ Եւ՝ ի վերագայ վերագայիք ‖։ Ultrò omittimus interpretationem Latinam, ne eadem, quae in textu Eusebiano, repetantur. Sed placeat audire verba Thomae quoque Arzeruuii, antiquissimi Armeniaci Scriptoris, nominatim Auctorem nostrum citantis. Lib. I. c. I. * Սկիզբն չինի զէլամ և զասուր և զարփաքսագ և զարամ և զլուդ. ասուր չինէ զնինուա քաղաք, որ է նինուէ. որ կոչի առաջին ասորիք։ Իսկ նեբրովթ՝ ՚ի քամայ՝ չինէ զբաբէլն առաջին քաղաք, և առաջին՝ թագաւորէ ՚ի վերայ երկրի... քանզի որպէս գրե-

թէ եւրոպէն ամենայն, և յամմոն լեռնէ մինչև յարեմտեայ ովկիանոսն ասեն զաղգացն բնակութիւն։ Եւ 'ի քամայ զեգիպտոս և զլիբէացւոց աշխարհն, և ևս անդր զամենեւեսեան յարեմտից կողմանցն։ Եւ 'ի սեմայ՝ որ երից եղբայրն էր, զասորեստանեայս և զամենայն կողմանս արեւելից։

quidem a Japheth totam Europam, atque ab Ammano monte usque ad occidentalem Oceanum gentium habitationes extitisse dicunt. Et a Cham, Aegyptum, Libyamque, nec non ulteriores omnes occidentalium partes. A Sem vero, qui major natu frater fuit, Assyrios, omnesque partes orientales.

Եւ զբաբէղոնի զառաջին շինուածն ներքովիթայ համարին եբրայեցւոց գիրք։ Օ՛այս ձև օրինակի ըստ սմին բանից պատմին, թէ քուշ ծնաւ զներքովիթ։ Վ՛ուշն է եթէ ասվպացի, յորմէ ծնեալ համարին զներքովիթ. զորմէ և ասէ իսկ գիրն, թէ նա սկսաւ՝ լինել հսկայ 'ի վերայ երկրի. նա էր սկայ որսորդ առաջի ՚ի՛. վասն այնորիկ ասեն՝ թէ իբրև զներքովիթ սկայ առաջի ՚ի՛. և եղև սկիզբն թագաւորութեան նորա բաբէղն, և որէդ, և աքադ, և քաղանէ յերկրին սենայար։ Յերկրէն յայնմանէ էլ ասուր, և շինեաց զնինուէ, և զլնուէ զնինոս ասեն լինել, որ էր առաջին արքունի քաղաք ասորեստանեաց, զոր շինեաց ասուր. և էր յորդւոցն սեմայ. զոր ասացաք ունել զամենայն կողմանսն արեւելից։

Եւ քուշ լինել և որդի սեմայ զէլամ և զասուր և զարփաքսադ և զարամ՝ և զղուդ։ Եւ յղ յերկմայ լինէին եղամացիք առաջին ազգ պարսից. յորոց և եղամայիս քաղաքն շիներ։ Եւ յասուրայ ասորեստանեայք. շիներ ասուր զնինոս քաղաք՝ որ կոչեցաւ նինուէ։ Եւ յարփաքսադայ արփաքսայիք, որ և քաղդեացիք կոչէին։ Եւ յարամայ արամացիք, որ և ասորիք անուանէին։ Եւ 'ի ղուդայ լիդացիք։ Եւ արփաքսադայ լինէր որդի սաղա. և 'ի նմանէ եբեր. յորմէ եբրայեցւոյն անուն և ազգ սերէր։ Եւ յեբերայ վեցերորդ պապազատ լինէր աբրահամ՝ հրէից ազգին նահապետ. Ի. երորդ ազգ յետ ջրհեղեղին։ Եւ յսալափ բաւական լնգի։ Վ՛անգի ցուցաւ փոքր 'ի շատէ՝ թէ ընդ քաղդեացիս և ընդ ասորեստանեայս ազգականութիւն խառն է եբրայեցւոց. վասն որոյ 'ի դէպ իսկ է անդէն առ նոսին առնել սկիզբն եբրայեցւոց ժամանակագրութեանն։

At Babylonis primam aedificationem Nembrodi adscribunt Hebraeorum Scripturae. Hoc enim modo, atque his verbis referunt; quod » Chus genuit Nebrod «. Chus est Aethiops, a quo Nebrod natum arbitrantur; de quo ait quidem Scriptura, quod » Ipse coepit esse Gigas super terram. Ipse erat Gigas venator coram Deo; ob hoc dicunt: quod, quasi Nebrod Gigas coram Deo [1]. Et factum est initium regni ejus Babylon, et Ored [2], et Achad, et Chalane in terra Senaar. De terra illa exiit Assur, et aedificavit Niniven «. Niniven Ninum esse ajunt, quae Assyriorum prima urbs regia erat, quam aedificavit Assur. Erat autem is ex filiis Sem; quem omnes orientalium partes comprehendisse diximus.

Dicunt quoque, filios Sem fuisse Elam, et Assur, et Arphaxad, et Aram, et Lud. Porro ab Elam originem duxerunt Elamitae, prima gens Persarum; a quibus Elamais quoque urbs condita fuit. Ab Assur autem Assyrii; aedificavit (vero) Assur Ninum urbem, quae vocata est Ninive. Et ab Arphaxad, Arphaxadaei; qui etiam Chaldaei vocabantur. Ab Aramo autem Aramaei; qui Syri quoque appellabantur: Et a Lud, Lydi. Arphaxadis vero filius fuit Sala; et ab ipso Heber; a quo Hebraeorum nomen, et natio propagata fuit. Ab Heber autem ipso sextus familiae princeps per successionem extitit Abraham, Judaeorum nationis Patriarcha, decimaque generatio post diluvium. Haec autem sufficiant: siquidem satis probatum fuit, cum Chaldaeis et Assyriis propinquitate commixtos fuisse Hebraeos; ideoque satis congruum erit statim post eos Hebraeorum Chronologiae exordium ducere.

Χοὺς δὲ ἐγέννησε τὸν Νεβρώδ. οὗτος ἤρξατο εἶναι γίγας ἐπὶ τῆς γῆς. ἦτος ἦν γίγας κυνηγὸς ἐναντίον κυρίου τοῦ Θεοῦ. διὰ τοῦτο ἐροῦσιν, ὡς Νεβρὼδ γίγας κυνηγὸς ἐναντίον κυρίου. Καὶ ἐγένετο ἀρχὴ τῆς βασιλείας αὐτοῦ Βαβυλὼν, καὶ Ὀρὲχ, καὶ Ἀρχάδ, καὶ Χαλάννη, ἐν τῇ γῇ Σεναάρ (vel Σενναάρ). Ἐκ τῆς γῆς ἐκείνης ἐξῆλθεν Ἀσσούρ. καὶ ᾠκοδόμησε τὴν Νινευὶ (vel Νινευή). Genes. x. 8. 11.

ցան, ասուր 'ի սեմայ՝ շինէ զնինուէ, և սենեքերիմ պայազատաբար Թագաւորէ 'ի նինուէ. և ասի ասորոց Թագաւոր. Հաւասախս այս մեզ. Եւսեբիոս կեսարացի, յուբիանոս աղեկառնացի սուգպաքանէն զԹագաւորս ասորւոց 'ի գաւակէ սեմայ զանձնուան առնէլ. որպէս 'ի կանոնսեալ սահմանէն (է) իմանալ ||։

1 Euseb. bis legit *coram Deo*; sicut Vulg. Lat. textus Gen. bis habet *coram Domino*, at versio τῶν LXX. primo loco *coram Domino Deo*, secundo tantum *coram Domino*. Arm. vero, utrobique *coram Domino Deo*.

2 Որէդ. Arm. lectio tam in Euseb. quam in Genes. aeque habita, collata cum Gr. Ὀρὲχ, forte legenda *որէք*, vel *որէգ*, ita ut facile pro գ, irrepserit դ; sicut et Lat. *Arach*: sed tamen tam antiqua est haec lectio per դ, ac non semel usurpata, ut etiam Asolicus in transcribendo Eusebio semper id retinuerit, legens *որէգ*, ideoque nil obstat quin dicamus nostrates legisse Ὀρὲδ, tam in Gen. quam in Euseb.

(Locus Graeci textus)

Ետ արդ սկիզբն ժամանակագրութեանս՝ առաջին զայն պատմէ, որ ըստ մերոց լինելոց մնից է՝ զառ՚ի բաց թուեցանցն վերակոչել. առաջին պատմութիւն կարգէ զազգաց մարդկան. որոց նախն նահապետ զադամ՝ քարոզէ, որ էր համանուն հասարակաց ազգի. զի ադամ առ հասարակ ըզբնաւ մարդիկ նշանակէ յերբայեցւոց բարբառն։ Զորոց ժամանակ կենաց յետ տարագիրն՝ ի դրախտէն լինելոյ ասծեղէն ոգին՝ ի ձեռն մովսիսի պատմէ. և կարգ ըստ կարգէ՝ ի նմին յեռեալ յարէ զնորին յետնոց պատճառն զհամար, և ըստ իւրաքանչիւր հասակաց զժամանակսն. որպէս զի՝ ի նմանէ և՝ ի մեզ մարթիցի յերեալ և՝ ի շարի հարկանել զերբայեցւոց ժամանակագրութիւնն։ Վասն զի յանուանելոյ այդ դրախտին բնակութեան չէ՛ ումեք հնար զժամանակն նշանակել։ Ասուի ինձ թէ և զարմանալին մովսէս՝ ասծեղէն հոգւովն զլաւ իմն բնակութենէ քան զմերոյ աշխարհիս՝ զազմերան կայանացն զասծասէր կենաց ակնարկիցէ. քանզի և դրախտ անուանէ զառաջին ազգի մարդկան բնակութիւն. զի էր՝ ի դրախտին ադամ՝ յանուշակ և յերանալից կեանսն քան զմարդկան. ո՛րոյ ամենևին իսկ զամենայն ազգս մարդկանէ յայտ առնելոյ նշանակէ։

Itaque initium hujus Chronologiae illud primum narrat, quod ad nostram originem declarandam pertinet, deflexionemve ab optimo statu [1]; primam contexens historiam de hominum generationibus; quorum primum Patriarcham Adam praedicat; cujus nomen universo hominum generi prorsus convenit. Adam enim Hebraeorum lingua universim omnes homines significat. Quorum (sc. primorum parentum) vitae tempus, postquam ejecti a Paradiso fuissent, Divinus Spiritus per Moysen enarrat; atque ex ordine conjunctim addit Posterorum, qui ei successerunt, enumerationem; ac secundum quamlibet aetatem, temporis spatium; ut inde nobis quoque connectere Hebraeorum Chronologiam, in seriemque reducere liceat: etenim ab ipsa habitatione in Dei, ut nominatur, Paradiso, nemo tempora designare ullo modo poterit. Et quidem, ut mihi videtur, ipse quoque mirabilis Moyses Divino Spiritu de meliore quodam habitaculo, quàm nostri orbis, de felicissimae, inquam, mansionis divina vitae ratione annuit: namque Paradisum nuncupat primam generis humani habitationem; erat enim in Paradiso Adam, dulci ac felicitatis plena fruens vita supra humanam conditionem: quo omnino quidem de universo humano genere declarasse compertum est [2].

Ոչ՚ այլ ոչ եթէ զայն բնակութենէն զՏառս առնուցու պատմել մեր այժմու ժամանակագրութիւնս. և ո՛չ յորմէ հետէ երկնից և երկրի և ամենայնի արարչութիւն հաստատեցաւ՝ եկաց. զոր ոմանք կարծեցին. այլ՝ յորմէ հետէ մնհկանացու ըստ մեզ կարգեցաւ ազգս, և յորմէ հետէ յառաջին նախնւջէն այսպիսի մուտ ձա նապարհի զմեզ առ սկիզբն լինելոյ։ Այո էր՝ որ՝ ի դրախտէն անկաւ, և յանուշից և՝ ի բազմերան կենացն տարագիր գտանէր. և անուանեալ կոչեցաւ ադամ. զորոյ զօրհասական և զմնհկանացուն կենաց զթիւ առ մեզ յերբայեցւոց գրոց գումարեալ, ևս յառաջ՝ ի յայնորդն խառնեցից. ուստի և երբայական ժամանակա-

Verum enim vero nec ex illa habitatione principium sermonis facere haec nostra Chronographia assumet; neque ex quo caeli et terrae, et rerum omnium creatio facta est; ut quidam crediderunt (se potuisse). Sed ex quo, mortalis secundum nos haec generatio est effecta, et ex quo talis viae (sc. mortalis vitae) nos a primo Parente initium duximus [3]. Hic sane erat, qui e Paradiso cecidit, et a suavissima felicissimaque vita proscriptus est; cuique nomen Adam: cujus fatalis mortalisque vitae annorum numerum ex Hebraeorum libris colligens, sequenti sermone proferam, unde quoque Hebraeorum Chronologia incipit: a quo nimirum et ipsius Moysis liber

1 Obscurum omnino cernimus locum, quem ideo ad verbum transferre vix potuimus, forte neque ad certum sensum; ita ut possit sic etiam reddi: » Illud primum enarrat, quod nobis viam paret ad initium faciendum verbi, primam nimirum exponendo historiam de aversione humani generis a bonis, etc «. Vel potius ita quoque. » Illud primum enarrat, quod ad nostrum futurum ingressum in bona, a quibus defleximus, spectat (de Paradiso scilicet), atque primam historiam de humano genere exponit (sc. de creatione ejus) «. Etenim reipsa ita res se habet, cum de Paradiso et creatione hominis primum verbum agat. Tota difficultas in eo est, ut interpunctio certa seligatur, sensusque vocis լինելոյ, sicut etiam մնից, ad certam sententiam reducatur.

2 Յայտ առնելոյ, si possit eo intelligi sensu, quo alibi per Hellenismum usurpatur յայտ արարեալ, pro scilicet δηλωθέντος, reddendum erit, » de universo humano genere antea memorato «. Item cum subsequens vocabulum possit legi նշանակ է, i. e. *signum est*, vel նշանա կէ, sc. *significat*, quovis modo accipias. Sensus quidem videtur esse, quod quicquid felicitatis de primo statu protoplasti describit sacra scriptura, id de cunctis quoque hominibus voluisse subintelligi, siquam in Paradiso sedem statuissent.

3 Ad verbum. » Et ex quo talis viae introitus pro nobis a primo Majore (sc. Parente) initium fecit «.

դրութիւնն սկիզբն առնէ, յորմէ և մինչեւ սա դիրքն զայս ձև օրինակ ի կիր արկեալ պատմէ։

Եւ եհան ասէ զնա, յայտ է թէ զառաջին մարդն, տէր նմա ի դրախտն փափկութեան, գործել զերկիր՝ ուստի առաւ. և եհան զազամ և բնակեցոյց դէմ յանդիման դրախտին փափկութեան։ Օրովք ա ծեալ՝ ասէ. Եդեալ ազամ առ ևայ կին իւր. յղացաւ և ծնաւ զկայէն։ Ասի այսուհետև սկիզբն առնուցու մեր այժմ ժամանակագրութիւնս. և զառաջին ինչ պատմութիւն՝ ի յաջորդաց ժամանակացս յարեալ՝ իրրև զանձաւ ի բաց մերձ ձեալ թողուցու։

Զանգի և ի միջ երբայեցւոց բազում ինչ տիաբանութիւն կրի՝ անդէն ի նոցունց բան նոցին ժամանակացն. և արդ՝ լաւ լեցի ի վերոյ հասանել փոփոխմանց բանից արանցն ի նոցանէ. զի յամենեցունց ընդ միմեանս կշռեալ համեմատութենէն՝ Հմարիա զիւան հասանիցի։ Եւ արդ՝ մինչեւ սահման հինգ դպրութիւնք զաշխարհագրծութենէն պատմեն, և յառաջ քան զջրհեղեղն կենաց, և յետ ջրհեղեղին զնախնեացն պատմեւթիւն, և զերբայական պայազատութեանցն, և զմինչեւ ի կենացս վախճանելոյ։ Զ՚յլազդ՝ հրէից յաջորդք ունին զգիր օրինաց, և այլազդ շամրտացւոց՝ որ եկամնաքն էին հրէից։ Եւ նշանագիրք իսկ գրոցն երբայեցւոց՝ այլազդ առ հրէայս գտանին, և այլագունակ առ շամրտացիս. զոր Հմարիա և առաջին հատիւրել և ոչ հրէից իսկ պայազատքն ուրանայցեն։ Զպա ուրեմն չգոյր ինչ ի միջի նոցա այլակերպութիւն մինչև ի նշանագրացն փոփոխումն։ Եւ

hanc loquendi rationem usurpans, enarrat.

» Et emisit [1], inquit, eum «, primum scilicet hominem, » Dominus Deus de Paradiso voluptatis, operari terram, de qua sumptus est. Et ejecit Adam, et habitare fecit e regione Paradisi voluptatis «. Quibus infert dicens: » Cognovit [2] Adam Evam mulierem suam; (quae) concepit, et peperit Cain «. Hinc ergo deinceps nostra haec Chronologia incipiet: primam vero, quaecunque ea fuerit historia, quasi ineffabilem, a successivis temporibus continuatis disjunctam relinquet.

Quando quidem vero et inter Hebraeos multa quippe discordia cernitur quoad tempora jam ab ipsis tradita [3]; expedit itaque varietatem verborum penes eos occurrentem [4], ex ipsis cognoscere: ut ex omnibus ad invicem comparatione facta, perpendatur, ac vera inventio comprehendatur. Porro quinque Libri Moysis de mundi opificio, et de vita quae fuit ante diluvium, deque Antiquorum historia post diluvium, ac Hebraicae familiae successione, et de Moysis obitu, enarrant. Verum aliter posteri Judaeorum [5] habent Legis Scripturam, aliter autem Samaritanorum (posteri), qui advenae fuerant apud Judaeos. Immo et characteres quoque Hebraicae litteraturae alii apud Judaeos reperiuntur, et alii apud Samaritanos; quos pro veris et priscis habendos esse, nec Judaeorum haeredes negabunt. Nulla igitur erat inter eos dissensio usque dum characteres mutati sunt [6]. Quin etiam in

Καὶ ἐξαπέστειλεν αὐτὸν κύριος ὁ Θεὸς ἐκ τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς, ἐργάζεσθαι τὴν γῆν, ἐξ ἧς ἐλήφθη. καὶ ἐξέβαλε τὸν Ἀδάμ, καὶ κατῴκισεν αὐτὸν ἀπέναντι τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς. Genes. III. 23. 24. Ἀδὰμ (δὲ) ἔγνω Εὐαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, (καὶ) συνέλαβεν, καὶ ἔτεκεν τὸν Κάϊν. Genes. IV. 1.

1 Illud ἐξαπέστειλεν, quod sonat, *emisit*, vel *foras misit*, accuratius exprimitur in Arm. versione Genesis per duo verba *եհան արձակեաց*. Interpres autem Eusebii habet solum *եհան*, nisi librarii incuria exciderit alterum verbum. Item egregius in Genesi, *ի դրախտ անտի*, et *յանդիման*, quàm hic *ի դրախտէն* tantum, et *դէմ յանդիման*; quamquam minime distet unum ab altero. Illud verò notum est, in Vulgata lectione Lat. *Cherubim* copulari ad calcem dicti *ante paradisum voluptatis*, at juxta LXX. quos sequitur Eusebius cum Arm. Versione, non hic collocandum, sed sub initio sequentis periodi.

2 Pro ἔγνω quamvis poterat Arm. Interp. ad verbum dicere, ut passim, *գիտաց*, at juxta usitatam linguae proprietatem tam in Genesi, quam in Euseb. dixit *եմուծ*, sc. *intravit*, vel *introivit*, quod non licebat verbotenus refundere in Lat.

3 Quae Eusebius latè in superioribus huc usque disserit, ea Samuel excerpendo in compendium redegit, servatis fere ipsissimis verbis: placeat hic transcribere Armenice tantum, ut juvare quodammodo possit Haicanos lectores. « Եւ արդ՝ սկիզբն ժամանակագրութենդ յԱդամ մինչ ցԱրշամ ազգ ի բազմերանեանն կայանից կարգեցին երկոցունք քաջահմուտ. և որ այլ ինն բաժակ գիտել զժամանակաց թիւս այնր բնակութեան, կամ յաթաբրնութենէ երկնի և երկրի ասել համարձակին. մի հաւատար. զի յորմէ հետ եղ յանուանակ կնոջն, և կոչեցաւ ազամ՝ գոյատրակ գրեաւ մարգիկ նշանակելով, յայնմ հետ անդ սկիզբն ժամանակագրութիւնս։ Եւ զայն՝ զոր ես օրինաւորիցն թարգմանութեան. զի բազում անհարանութիւն ի միջ երբայեցւոցն՝ մանաւանդ վասն թուոյ ժամանակաց՝ գոյանի ||։

4 Sensum, nescio integrumne, reddiderimus, cum verba a librariis, ut videtur, depravata, aegre possimus refundere in Lat. hoc pacto, *mutationum verborum virorum ab iis*. Illud *virorum* omisimus in interpretatione, sed potest etiam servari sub alia quadam fere sententia, hoc modo: » Expedit itaque verborum penes eos viros (sc. Hebraeos auctores) occurrentium notitiam habere «: ita tamen, ut per *viros* intelligantur Scriptores non privati, ut Rabbini, sed publici, ut Interpretes; vel, ita dicam, triplex lectio Hebraica concipiatur, sc. Judaeorum, Samaritanorum, et τῶν LXX. id enim et sequentia postulare videntur: quo posito, facilius erit conjicere legendum esse *երից*, sc. *trium*, pro *մարդոց*, *virorum*.

5 Dehinc solerter observandum est Eusebium *Judaeorum* nomine certam Hebraicae nationis partem appellare, ita ut alterum illud nomen generale *Hebraeus* subdividatur in Judaeos, et Samaritanos; atque consequenter *Hebraica Scriptura* in duo, vel potius in tria exemplaria Bibliae sacrae aeque dividi possit, sc. Judaicum, Samaritanum, et τὸ LXX. quod bene notandum, ne cum passim Hebraici libri memorantur, eo sensu accipias, quo permulti recentiores eruditi usurpant, qui nimirum eo nomine Judaicum tantum exemplar significant.

6 Locus ad sensum aliquo modo descriptus apud Syncellum cum sequentibus, vel paullo aliter expositus, p. 56. Μέχρι τοίνυν τοῦ κατακλυσμοῦ καθὼς πρόκειται διαφωνοῦσι τὰ Ἑβραϊκὰ ἀντίγραφα πρὸς τὸ Σαμαρειτῶν ἀρχαιότατον, καὶ τοῖς χαρακτῆρσι διαλλάττον, ὃ καὶ ἀληθὲς εἶναι καὶ πρῶτον Ἑβραῖοι καθομολογοῦσιν, ἔτεσι τμδ'. sc. ad verb. » Igitur usque ad diluvium, ut expositum, discrepant Hebraica

'ի ժամանակագրութեանն կարի խոկ չմիաբանութիւն գտանի 'ի միջ երկոցունց կողմանց. զոր խոկին խոկ այժմ առընթերադիր համեմատութիւնս յայտ արարեալ ցուցանիցէ։

Այլ միայն յունարէն թարգմանութեանն սրբչութիւն 'ի հրէական նէն իւիք իւիք կարի խոկ այլակերպ է։ Այլ 'ի շամրտացւոց լեբրայական նէն ոչ կարի. այլ մինչև ցջրհեղեղն չմիաբանէ, բայց անտի մինչև ցաբրահամ համառ սիս միաբան ունի զաւանդութիւնն, որ առ մեզ ընթերցուածք է՝ եօթանասնից արանց հերքայեցւոց թարգմանութիւն, յաշխարհին բաբբառոյ 'ի յունարէն լեզու դարձուցեալ. զոր առ փիղադելփոս պտղոմիէս միաբան համարեան աւանդեալ՝ յաղէքսանդրացւոց քաղաքին 'ի մատենադարանի իւրեանցն եդեալ պահելին փութով յօժարութեամբ։ Այլ արդ՝ եդից միայն միջոկ կարգաւ զիւրաքանչիւր գրոցն դրոշմատորութիւն. զի դիւրաւ հասանիցէ խելամտաւ լինել այլակերպութեան իւրաքանչիւր գուշակաւոր պատմութեանցն։

Chronologia inter utramque partem reperitur dissensio; quam mox ex opposito collocata mutua comparatio manifeste indicabit.

Solummodo editio Gracae versionis a Judaica in nonnullis quam maxime differt. At ab Hebraica Samaritana non multum: quamvis enim usque ad diluvium discrepet, exinde tamen usque ad Abrahae aetatem, consentaneam tenet traditionem, ea nempe, quae apud nos habetur, Lectio: inquam, Septuaginta virorum Hebraeorum ex sermone eorum regionis in Graecam linguam translatio; quam sub Ptolemaco Philadelpho iisdem verbis et eodem sensu traditam, apud Alexandrinorum urbem in regia Bibliotheca (archiviorum) diligenter conservabant repositam. Igitur uniuscujusque Scripturae formulam singulatim ex ordine jam inseram, ut facile intelligi possit cujuslibet propheticae (aut praedictae) historiae dissimilitudo.

(Syncellus, apud Hieronymum de Prato.)

Εἰδωμεν οὖν πρῶτον, ὅπως ἡ τῶν Ο' ἑρμηνεία τὴν ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι τῆς τοῦ Ἀβραὰμ γενέσεως χρονογραφίαν παρείληφεν.

Videamus [1] itaque primum, quomodo [2] Septuaginta interpretatio ab Adam usque ad Abrahae [3] nativitatem habeat chronographiam.

ԵՕԹԱՆԱՍՆԻՑՆ. Τῶν septuaginta.

ա. Ադամ եղեալ ամաց՝ ՃԼ. ծնաւ զսէթ. և եկեաց առ նովաւ ամս. Շ. մինչև ի Ռ. ամն մաղաղայէլի։

1. Primus homo Adam cum esset annorum CCXXX. generat Seth: vixitque superstes [4] annis DCC. usque ad annum CXXXV. Malaleel.

Πρῶτος ἀνθρώπων Ἀδάμ, γενόμενος ἐτῶν σλ'. γεννᾷ τὸν Σήθ, καὶ ἐπέζησεν ἔτη ψ', μέχρι ρλέ, ἔτους Μαλαλεήλ.

exemplaria a Samaritanorum exemplari antiquissimo, eoque Characteribus longe differente, quod quidem verum ac primum esse Hebraei ipsi confitentur, annis 349 «. Vel juxta Latinitatem Goari. » A vetustissimo itaque et longe diversis characteribus exarato Samaritanorum exemplari, licet alias fidelissimo, et ab Hebraeis tamquam primo probato, ipsi Hebraici codices annis 349. ad diluvium usque discrepant «. Suffragatur huic sententiae veluti certae S. Hieronymus, rem altius repetens, Praefat. in Libros Reg. » Samaritani, inquit, Pentateuchum Mosis totidem literis scriptitant, figuris tantùm ex apicibus discrepantes: Certum est Esdram, Scribam, legisque Doctorem, post captam Hierosolymam, et instaurationem templi sub Zorobabel, alias literas reperisse quibus nunc utimur; cùm ad illud usque tempus iidem Samaritanorum et Hebraeorum characteres fuerint «: quae verba S. Interpretis de integro citavit etiam Morinus in Praefat. Vers. τῶν LXX. Caeterum de novis Characteribus Esdranis occurret infra Eusebii auctoritas.

1 Jam pervenimus ad celeberrimum Eusebii locum, utpote nominatim a Georgio Syncello citatum, plenisque paginis verbotenus ac fideliter descriptum; hanc enim sinceram Syncellus ipse exaravit inscriptionem in laudandis his Auctoris nostri fragmentis: Εὐσεβίου πρὸς λέξιν. p. 65. et 66. sc. » *Eusebii ad verbum* «: quasi diceret, ut patet, totidem verbis scribit Eusebius in suis chronicis; ut reipsa scripta sunt et in nostra interpretatione. Quo sane facto optime meruit Syncellus ante laudatus de omnibus Eruditis Eusebio-Chronico-philis, valde optantibus vel modicam hujus Eusebianae elaborationis ideam attingere. Quapropter adeò gavisus est hoc loco Scaliger, ut voluerit hoc ipso fragmento ornare principium centonis sui (quamvis imperfecte, ut videbis infra), ne quis et circa alia excerpta sua dubitaret umquam de certis fontibus, ex quibus totam Eclogen hauserit. Sed utinam et succedentia loca similem haberent auctoritatem; neque, inter innumera aliâ incerta falsaque fragmenta, hoc unum cum aliis paucissimis genuinum intersertum, graviter offenderet studiosorum animos; qui profecto tantam confusionem horrentes, valde ambegerunt, ne falsa amplecterentur, aut vera rejicerent; sed de his fuse in Praefatione nostra. Interim vero ingentes coginur gratias Syncello agere, eo quod πρὸς λέξιν satis longum Eusebii locum afferens ex autographo, fidem Armeniaci nostri codicis iterum atque iterum firmare visus est. Quamvis enim et sine Syncello vix careret fide antiquissima interpretatio Armena, sed tamen profuit, ut etiam per eumdem ipsum auctorem veritas clarius eluceret, imo ut magis familiaris esset Latinis ipsis, qui solent a Graecis fontibus Graecos auctores jure perpendere. Inter quos vel nostra aetate Hieronymus de Prato doctissimus vir, hunc Syncelli locum sibi conciliavit ad confirmandum Eusebii genuinum textum, contra Vallarsium et Scaligerum sibi invicem adversantes, et dissimili euntes via; quique peculiarem de praesentibus rebus dissertationem exactissimam confecit, cum accurata lectione, integraque hujus loci translatione, quam nos saepe habuimus prae manibus, eo quod illa ad nostram interpretationem mirifice facit.

2 *Ομάρτ.* probat certam lectionem Prati ὅπως, ad fidem, ut ait, Mss. A. et B. ubi Goar legit πῶς; Scaliger penitus tacet. Eodem pacto saepe saepius Prati lectio, ut quae magis ad nostram accedit, a nobis probatur usurpaturque, dissimillimis singulorum lectionibus in adnot. redactis, cum scilicet scitu dignum aliquid esse censemus.

3 Manifesto typographi vitio (ut benigne interpretemur) in edit. Scaligeri pro Ἀβραὰμ irrepsit Ἀσρὼν. Illud vero nomen Armenium ցԱՌունգան, vel legas, ցԱՌունգն, vel eo sensu accipias velim, ut rerum ordo postulat, et Gr. lectio affirmat.

4 Arm. dehinc ubique uniformiter habet ad normam Gr. textus,

ը. Ամի լեալ ամաց ՃԵ. Ծնանի զԵնովս. և եկեաց առ նովաւ ամս չԷ. մինչև ի ԶՐ. երդդ ամի ենդ քայ։

II. Seth [1] annos natus CCV. generat Enos: et superstes fuit DCCVII. annis usque ad annum XX. Enoch.

Σὴθ γενόμενος ἐτῶν σέ. γεννᾷ τὸν Ἐνώς, καὶ ἐπέζησεν ἔτη ψζ', μέχρις εἰκοστοῦ ἔτους Ἐνώχ.

թ. Ենովս լեալ ամաց ՃՂ. Ծնանի զկայինան. և եկեաց առ նովաւ ամս չԺԵ. մինչև ի ԺՋ. երդդ ամի մնթ ուսաղայի։

III. Enos annorum CXC. generat Cainan: et postea vixit annis DCCXV. usque ad LIII. annum Mathusalae.

Ἐνὼς γενόμενος ἐτῶν ρϋ. γεννᾷ τὸν Καϊνᾶν, καὶ ἐπέζησεν ἔτη ψιέ, μέχρι νγ'. ἔτους Μαθουσάλα.

ժ. Կայինան լեալ ամաց ՃՀ. Ծնանի զմաղաղայէղ. և եկեաց առ նովաւ ամս չԺԸ. մինչև ի ՃՁ. ամի զամբքայ։

IV. Cainan annos CLXX. natus, generat Malaleel: et vixit adhuc annis DCCXL. usque ad annum LXXXI. Lamech.

Καϊνᾶν γενόμενος ἐτῶν ρό. γεννᾷ τὸν Μαλαλεήλ, καὶ ἐπέζησεν ἔτη ψμ', μέχρι πά. ἔτους Λάμεχ.

ի. Մաղաղայէղ լեալ ամաց ՃԿ. Ծնանի զՅարեդ. և եկեաց առ նովաւ ամս չԼ. մինչև ի ՃԽ. ամի նոյն։

V. Malaleel anno CLXV. generat Jared: tum vixit adhuc annos DCCXXX. usque ad XLVIII. annum Noe.

Μαλαλεήλ γενόμενος ἐτῶν ρξέ. γεννᾷ τὸν Ἰάρεδ, καὶ ἐπέζησεν ἔτη ψλ', μέχρις μή. ἔτους Νῶε.

լ. Յարեդ լեալ ամաց ՃԿԲ. Ծնանի զԵնոք. և եկեաց առ նովաւ ամս ՃՂ. մինչև ՚ց ՍՃ. ամի նոյն։

VI. Jared annos natus CLXII. generat Enoch: posteaque vixit annos DCCC. usque ad annum CCLXXX. Noe.

Ἰάρεδ γενόμενος ἐτῶν ρξβ'. γεννᾷ τὸν Ἐνώχ, καὶ ἐπέζησεν ἔτη ω, μέχρι σπ'. ἔτους Νῶε.

խ. Ենոք լեալ ամաց ՃԿԵ. Ծնանի զմաթուսաղայ. և եկեաց առ նովաւ ամս. ՚ի փոխեցաւ յամին ե բեանեբորդի երբորդի ամբքայ։

VII. Enoch annorum CLXV. generat Mathusala: et superstes fuit annis CC. (post quos) translatus fuit anno tricesimo tertio Lamech.

Ἐνὼχ γενόμενος ἐτῶν ρξέ. γεννᾷ τὸν Μαθουσάλα, καὶ ἐπέζησεν ἔτη σ'. καὶ μετετέθη ἐν ἔτει λγ'. τοῦ Λάμεχ.

ծ. Մաթուսաղայ լեալ ամաց ՃԿԵ. Ծնանի զղամէք. և եկեաց առ նովաւ ամս պՁ. զսովաւ անցանել ջրհեղեղին ամբք ԹՁ. որ զկենաց նորա զթիւ յայտ առնէ։ Իսկ ե

VIII. Mathusala annos natus CLXV. (lege CLXVII.) [2] generat Lamech: et vixit adhuc annos DCCCII. Hunc diluvium praeteriisse annis XXII. quod ipsius vitae numerum declarat. Ut [3]

Μαθουσάλα γενόμενος ἐτῶν ρξζ'. γεννᾷ τὸν Λάμεχ, καὶ ἐπέζησεν ἔτη ωβ'. (*Sync. p.* 16. *et* 91. *unde Hier. de Prato.* 482.) τοῦτον ὑπερβῆναι τὸν κατακλυσμόν, ὁ τῆς ζωῆς αὐτοῦ

haec tria. Primum, *լեալ ամաց*, quod sonat *factus*, vel *existens annorum*, haud secus ac Gr. γενόμενος ἐτῶν. Secundum, *ծնանի*, sc. *generat* seu *gignit*; non aliter sonat et Gr. γεννᾷ. Tertium, *և եկեաց առ նովաւ*, id est ad verbum, *et vixit sub eo*, aut *ad haec*: quod habet locum illius Gr. καὶ ἐπέζησεν, hoc est, *et supervixit*, postquam filium procreavit. Nos itaque volentes summam inter utramque lectionem declarare concordiam, pro primo nunc diximus, *cum esset annorum*; idem fecerat et Prosper Aquitanus in transcribendo fere hoc Eusebii loco in aditu Chronici: nunc, ut Isidorus alter Eusebii eclogarius satis duxit semper dicere solum, *annorum*; omitto Goarum in Syncello reponentem *annis natus*, et Pratum variè exornantem, *anno, annorum, annos natus, natus annos, cum esset annorum, cum annos expleret, annum agens, cum ageret annum*, etc. eo scilicet consilio, quia sciebat eorumdem verborum iterationes recentioribus afferre molestiam. Pro secundo constanter reposuimus verbotenus *generat*, etsi Latini magis soleant dicere *genuit*, ut Prosper et Isidorus in primis, et Goar postea dixerunt. Prat. vero nunc *genuit*, nunc *generavit* adhibuit. Pro tertio demum (quod non habent Prosp. et Isid.) placuit cum Goaro saepe dicere *vixitque superstes*; ubi Prat. variè de more, *vixitque postea, et superstes fuit, vixit adhuc, tum vivit, vivitque adhuc* etc. Haec necesse fuit, quamvis levia, adnotare ad codicis nostri interpretationis fidem declarandam.

1 Samuel Armenus, Eusebii plerumque sincerus sectator, cum praesentem genealogiam ad vestigium ejus concinnarit, voluit aliunde adjicere etiam nomina uxorum uniuscujusque Patriarchae; quae nomina ex Rabbinorum traditione procul dubio profluxerunt: quaeque cum sint curiosa, libet hic ea transcribere. I. Եւա, *Eva*, (de qua nulla poterit esse controversia) Uxor Adam, Seth mater. II. Ազուրա *Azora*, uxor Seth, Enos mater. III. Նուհնա, *Nuena*, Enos uxor, mater Cainan. IV. Մաղալեդա, *Malaleda*, uxor Cainan, Malaleel mater. V. Դինա, *Dina*, Malaleel uxor, Jared mater. VI. Բառաքա, կամ Բաւաքա, *Baracha, vel Bavacha*, Jared uxor, mater Enoch. VII. Ադներքա, *Adenera*, vel *Jadinera*, uxor Enoch, Mathusalae mater. VIII. Եդնա, *Jedna*, Mathusalae uxor, mater Lamech. IX. Բեդնա, *Bedna*, uxor Lamech, mater Noe. X. Նոեմզարա, կամ Նոյեմզարա, *Noemzara*, Noe uxor, quae tres filios genuit. Eodem modo prosequitur et posteritatem Noe, ita ut fuerit, Դիզակլիբադ, *Dizaclibada*, Semi uxor. Ռաբսիա, *Rhabua* Arphaxadis. Մուքա, *Mucha* Salae. Զուբա, *Zuba* Eber. Զիւբ, կամ Զիուբա, *Ziura* Phalek. Սուրա, *Sura* Ragau. Մելքա, *Melcha* Seruch. Յեսքա, *Jescha* Nachor. Յեդնա, *Jedna* Tharae uxor, Abraami mater; sicut etiam uxor Cainan secundi juxta vulgata τῶν LXX. exemplaria superadditi, Սեքա, *Secha* fuerit. Sed quis aurem praebeat talibus Rabbinorum traditionibus?

2 Pro Ξ, idest VII. faciliter errans librarius noster, scripsit Ζ, i. e. V. quod omnino corrigendum juxta Samuelem nostrum habentem accurate, ՃԿԷ, sicut etiam Gr. fert ρξζ'. Nobis tamen etiam in evidentissimis rebus vitandum fuit, ne quidquam propria auctoritate corrigeremus in textu. Adde quod consulto hic annos duos demptos fuisse suspicamur, cum infra pro 20. plenius reponantur 22. de quo fusius agetur in sequenti adnot. Et quidem Thomas Arzerunius fidem codicis nostri praesefert. * Մաթուսաղայ լեալ ամաց ՃԿԵ. Ծնանի զղամէք ‖ :

3 Sequens periocha, perquam necessaria, praetermittitur a Syncello. Et quamvis alibi ab ipso memoratur, ita tamen, ut ob exemplarium vetustatem non integer locus appareat. Nam apud Goarum pag. 16. c. haec tantum habentur. Οἱ δὲ Εὐσέβιος περὶ τοῦ Μαθουσάλα φησίν, ὅτι τοῦτον ὑπερβῆναι τὸν κατακλυσμόν (. . . desunt aliqua) καὶ ταῦτα μέν ὁ Ευσέβιος. id est ad verb. » Eusebius autem de Mathusala dicit, quod istum superasse diluvium (. . .), et haec quidem Eusebius «. Ubi lacunam aliquo modo supplere studuit Goar, addens in margine ἔτη ιδ'. atque in Lat. interpretatione sua absolute reponens, » *annis* 14. *diluvium superasse* «; quod quidem non ad libitum restituisse, sed fideliter hausisse se fatetur ex margine Ms. regii, ubi ait notatum a librario hunc numerum, cum aliis verbis, quae tamen vix legi potuerunt obliteratis characteribus et corrosa membrana: vide adnot. Goari pag. 9. ad 16. cujus verba citat etiam Prat. atque haec adjungit notatu dignissima, p. 484. » Sed Domnus Antonius Pouget, Congregationis S. Mauri Monachus, et de Bibliotheca San-Germanensi optime meritus, acutius multo Goaro vidit: nam notavit in eodem Regio Cod. 2217. unde prodiit Syncelli editio, post τὸν κατακλυσμὸν haberi in textu signum quoddam, eique aliquid simile respondens in margine: post quod haec omissa restituuntur, ὁ τῆς ζωῆς, et quae sequuntur; ita tamen ut non omnia perspicue legi ab eo potuerint. Apparet tamen ἔτη ιδ'. non esse ex Eusebio aut Syncello (in quo certe Goarus alucinatus est): idque confirmari videtur ex sequenti fragmento, in quo anni non XIV. sed omnino XV. bis numerantur «. Nos itaque cum Prat. posuimus in Gr. id quod potuit legere Pouget in Ms. regio; ubi Scaliger vel nil potuit divinare, vel ultro haec omisit, ac pro iis absurde intrusit alia Syncelli verba cum Eusebianis mixta; vide in excerptis ab eo p. 4. et confer cum Sync. p. 16. et 91. ubi, scilicet pag. 91. iterum inserit Syncellus ipse hunc Eusebii locum ex parte, magisque ad sensum, ita habens. Οὗτος (sc. Μαθουσάλα) κατὰ τὰς ἀπανταχοῦ τῆς Γενέσεως βίβλους ὑπερρέβη τὸν κατακλυσμὸν ἔτεσι ιέ, ὡς ἄπορον εἶναι τοῦ διεσώθη ἐν τῷ κατακλυσμῷ. τινὲς δὲ φασιν, ὧν εἷς ὁ Εὐσέβιος, ἔχειν τινὰ τῶν ἀντιγράφων, ὅτι ψπβ' (ἔτη) ἐπέζησε μετὰ τὸ γεννῆσαι αὐτόν, etc.

ԹԽ որպէս յայլ օրինակս կայ, եւ կեաց առ նովաւ ամս . չՃԲ . եւ ամս[ին] խակ առ ջրհեղեղաւն վախ[ճանեցաւ] ։

ԹԾ . Ոյ ամիք լեալ ամաց ՉՃԸ . ծնաւ նմի զՆոյ . եւ եկեաց առ նովաւ ամս չԼԵ ։ յառաջագոյն քան զՏայլն իւր մաթ[ուսաղա] վախճանեալ զամիք . եւ եկեաց մինչեւ ՚ի չԼԵ . ամն նոյն ։

in caeteris autem exstat exemplaribus, vixit sub eo (sc. post generationem Lamech) annis DCCLXXXII. et illico tempore diluvii obiit.

IX. Lamech cum esset CLXXXVIII. annorum, generat Noe: vixitque adhuc annis DXXXV. Ante patrem suum Mathusala, moritur Lamech ': vixitque usque ad annum Noe DXXXV.

ἀριθμὸς παρίστησιν, εἰ δὲ ... τινὰ τῶν ἀντιγράφων ἔχειν ἐ ἑ, δὲ τη τὸν κατακλυσμόν.

Λάμεχ γενόμενος ἐτῶν ρπή. γεννᾷ τὸν Νῶε, καὶ ἐπέζησεν ἔτη φλέ. (Πρῶτος) Λάμεχ πρὸ τοῦ ἰδίου πατρὸς τελευτᾷ, τοῦ Μαθουσάλα, ἐπέζησε δὲ μέχρι φλέ. ἔτους Νῶε.

Quae transcribens Prat. cum sequentibus, sic Latio donavit, p. 487. » Hic (Mathusalem) juxta omnes qui ubicumque sunt Geneseos codices superstes fuit post diluvium annis XV. adeo ut definiri nequeat ubinam diluvii tempore servatus fuerit. Quidam vero, in quibus Eusebius, dicunt in quibusdam exemplaribus haberi, eum postquam genuit, vixisse annos omnino DCCLXXXII «. Haec inquam Syncellana fragmenta satis accedunt ad lectionem Eusebii, nec tamen rem conficiunt; ita ut adhuc in dubio sit numerus annorum, de quo controvertitur inter criticos, quos supra nominavimus. ιδ' ne, an ιε', vel potius nihil legendum sit apud Syncellum primo loco, ubi ad verbum Eusebius describitur. Confugiendum itaque erit ad nostram lectionem integram; quae tamen illorum non conciliat disceptationem, sed novam efficit controversiam, id quod nos maxime torquet. Siquidem si literalis omnino teneatur lectio Arm. *զամաւ անցանել ջրհեղեղին ամք ԽԲ . որ կիննաց նորա զԹիւ յայտ առնէ*, non aliud concipitur, quam quod Mathusala superfuerit Diluvio annis XXII. Verum tamen constat omnino non XXII. sed XIV, vel ad summum XV. legi debuisse; cum non aliud ostendat calculus annorum, ut patet: unde conjicitur vel pro ԺԲ aut ԺՀ irrepsisse ԽԲ, vel aliter omnino sentiendum de sententia hujus loci. Et quidem librarii hic errorem esse manifeste colligitur ex eo, quod verba Armena non admodum certos casus exhibent, atque ita incertum sensum praebent.

Auxilio nobis ex parte erit fidelis Eusebii eclogarius Samuel noster Chronographus, ita habens. * *Ամն անցանել ջրհեղեղաւն ամք (Ե), որ կիննաց նորա Թիւ յայտ առնէ* ||. Ubi rite videmus casus nominum collocatos, ita ut facile possint conciliari cum Gr. lectione; maximè si legas in Arm. *զոր կիննաց նորա Թիւն յայտ առնէ*. Nihilominus de numero variant et codices Samuelis: in Ms. antiquissimo nullus cernitur numerus, in altero exemplari habetur numerus depravatissimus Δ. sc. 80. in tertio, Β. id est, 20. Ex his variantibus lectionibus, tam prima, quam tertia consona rationi videntur. Si primam eligas, dicendum quod integra sit lectio Graeca hodierna, quae numero caret, ita ut voluerit Eusebius indefinite tantum designare Mathusalem superare Diluvium aliquot annis, qui possint erui ex ejus vitae calculo: tunc autem legendum erit in nostro Codice Eusebiano ϛνϛ. pro ϛϐ. Sed quum vel in Regio Codice Syncellano ajunt aliquod signum extitisse, verisimilius est hic numerum ab Eusebio insertum fuisse, numerum inquam, non quem legit Goar ad conciliandum calculum ιδ'. sed κ'. Β. 20. ut in tertio Samuelis exemplari vidimus, ad quem prope accedit et codex noster per ϛϐ. 22. imo et omnino idem est, si etiam ultro ab Eusebio κϐ'. ϛϐ. 22. scriptum conjicias; eo quod, duos annos dempserit ante natum Lamech, (ad fidem Codicis nostri habentis ϡξΕ. 165.) ideoque post eum natum voluerit suppleri; ita ut retentis annis 167. ante natum, pernecesse fit in sequentibus pro 22, legi 20.

Et quidem jure defendi potest hic numerus κ'. Β. 20. si non ad annos Mathusalae referantur, sed ad spatium, quo differunt inter se variantes calculi in duplici lectione ab Eusebio memorata: namque, ut ait, Mathusala post Lamech natum, juxta unam lectionem superstes fuit annis ψϞϐ. 802. juxta alteram annis ϡΔϐ. 782. quorum spatium seu differentia annis 20. continetur. Certa haec videtur sententia, si tamen antecedentia et subsequentia Eusebii verba id designare possint. Sin minus, aliter quoque verus ostendi potest hic numerus annorum Β. 20. eo nempe sensu, quo dixit Beda: » Septuaginta ante natum Lamech CLXVII ponunt annos, postea DCCC, et II. qui numerus, ut Lector facillime videbit, juxta Hebraicam veritatem XX annis, juxta ipsorum autem auctoritatem, XIV annis Diluvii tempora transit «. Quo in loco quamvis hallucinari Bedam arbitratus est Scaliger, dicens in adnot. Gr. p. 403. » Nam secundum Hebraicam veritatem, XX annis minor est ille numerus annorum Mathusalae, non autem XX annis transit tempora Diluvii «: verum poterat dicere librariorum vitio excidisse verbum *diminuitur*, vel quid simile. Quo posito, vera ostendi, inquam, iterum potest lectio nostra, si juxta Bedam XX anni accipiantur respectu differentiae inter textum Hebraicum et τῶν LXX. Tertio modo XX annos accepisse videtur Vardanes Arm. historicus, cum memorat CXX annos poenitentiae hominibus a Deo concessos, *և զի ոչ ապաշխարեցին (ասէ), կարճեաց ՚ղնոսա ասեն ՚ի ՀԻՔ (այսինքն ՚ի ՋհԻ) ամեացն մաթու[սաղայ] յառէլեալ և անցեալ ՚ի նեղբոյ Ջրոյն* . » Quoniam verò minime egerunt (ait) poenitentiam, dempsit annos XX, quos dicunt a DCCCCLXII (lege ... LXIX) annis Mathusalae redundasse ac transisse subter aquas «. Sed nescio qua fortuna ducti et Vardanis amanuenses non uniformiter retinuerunt hic annos XX. nam alii solummodo scripserunt *ԺԹամեայն*, *tempus*, alii *ԺԹամն*, *horam*, pro *՚ղնոսա ամն*: tantum de hoc numero discrimen est inter omnes.

Porro omissis litteris numeralibus, quae nullam potuerunt certam nobis praebere lectionem, ad rem accedamus. Convenit inter omnes juxta tritam Septuaginta lectionem (quam et Eusebius tenet) Mathusalem superasse Diluvium annis 14. completis, vel incompletis 15. quare Syncellus ιε', dixit, Goarus ιδ', voluit. Haec autem absurditas, ut patet, ex eo oritur, quod Mathusalae tribuuntur post natum Lamech anni 802. XX. nempe annis superantes textum Hebr. is enim 782. tantum habet. Id solerter animadvertens Eusebius, voluit alia quoque citare Gr. exemplaria magis ad Hebraicum textum accedentia; in quibus, ut ait, asserebatur Mathusalem post natum Lamechum vixisse tantum annos 782. quo rite anticipatur obitus Mathusalae; tunc enim ejusdem mors sex annis ante Diluvium accidit, simulatque integri conservantur omnes ejus anni 969. ut omnia scripturae exemplaria testantur.

Quare valde errat Syncellus, cum refragatur secundario huic Eusebii dicto, quasi positis annis 782. pro 802. destruatur integer numerus annorum vitae Mathusalae 969, ac remaneat tantum 949. contra scripturae auctoritatem: legas velim ejus verba, quibus conqueritur in p. 91. falsissima, ut patet, usus conjectura; nam minime advertit, quod Eusebius cum memorat annos 782. in quibusdam Gr. exemplaribus retentos, eo ipso supponit in iisdem exemplaribus attribui Mathusalae ante natum Lamech, non annos 167, sed 187, ad normam Hebr. textus: quo iterum admisso, omnino vivit Mathusala annos integros 969. et quidem reipsa ita fert interpretatio Armena in Genesi. V. 25. utpote ex optimo τῶν LXX. codice confecta. Verum rursus errorem admisit Syncellus loco citato contra Africanum, quasi ille cum annos 187 adscripsisset Mathusalae ante natum Lamech, iterum post natum Lamech annos 802. retinuerit, quo omnes anni fiunt 989. quam hallucinationem Syncelli sic reprehendit Prat. p. 491. dicens. » Egregie fallitur Syncellus: nam Africanus XX. quidem annos Mathusalae addidit ante Lamechi generationem, at eosdem subduxit ex reliquis vitae ejus annis: adeo ut juxta eumdem Africanum omnino vixerit ille DCCCCLXIX. annis «. Non aliter sensit et Eusebius, ac Africanus, in citandis exemplaribus secundi generis; de utroque ergo aequè male meritus est hic Syncellus. Nec minus erravit Scaliger, qui Syncelli suspectam erroneamque conjecturam refudit in Eusebium, sub falso Eusebii nomine ponens in centone suo, p. 4. illa Syncellana, ὡς γίνεσθαι τὸν πάντα τῆς ζῶης αὐτοῦ χρόνον ἔτη ψμϡ'. quae non Eusebii sunt, sed Syncelli contra Eusebium falsa argumenta: quod tamen nec Prat. animadvertisse videtur, cum diversis characteribus ut Eusebiano textui adscriptis ediderit Latine in pag. 489. hoc pacto: » atque adeo omne vitae ejus spatium fuisse annorum DCCCCXLIX «. Verum satis diligenter animadvertit ipse Prat. alterum Scaligeri commentum, in iis verbis, quibus supponit in adnot. p. 403. Eusebium ratum habuisse, quod Mathusala XV. annis integris superstes diluvio fuerit, atque dubitasse ubinam eo spatio extiterit. » Itaque (Scaligeri sunt verba) merito miratur Eusebius, ποῦ διεσώθη ἐν τῷ κατακλυσμῷ, non enim Arcam ingressus est «. Haec inquam diligenter scrutans Prat. veraciter subjunxit. » Sed quod dicit (Scaliger) de Eusebio, de Syncello intellige «. Syncelli enim solius est illa absurda dubitatio; qui et nititur hoc responso difficultatem effugere, perinde ac si Deus ipsum Mathusalem, sicut et Enoch, mire servaverit iis, quos ipse novit, modis et locis. Caeterum de annis Mathusalae consule, si vis, S. Hier. Quaest. Hebr. Tom. III. p. 314. et S. August. Lib. XV. de Civit. Dei. cap. 13. et Lib. II. de peccat. Orig.

1 Syncellus legit amplius Πρῶτος, cui suffragatur et Cedrenus p. 15. certe praesentem locum describens, iis verbis, ὅτι πρῶτος Λάμεχ πρὸ τοῦ ἰδίου πατρὸς τελευτᾷ, ἤγουν τοῦ Μαθουσάλα: quo posito, haec elicitur sententia. *Primus Lamech fuit, qui ante patrem suum Mathusala moritur:* sed Arm. cod. nec hodie, neque in diebus Samuelis illud πρῶτος habuit, imo nec tempore Interpretis; ita enim se habet vocum dispositio in Arm. ut non recipiat sub initio vocem similem *առաջին*, vel *նախ*: nihilominus subaudiri potest etiam in Arm. eadem, quae in Gr. sententia. Thomas Arzerunius aliter hic procedit. * *Ղամէք*

Ժ. Եւ էր Լեռլ ամաց Չ. Ծնաւնի զսեմ, զքամ, և զյաբեթ. և եկեաց առ նոքօք մինչև ցկորհեղէդն ամս. Ձ. Յամին ո երորդի նոյի եկն ջրհեղեղն։ Եւ եկեաց նոյ յետ ջրհեղեղին առ որդւովքն ամս ՃԾ. մինչև 'ց Ձ երորդ ԵԷԲ աին եբերայ։ Ա՝համգամայն ամենայն ամքն. սմիԷ։ Ա.յս ըստ հօթանասնից թարգմանութեանն։

x. Noe annos natus D. generat Sem, Cham, et Japhet: et ad diluvium usque vixit adhuc annis C. Anno DC. Noe factum est diluvium. Post diluvium autem vixit Noe adhuc annos CCCL. usque ad LXXX. (supple, III.) [1] annum Heber.
Simul omnes anni MMCCXLII. Haec quidem secundum Septuaginta versionem.

Νῶε γενόμενος ἐτῶν φ'. γεννᾷ τὸν Σήμ, τὸν Χάμ, τὸν Ἰάφεθ, καὶ ἐπέζησε μέχρι τοῦ κατακλυσμοῦ ἔτη ρ'. Ἔτους χ'. Νῶε ὁ κατακλυσμὸς ἐγένετο, καὶ ἐπέζησεν Νῶε μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἔτη τ', μέχρι πγ'. ἔτους Ἔβερ.
Ὁμοῦ τὰ πάντα ἔτη ,βσμβ'. Ταῦτα μὲν κατὰ τὴν τῶν Ο'. ἑρμηνείαν.

Ւսէ ըստ հբէից ԷԲԲայէանէն այսպէս։

Juxta vero (exemplar) Hebraicum, quod penes Judaeos, ita [2].

Κατὰ δὲ τὸ παρὰ Ἰουδαίοις Ἑβραϊκὸν

ՀՐԻՑՆ։

JUDAEORUM.

ա. Ա.դամ Լեռլ ամաց ՃՂ. էց Ծնաւնի զսէԹ. և եկեաց առ նովաւ ամն. ռ. մինչև 'ց ծՂ. աին զաւմբայ։

I. Adam cum esset annorum CXXX. generat Seth: et vixit adhuc annos DCCC. usque ad LVI. annum Lamech.

Ἀδὰμ γενόμενος ἐτῶν ρλ'. γεννᾷ τὸν Σήθ, καὶ ἐπέζησεν ἔτη ώ, ἕως νς'. ἔτους Λάμεχ.

բ. ՍէԹ Լեռլ ամաց ՃԷ էց, Ծնաւնի զԷնոսիս. և եկեաց առ նովաւ ամն պԷ. մինչև 'ի ՃկԷ. աին զաւմբայ։

II. Seth annos natus CV. genuit Enos: et vixit alios annos DCCCVII. usque ad CLXVIII. annum Lamech.

Σὴθ γενόμενος ἐτῶν ρέ, γεννᾷ τὸν Ἐνώς, καὶ ἐπέζησεν ἔτη ωζ'. μέχρι ρξή. ἔτους Λάμεχ.

գ. Էնոսիս Լեռլ ամաց ՂՐ էց, Ծնաւնի զԿայինան. և եկեաց առ նովաւ ամն պԻԷ. մինչև 'ց ՃՂ. աին նոյի։

III. Enos annorum XC. [3] genuit Cainan: vixitque adhuc annis DCCCXV. usque ad LXXXIV. annum Noe.

Ἐνὼς γενόμενος ἐτῶν ὑ, γεννᾷ τὸν Καϊνᾶν, καὶ ἐπέζησεν ἔτη ωιέ, μέχρι πὸ'. ἔτους Νῶε.

դ. Կայինան Լեռլ ամաց Ղ էց, Ծնաւնի զՄաղաղաղայէլ. և եկեաց առ նովաւ ամն պՀԷ. մինչև 'ց ՃՂ. աին նոյի։

IV. Cainan cum esset annorum LXX. genuit Malaleel: et superstes fuit annis DCCCXL. usque ad CLXXIX [4] annum Noe.

Καϊνᾶν γενόμενος ἐτῶν ὁ, γεννᾷ τὸν Μαλελεήλ, καὶ ἐπέζησεν ἔτη ωμ, μέχρι ροϑ'. ἔτους Νῶε.

ե. Մաղաղայէղ Լեռլ ամաց ՀԷ էց, Ծնաւնի զՅարեդ. և եկեաց առ նովաւ ամն պՂ. մինչև 'ց մՂԲ. աին նոյի։

V. Malaleel annos natus LXV. [5] generat Jared: et vixit adhuc annos DCCCXXX. usque ad CCXXXIV. annum Noe.

Μαλελεήλ γενόμενος ἐτῶν ξέ, γεννᾷ τὸν Ἰάρεδ, καὶ ἐπέζησεν ἔτη ωλ', μέχρι σλδ'. ἔτους Νῶε.

զ. Յարեդ Լեռլ ամաց ՃկԲ ուց, Ծնաւնի զԷնոք. և եկեաց առ նովաւ ամն ՃԸ. մինչև 'ց ՃկԲ. աին նոյի։

VI. Jared cum esset annorum LXII. (lege CLXII.) genuit Enoch: vixitque adhuc annis DCCC. usque ad annum LXVI. (lege CCCLXVI.) Noe [6].

Ἰάρεδ γενόμενος ἐτῶν ρξβ', γεννᾷ τὸν Ἐνὼχ, καὶ ἐπέζησεν ἔτη ώ, μέχρι τξς'. ἔτους Νῶε.

է. Ա՝նոք Լեռլ ամաց ԿԷ էց, Ծնաւնի զմաԹուսաղա. և եկեաց առ նովաւ ամն Ը. փոխեցաւ յաւին Ա՝որդի, գՀ. երորդի զաւմբայ։

VII. Enoch natus annos LXV. generat Mathusala: et superstes fuit annis CCC. translatus (que) est anno CXIII. Lamech.

Ἐνὼχ γενόμενος ἐτῶν ξέ, γεννᾷ τὸν Μαθουσάλα, καὶ ἐπέζησεν ἔτη τ', καὶ μετετέθη ἐν ἔτει ριγ'. Λάμεχ.

ը. Ա՝աԹուսաղա Լեռլ ամաց ՃՀՂ. ամաց, Ծնաւնի զղամէք. և եկեաց առ նովաւ ամն չՃԲ. մինչև անդր իսկ ցկորհեղեդն։

VIII. Mathusala annorum CLXXXVII. genuit Lamech: vixitque annos amplius DCCLXXXII. usque ad diluvium ipsum.

Μαθουσάλα γενόμενος ἐτῶν ρπζ', γεννᾷ τὸν Λάμεχ, καὶ ἐπέζησεν ἔτη ,ψπβ'. ἕως αὐτοῦ τοῦ κατακλυσμοῦ. . . .

թ. Ղ ամէք Լեռլ ամաց ՃՀԲ ուց, Ծնաւնի զնոյ. և եկեաց առ նովաւ ամն չղԷ։ սա վախճանի Է. ամաւ յառաջ քան զԿրհեղեդն։

IX. Lamech cum esset annorum CLXXXII. genuit Noe: et superstes fuit annis DXCV. Hic annis V. ante diluvium moritur [7].

Լեռլ ամաց ՃՀԲ. Ծնաւնի զնոյ. և կեցեալ առ նովաւ ամն չղԷ. մինչև 'ի հանդերձեալ տապարին ‖ i. e. » Lamech cum annorum esset CLXXXVIII. generat Noe, vixitque superstes annos DLXV. usque ad apparatum arcae «.

1 Facile pro ութսուներորդ երրորդ, id est LXXXIII. librarius noster decurtando exscripsit tantum ութսուներորդ, LXXX. sed supplendi anni tres a Gr. correctius habente πγ'. LXXXIII. quod etiam calculis demonstrat Goar adnot. p. 26. ad 67. Vide seorsum et tabulas nostras.

2 Desideratur in Gr. lectione Sync. adverbium αὐτικα, quod Graecis est οὕτως, vel οὕτως.

3 Eusebius noster probat correctam lectionem a Scal. et Prat. usurpatam ϑ'. quam et Goar in marg. optime adnotaverat, ubi in textu Sync. corrupte ρϑ'. legebatur.

4 Iterum probat noster exactissimam Prati lectionem ροϑ'. pro qua, ut ipse quoque ait, tam in Mss. Syncelli, quam in edit. Goari et Scal. mendose habetur ρό.

5 Item pro ξέ. habetur in textu Sync. mendose ρξ'. quod omnes emendarunt.

6 Hic aequè mendum irrepsit, quamquam diversum, in Gr. Sync. atque in Arm. nost. ita tamen, ut se se invicem corrigant facillime. Ille enim habet τξϐ', pro τξς'. ubi Arm. recte ՂԲ. Noster vero 'ցԿՂ. pro 'ցյԿՂ. ubi Gr. recte fert τ'. Syncelli corruptam lectionem sincere servarunt Scal. et Goar: quam tamen correcte edidit Prat. ad fidem, ut ait, Ms. B. Nostram verò vel ipsa lectio satis declarat, cùm littera յ. non adeo distans a figura alterius յ. utriusque locum supplevisse librarii vitio compertum est, cum reapse debuisset scribi յյ, sicut etiam pro ամաց ՃՂԲ. legendum cum Gr. ամաց ՃՂյԲ.

7 Intercidit integra de Lamech periocha in cod. Sync. itaque aliunde supplere tentavit Prat. in Latina sua interpretatione hoc modo: » Lamech annos natus CLXXXII. suscepit Noe, vixitque adhuc annos DXCV. usque ad annum DXCV. Noe «. Satis bene, quamvis ex parte redundans, deficiens ex altera.

Ժ. Եւ յոյ լեալ ամաց Ը. ծնանի զՊաղեկ, զՔամ, և զՅաբեթ. և եւ կեաց առ նոքօք ամս Ո. մինչև ցջրհեղեղն։ Յամին հարիւրի նոյն եղև ջրհեղեղն։ և եկեաց նոյ առ նոքօք կետ ջրհեղեղին ամս ՃԾ. մինչև՝ ի ՅՇ. ամն արքայմանւ։ Եւ միասին ամենայն ամք. ռոծզ։

1 Ita omnino legit etiam Syncellus in Eusebio ρλέ. 135. neque aliter habet S. Nicephorus alter Eusebii eclogarius, sicut etiam Samuel noster inter Armenios; ita ut, sic constanter scriptum ab Eusebio fuisse minime dubitemus. Nihilominus postulat ratio, ut legatur ρλβ'. ՃԼբ. 132. siquidem non solum ita habet communis lectio τῶν lxx. cum Arm. in Genes. sed etiam ipsius Eusebii calculus diligenter consideratus a diluvio usque ad Abraham omni ex parte hoc exigit, ut vides in tabula nostra Eusebiana. Et quidem tota difficultas in eo est, quod ex una parte luce clarius patet scribendum esse ρλβ'. ex altera vero omnino certum sit ab Eusebio scriptum fuisse ρλέ. Primum tantummodo animadverterunt viri critici Scal. Goar. Capell. et Prat. et hinc sine ulla dubitatione emendari hunc locum voluerunt. Ne omnes proferam, satis erit, quod Pratus habet pag. 460. » Numerum verò ρλβ' ex emendatione Scaligeri et Goari substituimus pro ρλέ; quem mendosi praeferunt Mss. codices «. Sed pace dixerim doctissimorum criticorum, qui unam tantum difficultatis partem perpenderunt, unde codices, invite fortasse, culparunt; alteram minime expenderunt, ita reapse mendose ab auctore scriptum fuisse; id enim memoriae lapsu accidisse plane cernitur in continuatione calculi Eusebiani, ita ut cum semel concesserit Eusebius annos ρλέ. 135. retinendos pro ρλβ'. 132. in generatione Seruch a Ragau, pariter coactus est in aliis quoque patriarchis trium annorum variare calculum; hac enim methodo (quamquam mendosa) obitum Salae posuit anno Seruch 7. at debebat 10. Item Phalec mortuum dixit anno Seruch 75. vel 74. et debebat 77. Item annos tribuit Heber omnino 567, et debebat juxta suam rationem 564. etc. Quae omnia uniformiter lecta in Grec. et Armen. quis dixerit librariorum esse menda? quin potius ab auctore sponte in hoc erratum; qui error procedit a praedicto errore vel invite admisso, quia memoria, ut diximus, eum fefellit. Haec contra auctorem nostrum, ut veritas postulare videbatur, dicenda nobis fuerunt, ut in aperto sit fides Mss. Gr. et Arm. autographum ipsum prae se ferentium; et pariter ut notetur minus certa ea quorundam criticorum conjectura, qua omnes errores, quos deprehendunt, quasi a librariis profectos, emendare aggressi sunt. Tandem scias velim, quod quamvis correctius edidit Prat. in textu et in tabula sua 132 annos Ragau in generando Seruch, nihilominus corrupte duxit calculum suum in ipsa tabula ad mortem Salae; quasi supponeret praedictos annos Ragau non 132, sed 135. id est palinodiam canere.

2 Facile irrepsit in Arm. cod. Ֆ երորդ pro ՃՂերորդ, quod postulat tam recta ratio, quam Gr. lectio οζ'. idemque probat Samuel noster juxta accuratiora exemplaria, quae exhibent ՃՀ. ubi nonnulli codices (etsi antiqui) minus recte habent ՃՁ.

3 Apud Syncellum corrupte hic οζ', repetita, ut videtur, a librariis supralaudata lectione: erudite itaque monuerunt Goar, et Prat. mutandum hunc numerum in μΘ'. 49. ut reapse habet Eusebius noster. Scaliger vix advertit mendum; eum imitatus Capellus aberrat a recto calculo in suis tabulis.

4 թագաւորեաց, in singulari, *regnavit*; non aliter habetur in Gr. ἐβασίλευσε, quod tamen Romanis auribus accommodare volens Prat. reddidit *imperabant*, in plur. eo quod de duobus sit sermo: sed poterat singulari quoque verbo uti, quod praecipue ad Ninum pertinet, et pro Semiramide iterum subauditur.

Juxta vero (exemplar) Hebraicum, quod apud Judaeos est, Anno secundo post Diluvium.

Κατὰ δὲ τὸ παρὰ Ἰουδαίοις Ἑβραϊκόν, Ἔτους δευτέρου μετὰ τὸν κατακλυσμόν.

ՀՐԻՑՆ՝ JUDAEORUM.

ա. Եւ էր որդի Նոյի Ծնանի զարփաքսադ. և եկեաց առ նովաւ ամս Ճ. մինչ՝ի ծ երորդ աւին յակոբայ։

I. Sem Noe filius generat Arphaxad: vixitque adhuc annos D. usque ad L.[1] annum Jacob.

Σὴμ υἱὸς Νῶε γεννᾷ τὸν Ἀρφαξάδ, καὶ ἐπέζησεν ἔτη φ'. μέχρις τοῦ νέ. ἔτους (lege ν'. ἔτους) Ιακώβ.

բ. Արփաքսադ լեալ ամաց լե ից, Ծնանի զսաղա. և եկեաց առ նովաւ ամս նգ. մինչև՝ի իբ աւին սա. Հակայ։

II. Arphaxad annos natus XXXV. generat Sala: et vixit adhuc annos CCCCIII. usque ad XLVIII. annum Isaac.

Ἀρφαξὰδ γενόμενος ἐτῶν λέ. γεννᾷ τὸν Σαλά, καὶ ἐπέζησεν ἔτη υγ'. μέχρι μή. ἔτους Ισαάκ.

գ. Սաղա լեալ ամաց երեսնից, Ծնանի զԵբեր. և եկեաց առ նովաւ ամս նգ. մինչև՝ի լժ աւին սա. Հակայ։

III. Sala cum esset annorum triginta, generat Heber: vixitque postea annos CCCCIII. usque ad XVIII.[2] annum Jacob.

Σαλὰ γενόμενος ἐτῶν λ'. γεννᾷ τὸν Ἔβερ, καὶ ἐπέζησεν ἔτη υγ', μέχρις ιή. (Scal. μή.) ἔτους Ιακώβ.

դ. Եբեր լեալ ամաց լդ ից, Ծնանի զփաղեկ. և եկեաց առ նովաւ ամս նդ. մինչև՝ի ցհժ աւին յակոբայ։

IV. Heber natus annos XXXIV. genuit Phalec: tum vixit adhuc annis CCCCXXX. usque ad LXXIX.[3] annum Jacob.

Ἔβερ γενόμενος ἐτῶν λδ'. γεννᾷ τὸν Φαλέκ, καὶ ἐπέζησεν ἔτη υλ'. μέχρι οθ'. (Scal. θ'.) ἔτους Ιακώβ.

ե. Փաղեկ լեալ ամաց Ճ Ծնանի զՀռա գաւ. և եկեաց առ նովաւ ամս մ[ՃՃ]. մինչև՝ի խը աւին աբրահամու։

V. Phalec annum agens XXX. genuit Ragau: et vixit adhuc annis CCIX. usque ad XLVIII. annum Abraham.

Φαλὲκ γενόμενος ἐτῶν λ'. γεννᾷ τὸν Ραγαῦ, καὶ ἐπέζησεν ἔτη σθ'. μέχρι μή. ἔτους Ἀβραάμ.

զ. Ռագաւ լեալ ամաց լբ ուց, Ծնանի զսերուք. և եկեաց առ նովաւ ամս մ[Ճ]. մինչև՝ի խը աւին աբրահամու։

VI. Ragau annos natus XXXII. genuit Seruch: vixitque postea annis CCVII. usque ad LXXVIII. annum Abraham.

Ραγαῦ γενόμενος ἐτῶν λβ'. γεννᾷ τὸν Σερούχ, καὶ ἐπέζησεν ἔτη σζ'. μέχρις οή. ἔτους Ἀβραάμ.

է. Սերուք լեալ ամաց Լ, Ծնանի զՆաքովր. և եկեաց առ նովաւ ամս ռ. մինչև՝ի յա աւին սահակայ։

VII. Seruch annorum cum esset XXX. generat Nachor: et vixit adhuc annis CC. usque ad I. annum[4] Isaac.

Σεροὺχ γενόμενος ἐτῶν λ'. γεννᾷ τὸν Ναχὼρ, καὶ ἐπέζησεν ἔτη σ'. μέχρι πρώτου ἔτους Ισαάκ.

ը. Նաքովր լեալ ամաց խթ ուց, Ծնանի զԹարա. և եկեաց առ նովաւ ամս ՃՀթ. մինչև՝ի ցխթ աւին աբրահամու։

VIII. Nachor natus annos XXIX. genuit Tharra: et superstes fuit annis CXIX. usque ad XLIX. Abrahae annum.

Ναχὼρ γενόμενος ἐτῶν κθ'. γεννᾷ τὸν Θάῤῥα, καὶ ἐπέζησεν ἔτη ριθ'. μέχρι μθ'. ἔτους Ἀβραάμ.

թ. Թարա լեալ ամաց Ջ ից, Ծնանի զաբրաամ. և եկեաց առ նովաւ ամս ՃԸ (ՃԸ). մինչև՝ի լը աւին սա. Հակայ։

IX. Tharra annum agens LXX. generat Abraham, et supervixit annis CV. (lege CXXXV.)[5] usque ad XXXV. annum Isaac.

Θάῤῥα γενόμενος ἐτῶν ὁ. γεννᾷ τὸν Ἀβραάμ, καὶ ἐπέζησεν ἔτη ρλέ, μέχρι λέ. ἔτους Ισαάκ.

ժ. Աբրահամ աւին առաջին։

Ամենագումայն՝ի ջրհեղեղէն ցառաջին աւին աբրահամու ամք մ[ՂԲ]։ Եւ ընդ ամենայն՝ յադամայ ամք ռջխը։ Արկաւն Ջ՝յՋ իցն Թարգմանութենէնն ամք ռամբ իւք։

X. Abrahae annus primus.

Simul a diluvio ad primum annum Abrahae anni CCXCII. Omnes autem ab Adam anni MDCCCCXLVIII. Discordat a LXX. versione annis MCCXXXV.[6]

Ἀβραὰμ ἔτος πρῶτον.

Ὁμοῦ τὰ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος Ἀβραὰμ ἔτη σιβ'. Τὰ δὲ πάντα ἀπὸ Ἀδὰμ ἔτη, αιμή. Διαφωνεῖ πρὸς τὴν τῶν Ο'. ἑρμηνείαν ἔτεσι ,ασλέ.

1 Mendosa Gr. lectio Sync. apud Goarum et Scal. νέ. 55. itaque cum recta ratio suadebat legere solummodo ν'. 50. ita absolute emendavit Prat. sicut etiam Goar monuerat in adnot. Ratio emendationis satis patet tam in Eusebio nostro, quam in tabula nostra: causa verò mendi fuit in Gr. Sync. (quamquam id latuit criticos) sequens vox ἔτους, cujus prima litera iterata, antecedentem numerum ν', effecit νέ. ita ut pro ν' ἔτους, facile irrepserit νέ. ἔτους.

2 Iteratum mendum Gr. textus apud Sync. μέχρι μή, Scaliger iterum sibi conciliavit; mendum, inquam, a praecedenti generatione mutuatum: at nonnulli codices Syncellani, teste Prato, rectius ferunt ιή. 18. ut constanter fert et lectio nostra in Arm. ac reapse postulat continuatio praesentis calculi, ut vides in Tabula quinta.

3 Hic solus Scaliger tertio laborat mendo, legit enim in Gr., θ'. 9. pro οθ'. 79. quod praeferunt Goar. et Prat. accurate juxta auctorem nostrum; neque aliter exigit recta ratio totius calculi: consule tabulam praedictam.

4 Sic constanter exhibet et Sync. per integram vocem πρώτου, " usque ad *primum* annum ": ubi tamen adversatur Prat, dicens. " Δευτέρου dicendum fuit, non πρώτου ": atque eo consilio absolute reposuit in Latina sua interpretatione *Secundum*; at sine sufficienti ratione, ita ut posset aeque sustinere *primum*, et *secundum*, siquidem ultimus annus Seruch 230, congruit cum anno Abraham 101. qui annus non absurde potest appellari tam *primus*, quam *secundus* Isaac annus: et quidem Eusebius supponit Isaac natum anno Abrahae 100, nihilo tamen minus tam centesimum, quam centesimum primum Abrahae annum, primum voluit nominari Isaac, nempe completum.

5 Pro ΧΖ. 105. legendum omnino ΧΖΕ. 135. ut patet ex Gr. Sync. ρλέ. Adde quod etiam Arm. supra in computatione τῶν LXX. habuerat constanter ΧΖΕ. atqui nulla datur differentia in annis Tharae inter Judet LXX. juxta Eusebii sententiam: id facile colligitur etiam ex additis annis ΖΕ. 35. Isaac, qui 100. anno Abrahae natus est, et consequenter usque ad id tempus anni Tharae sunt 135. post natum Abraham: omnino 205.

6 Pariter etiam in Gr. legit Sync. ,ασλέ. 1235. ex quo patet genuinum Eusebianum esse textum; et quamvis continuata collectio annorum magis postulare videatur annos 1256. dicendum tamen quod Eusebius incompletos hos ducens, completos annos dixerit 1235. vel ex una alteraque parte exclusive, non inclusive dinumerarit, de more suo. Verum haec

Ի՝ ըստ շամբռոյտոյ եբրայեցւոյն՝ յերկրորդ ամին յետ ջրհեղեղին։

Juxta autem Hebraicum Samaritarum [1] *(codicem), Anno secundo post diluvium.*

Κατὰ τὸ Σαμαριτῶν Ἑβραϊκόν, Ἔτους β'. μετὰ τὸν κατακλυσμόν,

ՀԱՄԱՐՏԱՑԻՈՑ՝

SAMARITARUM.

ա. Եւ եղեւ Նոյի ծնանի զարփաքսադ. և եւեաց առ նովաւ ամս Ե. մինչև՝ ի Ճ ամն փաղեկայ։

I. Sem filius Noe generat Arphaxad: vixitque postea annos D. usque ad CI. annum Phalec.

Σὴμ υἱὸς Νῶε γεννᾷ τὸν Ἀρφαξαδ, καὶ ἐπέζησεν ἔτη φ'. μέχρι ρά. ἔτους Φαλέκ.

բ. Եւ արփաքսադ լեալ ամաց ՃԼԵ ից, ծնանի զսաղա. և եւեաց առ նովաւ ամս Ձ (յԷ). մինչև՝ ի ՌՁ ամն փաղեկայ։

II. Arphaxad natus annos CXXXV. [2] genuit Sala: vixitque adhuc annis LXXX. (lege CCCM.) [3] usque ad XXXIX. annum Phalec.

Ἀρφαξαδ γενόμενος ἐτῶν ρλ' (lege ρλέ) γεννᾷ τὸν Σαλά, καὶ ἐπέζησεν ἔτη τγ'. μέχρι λθ'. ἔτους Φαλέκ.

գ. Եւ սաղա լեալ ամաց ՃԼ ից, ծնանի զհեբեր. և եւեաց առ նովաւ ամս Ձ (յԷ). մինչև՝ ի ՌԼՁ ամն ոսգաւայ։

III. Sala annum agens CXXX. genuit Heber: vixitque adhuc annos LXXX. (lege CCCIII.) [4] usque ad XXXIX. annum Ragau.

Σαλὰ γενόμενος ἐτῶν ρλ'. γεννᾷ τὸν Ἔβερ, καὶ ἐπέζησεν ἔτη τγ'. μέχρι λθ'. ἔτους Ραγαῦ.

դ. Եւ հբեր լեալ ամաց ՃԼԴ ից, ծնաւ նմի զփաղեկ. և եւեաց առ նովաւ ամս ՍՓ(ՄՀ). մինչև՝ ի ՃՂ ամն ոսգաւայ։

IV. Heber annorum CXXXIV. genuit Phalec: et superstes fuit annis CC. (supple LXX.) [5] usque ad CXL. annum Ragau.

Ἔβερ γενόμενος ἐτῶν ρλδ'. γεννᾷ τὸν Φαλὲκ, καὶ ἐπέζησεν ἔτη σό. μέχρι ρμ'. ἔτους Ραγαῦ.

ե. Փաղեկ լեալ ամաց ՃԼ ից, ծնաւ նմի զոգաւ. և եւեաց առ նովաւ ամս ՃԼԹ. մինչև՝ ի ՃԼԹ ամն ոսգաւայ։

V. Phalec annos natus CXXX. generat Ragau: vixitque postea annis CIX. [6] usque ad CIX. annum Ragau.

Φαλὲκ γενόμενος ἐτῶν ρλ'. γεννᾷ τὸν Ραγαῦ, καὶ ἐπέζησεν ἔτη ρθ'. μέχρι ρθ'. ἔτους Ραγαῦ.

զ. Եւ ոգաւ լեալ ամաց ՃԼԲ ուց, ծնանի զսերուխ. և եւեաց առ նովաւ ամս ՄՀ. մինչև՝ ի ՀԽԵ ամն նաքաւրայ։

VI. Ragau annum agens CXXXII. genuit Seruch: vixitque adhuc annos CCVII. [7] usque ad LXXVII. annum Nachor.

Ραγαῦ γενόμενος ἐτῶν ρλβ'. γεννᾷ τὸν Σερούχ, καὶ ἐπέζησεν ἔτη σζ'. μέχρις οζ'. ἔτους Ναχώρ.

ratio Pratum minime persuasit, cum omnino voluerit legi 1256. atque, ut voluit, ita absolute emendavit in sua Latina interpretatione, MCCXXXVI. his in adnot. Gr. subjectis: » Ratio postulat ut legamus ασλϛ'. ut in interpretatione nostra fecimus «. Verùm bona venia doctissimi viri (alioquin omnino commendabilis) dixerim, cur pro lubidine toties mutare ipsam lectionem aggrediturʔ non ne satis erat in adnot. propriam declarare sententiam? sed minus fortasse hìc deliquit, quia Gr. textum intactum reliquit, quem alibi non semel corrumpere tentaverat. Et quidem hoc est quorundam criticorum mos deplorandus (ne quid gravius dicam), ut vix aliquid patiantur, quin vel in textu, vel saltem in interpretatione emendare pro lubidine praesumant; quorum utrumque damnandum. Etenim cum non omnes, qui legunt, possint intelligere Gr. textum, paucique reperiantur, qui adnotationes ipsas ubique, siquae tamen fuerint, consulant, Latinam tantum interpretationem evolvunt; quo accidit, ut plerumque Interpretis inventio pro auctoris ingenio accipiatur, et illa sit loco authentici testimonii apud posteros; quod non semel experti sumus.

1 Շամբռոյտոյ, probat lectionem Prati ad fidem, ut ait, Ms. B. Σαμαριτῶν; cùm Edd. minus certe praeferant Σαμαρικόν.

2 Optima lectio, cui suffragatur et textus Samaritanus: corrupte ergo codices Syncellani praebent ρλ'. 130. pro ρλέ. 135. ut bene animadverterunt ejus etiam editores Scal. et Goar. sicut etiam Capellus; quibus confisus Prat. edidit in ipso Gr. textu correcte ρλέ.

3 Hic contra, Gr. lectio Sync. accurate habet τγ'. 303. Arm. corrupte ד. 80. nescio an Interp. noster in suo apographo legerit π'. 80. pro τγ'. 303. an librarius Arm. scripserit ד. 80. pro ֆգ. 303. quod et iterum fecit in sequenti generatione.

4 Item, ut mox diximus, simili amanuensium errore irrepsit, vel π'. pro τγ', vel ד. pro ֆգ. consule tabulam sextam, ubi emendatum invenies calculum ad accuratam summam Eusebii accommodatum.

5 Ignoratur, Interpres ne noster legerit in Gr. σ'. ideoque reddiderit ՟. 200. an potius librarius Arm. pro ՟Ղ. σό. 270. (ut exhibet Gr. lectio Sync.) oscitanter exscripserit solum ՟. Quodvis dicas, errore haec lectio profecto non caret, atque ideo ad normam Gr. reducenda omnino est, id enim postulat sequens annus Ragau 140. cui comparatur ultimus annus Heber: consule tabulam sextam, ut minime dubites de rei veritate. De hoc tantum dubitari potest, nempe quod si Heber vixit usque ad annum Ragau 140. ut Eusebius affirmat, etiam ad octavum annum Seruch filii Ragau pervenerit necesse est, cum is natus sit anno patris, ut pergit Eusebius, 132. quare ergo auctor non dixit vixisse Heber usque ad 8. annum Seruch, sed potius voluit ejus patris annos in medium proferre? Neque frustra id quaeritur, cum in reliquis omnibus fere generationibus soleat Eusebius cum minori aetate conferre anteriores. Haec sane disquisitio certam hujus numeri notitiam infirmare videretur, nisi aliunde robur haberet. Verum tandem dicendum est, quod melius fecisset Eusebius, si annum Seruch 8. memorasset; non tamen male egit, cum induxit annum Ragau 140. qui cohaeret cum 8. Seruch.

6 Integrè id ipsum noscit Sync. ἔτη ρϑ'. apud Goarum, quamvis Scal. ut minime necessarium suppresserit; cui adhaerere videtur Prat. ubi ait: » Apud Scaligerum desunt haec, ἔτη ρϑ'. quae nec necessaria sunt «. Omnino tamen retinenda ac fideliter observanda, ut accurate assignemus annorum numerum, quibus conficitur summa aetatis singulorum Patriarcharum, (quamquam id colligi potest ex iisdem sequentibus annis Ragau:) aliter, eadem de causa omittenda essent similia, quae etiam infra in Nachor et Tharra occurrunt annorum spatia, tanquam quae redundant; quae tamen vel ipse Scal. retinuit, neque Prat. ut non necessaria, exprobravit.

7 Ita constanter habet etiam Sync. in Mss. et Edd. σζ'. 207. » Sed (urget Prat. in adnot. p. 470) legendum omnino est ἔτη ρζ' «. sc. 107. quod absolute in Lat. interpretatione sua expressit. Cur ita legendum esse dixeris? geminas affert rationes. » Nam ita, inquit, mors Ragau incidet in annum LXXVII. Nachor. Praeterea CVII. annos postquam genuerat, diserte tribuit Ragau textus hodiernus Samaritanus «. Toto coelo errat vir criticus quoad primam suam causam, quapropter et secunda facile ruit; non enim *ita*, scilicet admissa nova lectione ρζ', mors Ragau incidet in annum LXXVII. Nachor, sed magis retenta genuina lectione Eusebii σζ'. siquidem Ragau natus est juxta Samaritanam tabulam anno post diluvium 531. (ut etiam Prat. fatetur in sua tabula), mortuus est autem anno 870, ut iterum ipse affirmat; quorum spatium efficit annos 339. ex quibus demptis annis 132 ante procreationem filii, remanent anni 207. non vero 107. ergo ut corrupta est lectio hodierna Samaritana, ita accurata illa Eusebii: quo et alter calculus certus redditur, quoniam Nachor natus est anno post diluvium juxta Samar. 793. ut confirmat etiam Prat. in tabula sua. Ragau vero, ut diximus, mortuus est anno 870. quorum spatium constituit annos 77. Sed in eo fallitur Prat. quod supponit Ragau omnino vixisse annos 239. atque ita diserte apponit in Tabula sua, eo quod sic reperierit in hodierno textu Samaritano; quae tamen suppositio militat contra se, cum mi-

Ը. Վերուք լեալ ամաց ՃՂիկ, ծնաւ նմի զկաթուվը. և եկեաց առ նովաւ ամս Ճ. մինչև 'ց ինն ամն աբրա համու (Խաթայէ):

Ը. Կաթուվը լեալ ամաց ՀԼԹ. ծնաւ նմի զԹարա. և եկեաց առ նովաւ ամս կԼԹ. մինչև 'ի կԼԹ երորդ ամն Թարայի:

Ի. Թարա լեալ ամաց Ջ, ծնանի զաբրահամ. և եկեաց առ նովաւ ամս ՀԸ. մինչև ց ՀԸ ամն աբրա համու:

Ձ. Աբրահամու ամն առաջին:

Ի միասին 'ի ջրհեղեղէն ցառաջին ամն աբրահամու՝ ամք ջԽԲ. որ չասի առ եօթանասնից Թարգմնուն Թեամն էր:

Նա արդ՝ միաբանին ընդ մերում ընթերցուածիս, որ 'ի շամրատացւոց եբրայական գիրքն կրէին, ըստ առաջին ամացն արուեստ Թուոյն՝ նախ քան զորդիծնութիւնն. և երկքան էն առ հրէից եբրայականն ամօք ոՃ իւք. քանզի էին 'ի ջրհեղեղէն և ցառաջին ամն աբրահամու՝ որ ըստ հրէից գ ըոց ամք մՂԲ. Նակ եԹէ երևին ըստ քուն հնոյ եբրայական օրինացն, որ մինչև ցայժմ իսկ առ շամրատացիսն ազգ պահեալ գտանին, միաբան եօթանասնից Թարգմնութեան, ոչք 'ի ջրհեղեղէն և ցաբրահամ ըստ հաւրիւրաւոր ամացն որ առաջի կան, և ըստ նոցին Թուոյ արդիս ծնանէին, ևր քանք 'ի դէպ իցեն ասել՝ զայնչափ երիցագոյնան և բազում ամս քան զիւրեանց յետինսն կեցեալ, վասվաղակի գալ յորդիծնութիւն. և սէ առաւել ըստ եօթանասնիցն համարեալ ցժամանակն: Կան զայն իսկ ցածուն խորհուրդք բերին խմնալ, զի հարկ է խոստովան լինել՝ Թէ 'ի հրէից գիրսն սխալ է յադամայ մինչև ցաբրահամու ժամանակն, բայ յերկոցն, գյարեւելեանցն ասեմ: Նակ առ 'ի շամրատացւոցն՝ միայն մինչև ցՋրհեղեղն. քանզի 'ի ջրհեղեղէն մինչև ցաբրահամ միաբանք գտանին ամքն կրէլոյ առ 'ի յեօթանասնիցն

VII. Seruch annorum CXXX. genuit Nachor: et superstes fuit annis C. usque ad XXI. annum Abrahae [1] (correctius, Tharrae).

VIII. Nachor annum agens LXXIX. generat Tharra: et vixit postea annos LXIX. usque ad LXIX. annum Tharrae.

IX. Tharra cum esset annorum LXX. genuit Abraham: vixitque adhuc annos LXXV. usque ad LXXV. annum Abrahae.

X. Abrahae annus primus.

Simul a diluvio ad primum annum Abrahae anni DCCCCXLII. quot (anni nimirum) erant in Septuaginta versione.

Congruit itaque cum nostra lectione, quae apud Samaritas habetur Hebraica Scriptura, quoad priores annorum traditiones [2], qui generationem filiorum praecedunt: discordat autem respectu Hebraici Judaeorum (exemplaris) annis DCL. erant enim a diluvio ad primum annum Abrahae juxta Judaeorum Scripturam anni CCXCII. Quoniam igitur cernitur juxta primigeniam antiquam legem Hebraeorum hucusque apud Samaritas integre asservatam, haud secus ac Septuaginta versionem, eos, qui a diluvio usque ad Abraham fuerunt, ad aequalitatem centenariorum annorum, qui adsunt, et (tunc demum) juxta eorum (annorum) numerum filios generasse; quomodo potest dici, tam antiquiores, et pluribus annis viventes quàm sui posteri, citius filiis procreandis operam dedisse, ac non potius (id fecisse) juxta rationem temporis a Septuaginta recognitam? Id ipsum profectò et matura cogitatio [3] exhibet intelligendum; ita ut fateri necesse sit, quod in Judaeorum scriptura ab Adam usque ad Abrahae tempora erratum sit, praeter tres illos, Jaredi inquam comites. Samaritanum autem (exemplar errasse) tan-

Σερούχ γενόμενος ἐτῶν ρλ'. γεννᾷ τὸν Ναχώρ, καὶ ἐπέζησεν ἔτη β'. μέχρι κά. ἔτους Ἀβραάμ (vel potius Θάῤῥα).

Ναχὼρ γενόμενος ἐτῶν οθ'. γεννᾷ τὸν Θάῤῥα, καὶ ἐπέζησεν ἔτη ξθ'. μέχρι ξ'. ἔτους Θάῤῥα.

Θάῤῥα γενόμενος ἐτῶν ὁ. γεννᾷ τὸν Ἀβραάμ, καὶ ἐπέζησεν ἔτη οέ. μεχρι οέ. ἔτους Ἀβραάμ.

Ἀβραάμ ἔτος πρῶτον.

Ὁμοῦ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος Ἀβραάμ ἔτη ιμβ', ὁπόσα ἦν καὶ κατὰ τῶν Ο' ἑρμηνείαν.

Συνᾴδει τοίνυν τῇ παρ' ἡμῖν ἀναγνώσει παρὰ Σαμαρείταις φερομένη Ἑβραϊκὴ γραφὴ κατὰ τὰς πρώτας τῶν ἐτῶν ἀποδόσεις, τὰς πρὸ τῆς παιδοποιΐας. διαφωνεῖ δὲ πρὸς τὸ Ἰουδαίων Ἑβραϊκὸν ἔτεσι χγ'. ἦν γὰρ τὰ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος Ἀβραὰμ κατὰ τὴν τῶν Ἰουδαίων γραφὴν ἔτη σιβ'. Ἐπεὶ τοίνυν φαίνονται κατὰ τὸ παλαιότατον Ἑβραϊκὸν, ὃ δὴ παρὰ Σαμαρείταις ἔτι καὶ νῦν σώζεται, τῇ τῶν Ο' ἑρμηνείᾳ συμφώνως, οἱ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ καὶ ἐπὶ Ἀβραὰμ μετὰ τὰς προκειμένας τῶν ἐτῶν ἑκατοντάδας καὶ τὸν ἐπὶ τούτοις ἀριθμὸν παῖδας ποιησάμενοι, ποῖος ἐρεῖ λόγος τοὺς τούτων πρεσβυτέρους, καίπερ ἔτεσι πολὺ πλείοσι τῶν μετὰ ταῦτα βεβιωκότας, τάχιστα ἐπὶ τὴν παιδοποιΐαν ἐλθεῖν, καὶ μὴ μᾶλλον κατὰ τοὺς παρὰ τοῖς Ο'. σεσημειωμένους χρόνους; τούτων δ' οὖ καὶ ὁ σώφρων λογισμὸς ὑποβάλλει νοεῖν, ὥστε ἀνάγκη διημαρτῆσθαι ὁμολογεῖν τὴν μὲν παρὰ Ἰουδαίοις γραφὴν ἐν τοῖς ἀπὸ Ἀδὰμ καὶ ἐπὶ Ἀβραὰμ χρόνοις, ἐκτὸς τριῶν περὶ τὸν Ἰάρεδ, τὴν δὲ παρὰ Σαμαρείταις ἐν τοῖς ἀπὸ Ἀδὰμ καὶ ἐπὶ τὸν κατακλυσμὸν μόνοις. τὰ γὰρ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ καὶ ἐπὶ τὸν Ἀβραὰμ ἔτη σύμφωνα εὕρηται τῇ πα-

nime cohaereat supradictae supputationi, quam ipse usurpat ad normam Eusebii; ita ut necesse habeat textum Samar. hodiernum emendare ad normam Eusebii potius quam Eusebium ei accommodare. Breviter dicam, textus hodiernus Samarit. confundit annos Phalec 239, cum annis filii sui Ragau; sive idem textus Judaicum sequitur exemplar, quod ambobus annos pariter assignat 239. at Eusebius certam lectionem Samaritanam eam esse impraesentiarum cernuit, quae cum lectione τῶν LXX. convenit, in 339. annis Ragau.

1 Tam Interp. Arm. quam Sync. aequè legerunt in Eusebio Ἀβραάμ, sed reapse Eusebius scripserat, vel saltem debuit scribere Θάῤῥα, ut recta postulat ratio, suusque calculus; vide in tabula sexta. Id satis animadvertens Goar, emendavit Graecum textum, in margine tantum, apposito nomine Θάῤῥα, ac Latinam interpretationem emendate reddidit *Thara*. Prat. vero ipsum Gr. textum fidenter interpolavit: fidenter, inquam, non ita fideliter; cum debuisset aut parenthesi, aut in adnotationem potius signare emendationem, quàm ipsum textum, quamvis emendate, interpolare. Aliter, sublata hac regula, nullus editor antiquorum codicum fidem integram unquam mereretur.

2 Arm. potest etiam verti commodius, *quoad priorum annorum editiones*, sed tamen respectu Gr. τὸ πρωϊνὸν copulandum cum պրիչաւ-Թեանց, neque cum ամաց; aliter legendum esset in Gr. κατὰ τὰς τῶν πρώτων ἐτῶν ἀποδόσεις, pro eo, quod nunc legitur κατὰ τὰς πρώτας τῶν ἐτῶν ἀποδόσεις: ut ut sit, cuncta haec cum sequentibus tam libere Goar in latinum transtulit, ut omnino differat a nostro textu, qui fere ad verbum cum Gr. congruit.

3 Հաճուն՝ quamvis apprime sonat *humilis, vilis*, verum sumitur etiam pro *modesto, sobrio, vigili*, ac *prudenti*, quare et hic ex serie verborum significat *prudens* vel *matura*, sicut etiam Gr. habet ὁ σώφρων λογισμὸς (որ է՝ զգօն, կամ խոհական խորհուրդ), quod apud Goarum *humanus sensus* exprimitur, et apud Prat. *recta ratio*. In sequentibus 'ի ջրհեղեղէն in casu ablativo, probat genuinam lectionem Prati juxta Ms. B. ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ: quod et Goar in margine notaverat erudite, interim in textu corrupte habens ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ: ubi Scal. magis depravate legit ἐπὶ τὸν κατακλυσμόν, quo sensus evertitur.

աւանդեալ ամացն դրոշմեալոցու-
թեան։

Յե արդ՝ կարի իսկ յայտ է, թէ
հրեից եբրայականն սխալ է. քանզի
այնպէս գնոյն ձե՛ւ ի ժամանակսն աբ-
րահամու և նոյի գումարէ զթիւն,
զոր և ոչ մի՛ ի պատմութեանց յան-
դիմանն կացուցանէ։ Օ՛ի եթէ ըստ
հրեից գրոց՝ ի ջրհեղեղէն և ցաբրա-
համ գտանին ամք միջ՟. քանզի և
կեաց նոյ ըստ նոցա համարոյն յետ
ջրհեղեղին ամս յ՟ճ՟, յայտ է թէ
ձգեաց զկեանսն մինչև ցյիսնեբորդ
և ութեբորդ ամն աբրահամու։ Այլոյ
մարթի և այլազգ՝ ի վերոյ հասանել
յոտնաթեան հրեից օրինակացն, յե-
բեմնեմեանսն գրելոյ յառաջ քան
զաբրահամ յորդէծնութիւնս գալ.
յորժամ և ոչ որ յետ աբրահամեն
պատմիցին՝ գտանին նախ քան զերե-
սուն ամ եկեալ յորդէծնութիւն։

tummodo usque ad diluvium: etenim a diluvio usque ad Abraham anni iidem reperiuntur cum annorum descriptione apud Septuaginta tradita[1].

Porrò satis clarè constat erratum esse in Judaeorum (exemplari) Hebraico: namque eadem ratione temporibus Abrahae et Noe numerum colligit, quod vix ulla[2] historiarum exponit. Si enim secundum Judaeorum scripturam a diluvio usque ad Abraham reperiuntur anni CCXCII. siquidem juxta eorum supputationem vixit[3] Noe post diluvium annos CCCL. manifestum erit (eumdem) vitam produxisse usque ad quinquagesimum octavum annum Abrahae. Verùm alio etiam modo licet Judaeorum exemplarium pravitatem deprehendere; (nempe ex eo) quod illos, qui Abraham praecesserunt, annos triginta natos liberis operam dedisse scribunt; quando nec eos quidem, qui post Abrahamum referuntur[4], ante trigesimum annum liberis procreandis operam dedisse reperies.

Ջե արդ՝ յամենայն կողմանց իսկ
յայտ է, թէ ե՛օթանասնիցն թարգ-
մանութիւն՝ ի հին և յանսխալ օրի-
նակաց եբրայեցւոյն թարգմանե-
ցաւ. և նմանագոյնս և մեք զնոյն՝ ի
կիր արկցուք՝ ի ժամանակագրու-

Constat itaque omni ex parte interpretationem Septuaginta ex antiquis et incorruptis Hebraeorum exemplaribus desumptam fuisse; ideoque, ut par erat, nos quoque eadem utemur in praesenti Chronographia[5].

Ἀντικρυς δὲ φαίνεται διημαρτημένως ἔχειν τὸ παρὰ Ἰουδαίοις Ἑβραϊκόν. συνάγει γὰρ κατὰ τὸ αὐτὸ τοῖς χρόνοις τὸν Ἀβραὰμ καὶ τὸν Νῶε, ὅπερ οὐδὲ μία παρίστησιν ἱστορία. Εἰ γὰρ κατὰ τὴν Ἰουδαίων γραφὴν ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ καὶ ἐπὶ Ἀβραὰμ ἔτη τυγχάνει σμβ΄, ἔζησεν δὲ Νῶε κατὰ τοὺς αὐτοὺς μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἔτη τ΄, δῆλος ἐστὶ παρατείνας τὴν ζωὴν μέχρι νή. ἔτους Ἀβραάμ. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλως τὴν ἀτοπίαν συνιδεῖν τῶν παρὰ Ἰουδαίοις ἀντιγράφων, ἀπὸ τοῦ τριακονταετεῖς ἀναγράφαι τοὺς πρὸ τοῦ Ἀβραὰμ πεπαιδοποιημένους, ὁπότε οἱ μετὰ τὸν Αβραὰμ ἱστοροῦνται πρεσβύτεροι τῶν λ΄, ἐτῶν ἐπὶ τὴν παιδοποιΐαν ἐλθεῖν.

Πανταχόθεν τοιγαροῦν τῆς τῶν Ο΄. ἑρμηνείας ἐκ παλαιᾶς, ὡς ἔοικε, καὶ ἀδιαστρόφου Ἑβραίων γραφῆς μεταβεβλῆσθαι συνισταμένης, εἰκότως ταύτῃ καὶ ἡμεῖς κεχρήμεθα κατὰ τὴν παρούσαν χρονογραφίαν. ὅτε μάλιστα καὶ

1 Ludovicus Capellus in Chron. Sacr. p. 7. ad tab. IV. haec habet. » Cur autem, inquit, hic potiùs, quàm in antecedentibus decem Patriarchis, qui ante Diluvium vixerunt, Samariticus codex sequutus sit calculum τῶν LXX, non verò Hebraeum codicem, causam divinare non possum «: nunc discere causam poterat ab Eusebio, si tamen audire volet; quod dubitamus, cum Capellus omnino imminuere studeat auctoritatem lectionis Septuaginta; sicut Eusebius plus aequo Judaicam accusat.

2 Յե ոչ մի, ad syllabas, probare videtur lectionem Goari separatim editam οὐδὲ μία, sed commode etiam cohaeret cum altera junctim usurpata οὐδεμία, ut aliis placet.

3 Scal. minus recte legit hic ἐξῆς, pro ἔζησε sive ἔζησεν, quod alii correctius ferunt juxta Arm. id enim recte sonat եկեաց.

4 Պատմիցին *narraverunt*, fortassis legendum պատմիցին, aut potius պատմին, *narrantur*; nam ita sonat Gr. ἱστοροῦνται, atque ita certa elicitur sententia. Verùm totum Gr. textum Prato placuit ita vertere: » quando qui Abrahamum subsequuti sunt, referuntur generasse demum post illam aetatem «. Goar paulo aliter rem expressit: » quod annis 30. solum natos homines ad prolem suscipiendam ante Abraham convolasse, Abraham verò nepotes nonnisi annis triginta majores illi primum laborasse describat «.

5 Haec legerat Scaliger, eaque manifesta, quibus auctor pollicetur se codicem τῶν LXX. constanter imitaturum; at quia sinistro judicio non auctori nostro, sed Syncello haec adscripsit, ideo non potuit animadvertere maximum errorem, quo supponit Eusebium ubique Judaicum exemplar anteferendum putasse, non tamen iis, quae promiserat, satisfecisse; id quod non semel repetit in annotationibus ad Gr. Euseb. sed plane apertius p. 402. ad 3. » Haec trium codicum inter se collatio (Scaligeri sunt verba) ideo ab Eusebio instituta, ut ostenderet duabus reliquis editionibus solam codicis Hebraici Judaeorum anteferendam esse: quod quum proposuerit, non tamen sequutus est. Nam dinumeratio temporum ab Adam ad Diluvium, secundum Judaeos colligit annos duntaxat MDCLVI. ipse autem putat MMCCXLII, quae est Septuaginta interpretum summa, in quo manifesto contra hypothesin facit; atque eo nomine à Georgio laudatur simul, et vituperatur: alterum, quod tot annos ab Adam, ad Diluvium ponit, quot ex dinumeratione septuaginta interpretum colligi possunt: alterum, quod professus se Judaeos sequi, in partes Septuaginta Seniorum transit, quae fuit maxima Eusebii ἀλογιστία, vitium illi scriptori solemne «. Tota errat via vir criticus, immo arrogantissimus. Tota sane est mera conjectura, quae nullo plane innititur fundamento, ita ut vir tam acris ingenii neque Eusebii mentem assecutus sit, et praeterea in Syncello a se toties ventilato hallucinatus sit. Syncellus ubique hoc tantum objicit Eusebio, quod cum professus fuerit Septuaginta lectionem sequi, (ut vere professus est, velit nolit Scal.) voluerit tamen ab ea discedere quoad Cainan secundum, quem S. Lucas memorat; quippe qui omnino conticuit nomen hujus Cainan, et consequenter decurtatam annorum dinumerationem collegit a diluvio usque ad Abraham; quod annuit ipse Eusebius, ubi dixit in prooemio Canonis *minorem* se numerum retinuisse, scilicet inter varias τῶν LXX. lectiones, eam potius sibi praelegisse, quae annos continet minores, quàm quae admisso secundo Cainan, dilatant spatium temporis. Caput ergo erroris Scaligeri (fortasse et Syncelli) id fuit, quod *minorem* numerum de Judaico calculo intellexit: sed gratis, cum nullibi viderit Eusebium Judaico calculo usum, sed ubique altero, qui communiter habetur apud Scriptores velut genuina τῶν LXX. hypothesis. Sed pro nobis fusius egit Prat. in suis observationibus contra conjecturas Scaligeri et Vallarsii inter se adversantes. Interim verò satis erit objicere Scaligero, simulque Vallarsio, illa Syncelli verba p. 53. C. ubi dicit de Eusebio, τῇ γὰρ πλεοναζούσῃ τῶν δύο, τῆς τε κατὰ τὸ Ἑβραϊκόν, τῆς τε παρὰ Σαμαρείταις, ἐκδόσει τῶν ὁ. κέχρηται, ὡς φησιν ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ. (Interp. Goar). » Superexcedente siquidem septuaginta Interpretum calculo usus, utrumque, alium, cum qui penes Hebraeos, tum penes Samaritanos, ut computum abdicat, idem ipse libro primo testatur «. Haec inquam satis confutant Scaligerum, qui nescivit Eusebium calculo τῶν LXX usum, non autem Judaico; nec minus Vallarsium perstringunt, qui negavit primum Chronologiae Eusebianae librum extare, quo posito, in multas abiit absurditates. Non est hujus loci disquirere, an recte senserit Syncellus de loco Eusebii in prooemio Canonis, ubi duplices ἀποδόσεις inducuntur, ἡ μὲν πλέιδουσα, ἡ δὲ ἐλλείπουσα, scilicet traditiones annorum, una *excedens*, altera *deficiens*; sed id nobis propositum est demonstrare, quod vel ipse Syncellus demonstrat verbis Eusebii, eum non Judaicum, sed τῶν LXX. calculum constanter tenuisse, ἐκδόσει ait τῶν ὁ. κέχρηται, ὡς φησιν ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ: ad verbum, *traditione Septuaginta utitur* (Eusebius), *ut ait in primo sermone*; quo praesens locus designatur quam clarissime, quod tamen fugit Scaligerum, adeo ut praesentem Eusebii locum ex integro sub nomine Syncelli citans in adnot. p. 413. hinc cum Syncello ipso

Թիւնս՝ որ առաջի կայ։ Եւ մնաս անդ մի և եկեզեցի իսկ քան՝ որ ընդ ամենայն տիեզերս տարածեալ է, զնա միայն կրե. զոր և կենարարին մերոյ առաքեալք և աշակերտք՝ի քէնէ աւանդեցին՝ի կիր արկանել։

Եւ արդ՝ գտանին ըստ եօթանասնից նոցին՝ յադամայ մինչև զկըհեղեղն ամք սմ̃ք. և՝ի կըհեղեղէն և ցառաջին անն աբրահամու՝ ամք ջ̃նբ. և ընդ ամենայն՝ ամք վձ̃ձ̃։

Իսկ ըստ հրէից եբրայականին՝ յադամայ մինչև զկըհեղեղն՝ ամք ռ.ծ̃զ. և՝ի կըհեղեղէն ցառաջին անն աբրահամու՝ ամք մղ̃ք. և ընդ ամենայն ամք ռ.ջ̃նբ։

Իսկ ըստ շամարտացոց եբրայական կանոնին՝ յադամայ մինչև զկըհեղեղն՝ ամք ռ.յ̃ճ̃։ և՝ի կըհեղեղէն ցառաջին անն աբրահամու՝ ամք կ̃նք̃. և ընդ ամենայն՝ ամք սմ̃նթ։

Եւ յառաջմէ ամէն աբրահամու մինչև ցմովսէս և ցելսն հրէից ցեգիպտոսէ՝ միաբան ըստ ամենայն թարգմանացն լինին ամք չէ. որք թուին զայս ձև օրինակի։ Յամին է երորդի եօթանասներորդի կենացն աբրահամու, որ յայտնեցաւ նմա ՅԾ՝ զա ւակի նորա տալ խոստացաւ զերկիր աւետեաց։ քանզի գրեալ է՝ թէ աբրահամ էր ամաց հ և հնգից յորժամ ել՝ի խառանէ. և ա՛ն աբրաամ զաս քա կին իւր, և զղօմա զեղբօրորդի իւր։ Եւ՝ի նոյն յարեալ ասէ միբստմիոջէ գիրն. և երևեցաւ ՅԾ աբրահամու, և ասէ ցնա. զաւակի քումմաց զերկիրս զայս։ Եւ արդ՝ լինին յառաջին տիոցն աբրահամու՝ ամք չէ. և յեօթանասնէ հինգերորդէ ամէն աբրահամու մինչև ելսն հրէից յեգիպտոսէ՝ ամք նղ։ Օ սոյն և առաքեալն պօղոս վկայէ. Օ կատին ասէ՝ որ յառաջագոյն հաստատեալ էր յՅ̃ս, օրինքն՝ որ յետ ն և չ̃ամի եղեն՝ ոչ կարէն խոտել առ՝ի խափանել զաւետիսն։ Եւ զնովին ածեալ ասէ.

Cum praesertim et ipsa Christi Ecclesia per universum terrarum orbem diffusa, illam solummodo teneat; quam [1] et Salvatoris nostri Apostoli ac Discipuli ab initio utendam tradiderunt.

Reperiuntur itaque secundum Septuaginta versionem ab Adam usque ad diluvium anni MMCCXLII. et a diluvio ad primum annum [2] Abrahae DCCCCXLII. Omnes simul anni MMMCLXXXIV [3].

Juxta vero Judaico-Hebraicum (exemplar), ab Adam usque ad diluvium anni MDCLVI. et a diluvio ad primum annum Abrahae anni CCXCII. Omnes anni simul MDCCCCXLVIII.

At secundum Samaritano-Hebraicum, ab Adam usque ad diluvium anni MCCCVII. et a diluvio ad primum annum Abrahae, anni DCCCCXLII. Simul omnes anni MMCCXLIX.

Atque a primo anno Abrahae usque ad Moysen et egressum Judaeorum de Aegypto concorditer juxta omnes interpretes conficiuntur anni DV. qui ita numerantur [4]. Anno quinto supra septuagesimum vitae Abrahae, cum ipsi apparuisset Deus, semini ejus terram promissionis daturum se pollicitus est: etenim scriptum est, quod» Abraham erat annorum LXXV. cum egressus est de Charan. Et sumpsit Abraam Saram mulierem suam, et Lot filium fratris sui «. Et iisdem addens, singillatim Scriptura dicit: » Et apparuit Deus [5] Abrahae, et ait illi: Semini tuo dabo terram istam «. Itaque a prima aetate Abrahae conficiuntur anni LXXV. (sc. usque ad hanc promissionem Dei); et a septuagesimo quinto anno Abrahae usque ad egressum Judaeorum de Aegypto, anni CCCCXXX. Id ipsum et Apostolus Paulus testatur: » Testamentum, inquit, jampridem a Deo confirmatum [6], lex, quae post CCCC. et XXX.

ἡ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἁπλωμένη Χριστοῦ Ἐκκλησία ταύτῃ προσέχει, τῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἀποστόλων τε καὶ μαθητῶν ἀρχῆθεν ταύτῃ χρῆσθαι παραδεδοκότων.

Ἐστὶ τοίνυν κατὰ τοὺς Ο', τὰ μὲν ἀπὸ Ἀδὰμ ἐπὶ τὸν κατακλυσμὸν ἔτη βσμβ'. τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος Ἀβραὰμ ἔτη υμβ'. τὰ πάντα ἔτη ,γρπδ'.

Κατὰ δὲ τὸ παρὰ Ἰουδαίοις Ἑβραϊκὸν ἀπὸ Ἀδὰμ ἐπὶ τὸν κατακλυσμὸν ἔτη ,αχνς'. ἀπὸ δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος Ἀβραὰμ ἔτη συβ'. τὰ πάντα ἔτη ,αυμή.

Κατὰ δὲ τὸ παρὰ Σαμαρείταις Ἑβραϊκόν, ἀπὸ Ἀδὰμ ἐπὶ τὸν κατακλυσμὸν ἔτη ,ατζ'. ἀπὸ δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος Ἀβραὰμ ἔτη υμβ'. ὁμοῦ τὰ πάντα ἔτη βσμθ'...

Ἄβραμ δὲ ἦν ἐτῶν ἑβδομηκονταπέντε, ὅτε ἐξῆλθεν ἐκ Χαρράν. Καὶ ἔλαβεν Ἄβραμ Σάραν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ τὸν Λὼτ υἱὸν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. Genes. XII. 4. 5. . . . Καὶ ὤφθη κύριος (Euseb. legit ὁ Θεὸς) τῷ Ἄβραμ, καὶ εἶπεν αὐτῷ, τῷ σπέρματί σου δώσω τὴν γῆν ταύτην. Ibid. v. 7. . . . Διαθήκην προκεκυρωμένην ὑπὸ τοῦ Θεοῦ (εἰς Χριστὸν), ὁ μετὰ ἔτη τετρακόσια καὶ τριάκοντα γεγονὼς νόμος οὐκ ἀκυροῖ, εἰς τὸ καταργῆσαι τὴν ἐπαγγελίαν. Galat. III. 17. . . . τῷ δὲ Ἀβραὰμ δι' ἐπαγγελίας κεχάρισται ὁ Θεός. Ibid. v. 18...

acriter pugnat. Adeant, qui velint, locum, et videant cui potius congruat nomen Aristarchi, quo vult Scal. Syncellum notare.

1 Pro զոր, Goar legit in Gr. αὐτῇ. Scal. ταύτῃ, cui adhaesit et Prat. ad fidem Ms. A. attamen codex B. ipso Prato teste, habet ταύτην, quod ultimum magis cohaeret cum lectione Arm. in casu accusativo.

2 Aeque juvat lectio Prati, quam observavimus, juxta Mss. A. et B. perinde ac Goari habentis ἕως τοῦ πρώτου ἔτους.

3 Iterum hujus loci meminit Sync. p. 74. A. his verbis, » Εὐσέβιος τῷ ,γρπδ'. ἐτει τοῦ κόσμου φησὶ τὸν Ἀβραὰμ γεννηθῆναι. σφάλλεται ὁ Εὐσέβιος ἐν τοῖς ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως Ἀβραὰμ χρόνοις, τὰ ρλ'. ἔτη τοῦ δευτέρου Καϊνὰν μὴ στοιχειώσας υἱοῦ Ἀρφαξάδ, ὃν οἱ ὁ. ἀριθμοῦσι, καὶ τὸ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγέλιον ιγ'. ἀπὸ Ἀδάμ. (Interp. Goar). » Eusebius anno 5184. Abraham natum scribit. Signandis ab Adam usque ad Abraham annis decipitur Eusebius, Cainan (adde, secundi), filii Arphaxad, quem Septuaginta numerarunt, et Evangelium Lucae 13. ab Adam ponit, centum triginta annis silentio suppressis «. Eodem argumento confutat Africanum, qui ab Adam ad primum Abrahae annum recensuit annos 5202. Ipse autem Syncellus recenset annos 3312. admisso nempe Cainan secundo.

4 Haec ex parte transcripsit Steph. Asolicus Arm. Scriptor. lib. I. cap. 1. Juvat locum ipsum describere, ut conferatur cum nostro codice. * Ընդ որ Թուէն զայս ձև օրինակի։ Յամի հինգերորդի եօթանասներորդի կենացն աբրահամու յայտնեցաւ նմա ՅԾ, և զաւակի նորա տալ խոստացաւ զերկիրն աւետեաց։ Եւ արդ՝ լինի յառաջին տիոցն աբրահամու ամք չէ. և յ չէ ամէն աբրահամու մինչև ցելսն յեգիպտոսէ ամք նղ։ Օ սոյն և առաքեալ ասէ. զկտակն ասէ՝ որ յառաջագոյն հաստատեալ էր ցՅ̃ս, օրէնքն՝ որ յետ չ̃ամի եգան, ոչ կարէն խափանել։ Similia repetit Euseb. in Canone. Ad utrumque locum, sed maxime ad praesentem refertur Syncelli ecloge ab Eusebio p. 79. E. » Εὐσεβίου. Τῷ υλ'. ἔτει, ἀπὸ τοῦ ε. καὶ ὁ. ἐτους Ἀβραὰμ, ἤτοι ἀπὸ τοῦ πρώτου ἔτους τῆς παροικίας αὐτοῦ εἰς γῆν Χαναάν, ἕως τοῦ πέ. ἐτους Μωσέως καὶ ἀπ' Αἰγύπτου πορίας τοῦ Ἰσραὴλ ἀπαριθμεῖ. (Goar) » Ex Eusebio. Annos quadringentos triginta ab Abrahae quinto supra septuagesimum, id est, a primo migrationis ejus in terram Chanaan, usque ad 81. Moysis et exitus Israel ex Aegypto retro recenset (Eusebius) «.

5 In Genesi, ut Gr. habet κύριος, ita et Arm. աէր, et Lat. *Dominus*.

6 Illud εἰς Χριστόν, quod praefert Gr. lectio in textu S. Pauli, vix cognovit Eusebius, sicut etiam neque Vulg. Lat. hodie cognoscit; praefert tamen versio Arm. ibi: * զկտակն յառաջագոյն հաստատեալ յՅ̃ս՝ի

քայց աբրահամու աւետեաց ընծ-
հեաց ինձ ։ Ոչնանի աբրահամու որ-
դի իսահակ ՝ի Ա՛ որդւոմ ամին նո-
ւա , յետ իբ՛ ամաց խոստացեալոց աւե-
տեացն նմա յիւ՛ ։ և այլ եւս պակաս
գտանին մինչև ելքն յեգիպտոսէ
ամք նե՛ . զի լինիցին յաւետեացն
մինչև ցայն ժամանակ ամք նղ՛ ։

Ա՛յլ որ յայտնեցաւն աբրահամու
ինձ , գարձեալ երևեալ նմա՝ ասէ ,
Թէ գիտելով գիտասջիր , զի պան-
դխտեսցի զաւակ քո յերկիր՝ որ ոչ
իւր իցէ . և ծառայեցուսցեն զնոսա
և չարչարեսցեն սմն ։ Ոչյժ հաս-
տատութեամբ յիշատակեաց զզաւա-
կին . և զի մի խոստակաչ համարիցին
զժամանակս , նշանակեցաւ և առ
Եղիւք որդւոյն իսրայէլի յերկրէն և
գիպտացւոց նղ՛ ամեայ ժամանակին ։
Ա՛նանդի այսպէս ասէ գիր . զոր բնա-
կեցին յեգիպտոս և յերկիրն քանա-
նացւոց ինքեանք և հարք իւրեանց՝
ամն նղ՛ . և եղև յետ նղ՛ ամանցն ելին
զօրութիւնքն տեն յերկրէն եգիպ-
տացւոց գիշերի ։ Ա՛յս քանդի են ընդ
ամենայն նղ՛ ամ յիւ՛ աւետեացն հե-
տէ՝ որ եղեն յեօթանասնեւորդում
հինգերորդում ամի տիոյն աբրաա-
մու , ապա յայտ իսկ է Թէ յառաջին
ամէն աբրահամու մինչև ցմիմոէս և
ցելսն յեգիպտոսէ են ամք չէ՛ . զորս
և մանր իսկ Թուէն ոմանք զայս ձև
օրինակի , եթէ Ա՛բրաամ լեալ ա-
մաց ճ՛ոց՝ ծնանի զիսահակ ։ Ա՛յս իսա-
հակ լեալ ամաց ։ի ից՝ ծնանի զյա-
կոբ ։ Յակոբ լեալ ամաց ճ և վիցից՝
ծնանի զղեւի ։ Ղեւի լեալ ամաց խղ՛ից՝
ծնանի զկահաթ ։ Կահաթ լեալ ա-
մաց կլ՛ ից՝ ծնանի զամրամ ։ Ա՛մրամ

annos facta est, non potest improbare ad impediendam repromissionem «. Atque addit dicens: » Abrahae autem per repromissionem donavit Deus «. Nascitur (autem) Abrahae filius Isaac anno suo centesimo, post xxv. annos repromissionis, quam Deus fecerat ipsi. Praeterea etiam usque ad egressum de Aegypto desunt anni ccccv. ut sint a promissione ad id usque tempus anni cccxxx.

Verum, qui Abrahae apparuit, Deus, rursum ipsi apparens dixit: » Sciendo scies, quod peregrinabitur semen tuum in terra, quae non sua sit, et in servitutem redigent eos, et male afficiant [1], annis cccc «. Summa quidem constantia mentionem fecit seminis: ne (ergo) Isaaco tribuamus tempora, indicatum est etiam sub egressum filiorum Israel de Aegypto illud cccxxx. annorum tempus. Ita enim ait Scriptura. » (Habitatio) [2] quam habitarunt in Aegypto, et in terra Chananaeorum ipsi et patres eorum, anni cccxxx. et factum est post annos cccxxx. exierunt virtutes Domini de terra Aegyptiorum nocte «. Quoniam vero omnes anni jaminde a Dei promissione facta septuagesimo quinto anno aetatis Abrahae, sunt cccxxx. constat ergo [3] a primo anno Abrahae usque ad Moysen et exitum de Aegypto annos esse dv. quos quidem nonnulli minutatim ita dinumerant. Abraham cum esset c. annorum, genuit Isaac. Et Isaac cum esset annorum lx. genuit Jacob. Jacob cum annorum esset lxxxvi. genuit Levi. Levi cum esset xlvi. annorum, genuit Cahath. Cahath cum esset annorum lxiii. genuit Amram. Amram cum

Γινώσκων γνώσῃ, ὅτι πάροικον ἔσται τὸ σπέρμα σου ἐν γῇ οὐκ ἰδίᾳ, καὶ δουλώσουσιν αὐτούς, καὶ κακώσουσιν (αὐτοὺς, καὶ ταπεινώσουσιν αὐτούς) τετρακόσια ἔτη. Genes. xv. 13.

(ἡ δὲ κατοίκησις τῶν υἱῶν Ισραὴλ ἣν κατῴκησαν ἐν (γῇ) Αἰγύπτῳ καὶ ἐν γῇ Χαναὰν, αὐτοὶ καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν, ἔτη τετρακόσια τριάκοντα. Καὶ ἐγένετο μετὰ τα᾽ τετρακόσια τριάκοντα ἔτη, ἐξῆλθε πᾶσα ἡ δύναμις κυρίου ἐκ γῆς Αἰγύπτου νυκτός. Exod. xii. 40. 41.

(S. Niceph. Patr. Chron. 516.) καὶ κατὰ μέρος δὲ σῦτως ἔχει. Ἀβραὰμ γενόμενος ἐτῶν ρ΄. γεννᾷ τὸν Ισαάκ, Ισαὰκ γενόμενος ἐτῶν ξ΄. γεννᾷ τὸν Ιακώβ. Ιακὼβ γενόμενος ἐτῶν πζ΄. γεννᾷ τὸν Λευί. Λευὶ γενόμενος ἐτῶν μϑ΄. γεννᾷ τὸν Καάθ. Καὰθ γενόμενος ἐτῶν ξ΄. γεννᾷ τὸν Ἀμράμ. Αμρὰμ γενό-

քեայ, օրինքն՝ որ յետ չորեքհարիւր և երեսուն ամի եգան, ոչ կարեն խափանել ‖, etc. De voce autem Arm. աւետիք, obiter nota apprime sonare *annuntiationem*, seu *jucundam famam a nuntio prolatam*, sed quum Latinis familiare sit *repromissio* in sacris litteris, idem et nos servavimus. Gr. vox ἐπαγγελία utrumque aeque probat.

1 Nescio an decurtando citaverit Eusebius Gr. textum, ita ut omiserit ea, quae inclusimus parenthesis nota, vel ita abbreviatum reperit in suo codice; ad quem sane prope accedit Vulg. Lat. ubi tantum habetur, » et subjicient eos servituti, et affligent «: at Arm. lectio in Genesi integre fert cum Gr. » և ծառայեցուսցեն զնոսա և չարչարեսցեն և տա-
ժանեցուսցեն զնոսա ‖ ։

2 Anteriorem Scripturae loci partem ab Eusebio vel a librariis praetermissam intercludi parenthesis nota placuit; sicut etiam vocem γῇ ante Αἰγύπτῳ, quoniam Euseb. legit tantum ἐν Αἰγύπτῳ; quem et secutus est et S. Niceph. in Chron. ut etiam Vulg. Lat. in Exod. habet *in Aegypto*. At Arm. lectio ibi habet ad normam Gr. յերկրին եգիպ-
տացւոց, sc. ad verb. ἐν γῇ Αἰγύπτιων: sicut et Sync. ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, p. 101. Illud verò αὐτοὶ καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν, ab Eusebio usurpatum quamvis neque Vulg. Lat. neque vulgata editio τῶν lxx. habeat, nihilominus quidam vetusti codices Gr. exhibent, sicut etiam Arm. lect. ibidem. Omitto abbreviatam interpretationem Vulg. Lat. *Quibus expletis*, pro iterandis illis verbis, Καὶ ἐγένετο μετὰ τα᾽ τετρακόσια τριάκοντα ἔτη. Sicut etiam pro adverbio νυκτός, *nocte*, in calce periodi appositio, Vulg. Lat. novam inchoavit periocham: *Nox ista est*, etc.

3 Haec iisdem fere verbis transcripsit Asolicus noster statim post alterum fragmentum superius citatum, dicens. » Ա՛յս յայտ է Թէ յառաջին
ամէն աբրահամու մինչև ցմիմոէս և ցելսն յեգիպտոսէ են ամք չէ՛. զոր
և իսկ Թուէն զայս ձև օրինակի. Ա՛բրաամ լեալ ամաց ճ՛. ծնանի զ-
իսահակ։ Իսահակ ամաց ։կ՛. ծնանի զյակոբ։ Յակոբ ամաց ։խ՛. ծնաւ զղեւի։ Ղեւի ամաց խի՛. ծնաւ զկահաթ։ Կահաթ ամաց կի՛. ծնաւ զամ-
րամ։ Ա՛մրամ ամաց ։ճ՛. ծնաւ զմովսէս՝ի յայնժամ (կամ՝ի յորում ժամ) հնոյէ իսրայէլ։ Մովսէս ամաց ։բ՛. հանէ զժողովուրդն յեգիպտոսէ։ Մի-
ջանցանցն յառաջին ամէն աբրահամու մինչև ցելսն ամք չ՛. և Է՛. և յոգոմանց՝ վցի ‖ : Nil juvat reddi in Latinum, cum minime differat ab Auctore nostro, praeter ultimum calculum, de quo mox videbis. Verum similia repetit et Samuel noster ex eodem Eusebio. Nec aliunde descripsit ea, quae in Gr. loco reposuimus, S. Niceph. Patriarcha, qui initio verborum quae citavimus, haec praemiserat, καὶ κατὰ μέρος δὲ οὕτως ἔχει· sc. *et singulatim quidem ita habet*; sive ut reddit Goar: » Hi verò per partes ita colliguntur «. In calce vero ita abbreviat Niceph. Eusebii dicta, nonnullis a se intersertis. Συνάγεται οὖν τὰ πάντα ἀπὸ μὲν πρώτου ἔτους Αβραὰμ ἑπὶ τὴν ἐξ Αἰγύπτου πορείαν ἔτη φβ΄. ἀπὸ δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ ,αφπ΄.ἀπὸ δὲ Αδὰμ κατὰ τοὺς ὁ΄. ἔτη ,αχπϑ΄. κατὰ δὲ ἄλλους . . . « hoc est: » Colliguntur itaque omnes quidem a primo Abrahae anno usque ad profectionem ab Aegypto, anni 502. a diluvio autem 1580. ab Adam vero secundum lxx. anni 1689. secundum alios . . . . (desunt sequentia) «. ubi pro φέ. 505. mendose habetur φβ΄. 502. ut nihil dicam de annis 1689. pro quels debuit signare 3689. ut videbis in sequenti adnot.

լեալ ամաց Ո իջ՝ ծնանի զմովսէս։ Եւ մովսէս լեալ ամաց Ճ իջ՝ հանէ զժողովուրդն յԵգիպտոսէ։ Եւ խառնա-մայն ընդ ամենայն՝ յառաջեալ ամէն աթբահամու մինչև ելեալն յԵգիպտոսէ ամք ՌՃ։ Եւ ընդ ամենայն՝ յա-դամայ մինչև ելեալն յԵգիպտոսէ ըստ եօթանասնից ամք վձԹ։ Եւ ըստ հրեիցն՝ ամք սնծգ։ Եւ ըստ շամլը-տացւոց՝ ամք սչծգ։

Եւ յետ մովսիսի վախճանելոյն մինչև ցսողոմոն և ցտաճարին կազ-մած՝ այլազգ գաւառացոյն գիրք, որով միաբանի և նուիրական առա-քեալն պօղոս 'ի գործս առաքելոցն. և այլազգ թագաւորութեանն պատ-մութիւնն և եբրայեցւոց խօրու-թիւնն առանդ։ Եւ աւ լիցի ըստ իւ-րաքանչիւր մի ըստ միոջէ անցանել. և որ զարդարն ցուցանի՝ զայն ընդ-ունել։

Նախ զայսու իսկ նախ չի պարտ առանց քննութեան անցանել, ո՛ր-պէս և աֆրիկանոս 'ի հինգ ժամանակ կապրութեան գիրս կարգեաց։ Եւ թուի ինձ՝ թէ կարի իսկ մեծամեծս սխալէ յայսոսիկ, որ առաջիս կան։ Վասնզի յելից մովսիսի մինչև ցսո-ղոմոն և ցտաճարին երուսաղէմի չինուածն՝ ժողովէ ըստ իւրում իմն առանձինն թուոց՝ ամն չՀոդ. և զմեծ մասն առանց վկայութեան եդեալ սխալէ, ոչ միայն հակառակ ասե-ղէն գրոցն խօսելով, այլ զի և զժպրհու-թեան իմն իրս 'ի կիր արկանէ. բնաւ և զհարիւր իսկ ամաց յանձնէ մե-ծանէ։ Վասնզի զնէ աւելի ամն. զներոցն որ յետ յեսովայ կացին՝ ամն

annorum esset LXX. genuit Moysen. Moyses cum esset annorum, LXXX. eduxit populum de Aegypto. Simul a primo anno Abrahae usque ad egressum de Aegypto omnes anni DV. Summa vero annorum ab Adam usque ad exitum de Aegypto, juxta LXX. anni MMMDCLXXXIX [1]. Et secundum Judaeos, anni MMCCCCLIII. Juxta vero Samaritas, anni MMDCCLII.

Post obitum vero Moysis usque ad Salomonem ac templi aedificationem, aliter quidem Judicum liber, cui etiam divus [2] Apostolus Paulus in actis Apostolorum suffragatur; aliter vero Regni historia (sc. Regum liber) Hebraeorumque discrepans traditio tradit. Expedit singula singillatim percurrere, atque id, quod veritatem ostendat, amplecti.

Primum verò, illud quoque haud licebit absque examine praeterire; quomodo nempe et Africanus ipse in quinque Chronologiae libris disposuerit. Et quidem, ut mihi videtur, quam maxime in his rebus, quae adsunt, hallucinatus est: etenim ab Exodo Moysis usque ad Salomonem et templi Herosolymitani aedificationem, colligit juxta suum privatum calculum annos DCCXLIV. Atque ex majori parte sine auctoritate procedens, oberrat; non eo tantum, quod contra Divinam Scripturam loquitur, sed quod temeritatis quidpiam adhibet, centum utique annos omnino de suo intrudens [3]. Siquidem plus annorum

μερος ἐτῶν οέ. γεννᾷ τὸν Μωϋσῆν. Μωϋσῆς γειόμενος ἐτῶν π'. ἐξάγει τὸν λαὸν ἐξ Αἰγύπτου. Συνάγεται οὖν τὰ πάντα ἀπὸ μὲν πρώτου ἔτους Ἀβραὰμ ἐπὶ τὴν ἐξ Αἰγύπτου πορείαν ἔτη φβ'. (Ἀπὸ δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ ,αφπ'). Ἀπὸ δὲ Ἀδὰμ κατὰ τοὺς ο'. ἔτη ,αχπϑ'. κατὰ δὲ ἄλλους .....

1 Optima lectio. Constat enim omnino ex diversis Eusebii calculis annos numerari ab Adam usque ad Exodum juxta LXX. 3689. siquidem toties dixit auctor Diluvium contigisse anno mundi 2242. exinde vero usque ad Abrahae annum primum 942. ac deinde usque ad Exodum, 505. quorum summa conficitur 3689. Ita haec collegit etiam Samuel noster sincerus Eusebii eclogarius, ubi dixit. * Եւ առնէն յառաջին ամէն աթբահամու մինչև ելեան յԵգիպտոսէ ազգք ԲՃ. ամք չԸ. յառամայ ազգք ԼՃ. ամք վռմԹ ||. (կամ որ նորն է՝ ըստ այլ օրինակաց, Գռ. ո. ՃԹ.) &c. » Efficiuntur autem a primo Abrahae anno usque ad exitum ab Aegypto generationes VIII. anni DV. ab Adam vero generationes XXVIII. anni MMMDCLXXXIX [a]. Mendose itaque habetur apud Niceph. ,αχπϑ'. 1689. pro ,γχπϑ'. 3689. Goar intactum reliquit locum Nicephori, sed in adnotationibus sic emendandum judicavit cum praemissis numeris, ita tamen ut et ipse animi pendeat, p. 79. ad 316. » Ἔτη φβ'. Fallitur: φιά. colligere debuerat. Contius 505. subducit. Ἀπὸ δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ ,αφπ'. Scaliger ,αφλ'. quam vitiose. Contius cum Anastasio Regio et Miscella 1587. quam accurate. Anni quippe 1587. aliis 2242. ad diluvium additi, summam 3829. conficiunt: quam eamdem 2242. ad diluvium, et a diluvio ad Abraham 1082. et ab Abraham ad profectionem ex Aegypto 505. una juncti componunt [a]. Sed libera videtur haec Goari censura cum suis conjecturis, nam Niceph. (exceptis librariorum mendis) non alio modo discrepat ab Eusebio, nisi admittendo Cainan secundum annis 130. quos annos si addas supra 1447. quot numerantur juxta Eusebium a diluvio ad Abraham, accurate colliguntur anni 1580. ergo per se non recipit correctionem lectio Niceph. ,αφπ'. De tertio numero, qui nobis curae est, haec ex aliis notavit Goar, » Ἀπὸ δὲ Ἀδὰμ κατὰ τοὺς ο'. Anastasius Regius et Miscella lacunam occurrentem replent scribentes: *secundum alios autem* 3829. quae Auctoris sententia est. Contii textus clarior: Ab Adam vero secundum 70. ter mille octingenti novem, secundum alios 3698 [a]. Ubi nihil ad nos de numero 3829, an Nicephori; nec ne sit sententia, (ejus enim calculus videtur prodere annos 3822.) Contii itaque textus juvat Eusebium nostrum quoad secundum numerum, si pro 3698. quod manifestus error typographi fuit, legas 3689. id enim colligit Eusebius, ut jam diximus. Primus autem numerus a Contio usurpatus 3809. ad eos pertinet, qui admittunt Cainan secundum cum annis 130. quo sensu et Asolicus noster collegit annos ՎՃԹ. 3809. ut supra vidimus. Syncellus annos septem et amplius posuit nempe 3816. vide pag. 101. quamvis Gr. textus corruptus inveniatur; debuit fortasse reponere 3819. cum Cainan adscribat annos 130. decem nimirum plus quam alii, qui solum 120. annis admissis, calculum reducunt in 3809.

2 Նուիրական, sonat *sacratus*, vel *dicatus*, usurpatur verò ab Interprete nostro, ut passim edoccemur, pro Gr. ἱερός, sc. *Sacer*, sed quia minime conveniebat dici in Lat. *Sacer Apostolus*, *divus* vel *sanctus* nobis placuit.

Μετὰ δὲ τὴν Αλεξάνδρου τελευτήν, Αἰγύπτου καὶ Αλεξανδρίας ἐβασίλευσε πρῶτος Πτολεμαῖος ὁ Λάγου ἔτη μ'. Πτολεμαῖος ὁ Φιλάδελφος ἔτη (λή). ἐπὶ τούτου αἱ παρ' Ἑβραίοις ἱεραὶ βίβλοι εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνὴν μετεβλήθησαν, καὶ ἐν ταῖς κατ' Αλεξάνδρειαν ἀπετέθησαν βιβλιοθήκαις (ἐπὶ Ελεάζαρ Αρχιερέως) ... (et post pauca) ὁ Επιφανὴς ... Τὰ κατὰ τοὺς Μακκαβαίους ἐπὶ τούτου γεγένηται. ...

(Anonymus apud Scalig. p. 51.)

Κατὰ δὲ Αντίοχον τουτονὶ Ματταθίας Ασαμωναίου παῖς ζῆλον τὸν ὑπὲρ

1 Ուշեղ, id sonat apud Arm. quod Gr. Μνήμων, sc. *memoria praeditus*, *ingeniosus*, vel potius *memorans*; unde et Latini scriptores non semel dixerunt *Artaxerxes Memor*; at vulgo Gr. verbum *Mnemon* usurpant, sicut et Interp. noster alibi, Հիշող. Annos vero Ochi, ut hic, ita etiam constanter in Canone Eusebius habet ϟϛ. 26. Pariter habuit et Niceph. ejusdem eclogarius, juxta Anastasium: at hodierna lectio apud Scal. habet 27. et apud Goarum 22.

2 Asolicus noster de more ad verbum excerpsit quaedam etiam ex hoc Eusebii textu. Lib. i. cap. 3. « Ա֊ռ սոսկ երբայեցւոց գիրք սկիզբ ի յոյն լեզու Թարգմանեցան. և յաղէքսանդրիայ քաղաքի ի մատենից առնուն եգան ». Ա֊ռ սոսկ Թագաւորեաց անտիոքոս, որ կոչեցաւ եպիփանէս. առ որով՝ որ ի մակաբայեցւոց գիրսն գործք՝ գործեցան, որ զազգն հրէից ի հեթանոսութիւն դառնալ բռնագանէր։ Ա֊ռ այսու անտիոքաւ մատաթիա ուսար ասամոնեայ՝ նախանձ վասն Տայրենի կրօնիցն առեալ՝ լինէր զբաւար ժողովրդեանն։ Յետ որոյ սրդի նորին յառաջ՝ որ կոչեցաւ մակաբէ ‖ : Omitto Nicephorum, alterum Eusebii excerptorem, cujus locus è regione cernitur, quamvis quaedam corrigenda occurrant in numeris, quos parenthesi nota clausimus, aut omisimus.

3 Pro certo conjicere licet haec omnia de integro transcripta fuisse penes Niceph. sed amanuensium oscitantia non integre, ac praeposterе edita hoc pacto. Πτολεμαῖος ὁ Επιφανής, Αντίοχος ἔτη κϛ'. Τὰ κατὰ Μακκαβαίους ἐπὶ τούτου γεγένηται. Πτολεμαῖος ὁ Φιλομήτωρ ἔτη λέ. Qua confusa lectione offensus Goar, suppressit nomen *Antiochi* in Lat. interpretatione sua, addens in marg. Gr. *Redundat*, sicut et in adnot. » vox Αντίοχος redundat «. Melius dixisset, *desunt aliqua*, quae sane supplere potest Eusebius noster, cujus dicta repetiit et Asolicus loco supra citato.

4 Hoc quoque fragmentum, merito aestimandum, hausit Scaliger ex anonymo Eusebii eclogario, quamvis identidem interruptum.

Հայրենի կրօնիցն առեալ՝ լինէր զօրավար ժողովրդեանն։ Ետ որդի նորում որդի յուդա՝ որ կոչեցաւ Մակաբեոս։ Ետ որդի եղբայր նորին Յովնաթէս։ Ետ որդի սիմին եղբայր նորին։ Ի սա գիրքն մակաբայեցւոց բովանդակին. յորում կայ ժամանակ ամաց ՃՆ. մինչ ի կատարումն հարիւրորդի վաթսներորդի առաջնորդի ողումպիադին. յորմէ մինչև ցառն գոստոս հռոմայեցւոց Թագաւոր լինին ամք ՃՀԲ։

Ետ սիմոնի՝ հրէից զօրավար, որպէս ափրիկանոս և յովսեպոս պատմեն, լինի՝ յովնաթէս, որ և հիւրկանոս, ամն իՁ։ Ետ որդի արիստոբուղոս ամ ։Ա։ Սա նախ արքունական Թագ եդ՝ի գլուխ. միանգամայն և Թագաւոր և քահանայապետ լեալ ազգին հրէից, յետ նՁդ ից ամաց՝ի բաբելոնն գերութեանն։ Ետ որդի աղէքսանդրոս՝ որ և յաննիոս, Թագաւորեաց հրէից ամս իԸ։ Ետ որդի աղէքսանդրա՝ որ և մեսաղինա կին նորա ամս Թ։ Ետ որդի արիստոբուղոս՝ (որ) և հիւրկանոս։ Ի որով պոմպիոս հռոմայեցւոց զօրավար աթար ընդ Հարկաք հռոմոյ գՀրէաստ. գհիւրկանոս կացոյց նոցա Թագաւոր. և զարիստաբուղոս կապեալ տարաւ՝ի հռոմ։

Ի սմանս հռոմայեցւոց Թագաւորի՝ի Հարիւրորդում ութսներորդում չորրորդում ողումպիադին յունիոս կայոս միահեծան ամն Ղ. և ամիսս Է (Ը)։ Ետ որդի աւգոստոս՝ որ և սեբաստոս, ամն ծՂ. և ամիսս Ղ։ Ի որով հերովդէս նախ այլազգի, որում չէր անկ հրէից Թագաւորութիւնն, ՚ի հռոմոյ առնու զհրեշտ Թիւնն, այլ մի յազգէ ասկաղնացի։ Ի սմանս ( )ծեալն ԻՁ ծնանի՚ի բեթղահեմ հրէաստանի։ Ետ աւգոստոս Թագաւորեաց հռոմայեցւոց տիբերիոս։ Ի որս հինգերեսուն ևերկրորդ ամ էր, (յորմէ իրիւն և) տէր մեր ( )ծեալն ոՂ երևեցաւ՚ի մարդկան կեանս, ՚ի չորրորդի ամի մՃս որդի ողումպիադին։

terna religione praeseferens, dux populi factus est. Post quem filius ejus Juda, qui Maccabaeus cognominatus est. Post hunc frater ejus Jonathes. Post eum Simon frater ipsius. Hujus aetate liber Maccabaeorum absolvitur; qui continet tempus annorum XL. usque ad complementum centesimae sexagesimae primae Olympiadis: a quo usque ad Augustum regem Romanorum sunt anni LXXXVIII.

Post Simonem, Judaeorum dux creatur, prout Africanus et Josephus narrant, Jonathes, qui et Hyrcanus, annis XXVI. Post quem Aristobulus, anno I. Hic primus regium diadema sibi imposuit, rex simul atque pontifex maximus gentis Judaeorum factus, post CCCCLXXXIV. annos a captivitate Babylonica. Post hunc Alexander, qui et Jannaeus, in Judaeos regnavit annis XXV. Post quem Alexandra, quae et Mesalina, uxor ejus, annis IX. Post quam Aristobulus, (qui)[1] et Hyrcanus. Sub quo Pompejus, Romanorum dux, tributarios Romanis effecit Judaeos: Hyrcanum ipsis regem dedit; Aristobulum autem vinctum Romam duxit.

Hujus in diebus, centesima octuagesima quarta Olympiade [2], Romanis imperat Julius Caesar monarcha, annis IV. et mensibus V (VII). Post quem Augustus, qui et Sebastus, annis LVI. et mensibus VI. Sub quo Herodes primus alienigena, ad quem vix pertinebat Judaeorum regnum, a Romanis accipit principatum, vir genere Ascalonita. Cujus aetate Χριστὸς (Unctus) [3] Dei nascitur in Bethlehem Judaeae. Post Augustum in Romanos regnavit Tiberius. Illius decimus quintus annus erat, (cum Salvator et) Dominus noster, JESUS UNCTUS Dei [4], apparuit in hominum vita, quarto anno CCI. Olympiadis.

τῆς πατρίου θρησκείας ἀναλαβὼν (τὴν Ἰουδαίων ἀρχὴν ἀνεκτήσατο, καὶ) ἡγήσατο τοῦ λαοῦ. Μεθ' ὃν ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἰούδας ὁ ἐπικληθεὶς Μακκαβαῖος. Ἰωνάθης μετὰ τοῦτον. Σίμων τουτονὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ διαδέχεται. εἰς τοῦτον ἡ βίβλος τῶν Μακκαβαίων περαιοῦται, περιέχουσα χρόνον ἐτῶν τεσσαράκοντα μέχρι τέλους ρξά. Ὀλυμπιάδος . . .

(Idem Anonym. apud Scal. p. 52.)

Μετὰ δὲ Σίμωνα Ἰουδαίων ἡγεῖται, καθὼς Ἀφρικανὸς, καὶ Ἰώσιππος ἱστορεῖ, Ἰωνάθης, ὁ καὶ Ὑρκανὸς, ἔτη κϛ'. Μεθ' ὃν Ἀριστόβουλος ἔτος ἀ. Οὗτος πρῶτος διάδημα περιέθετο, ὁμοῦ καὶ βασιλεὺς καὶ ἀρχιερεὺς γεγονὼς τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους μετὰ ἔτη υπδ'. τῆς εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίας. Μεθ' ὃν Ἀλέξανδρος, ὁ καὶ Ἰανναῖος (...) ἔτη κβ'. Μεθ' ὃν Ἀλεξάνδρα, ἡ καὶ Σααλίνα, γυνὴ αὐτοῦ, ἔτη θ'. Μεθ' ἣν Ἀριστόβουλος, καὶ Ὑρκανός. κἀθ' οὓς Πομπήϊος Ρωμαίων στρατηγὸς ὑποφόρους Ρωμαίοις ἐποιήσατο Ἰουδαίους, Ὑρκανὸν μὲν ἐπιστήσας αὐτῶν βασιλέα, τὸν δὲ Ἀριστόβουλον δέσμιον εἰς Ρώμην ἀγαγών.

Κατὰ τοῦτον (τὸν Ὑρκανὸν), Ρωμαίων βασιλεύει ἐπὶ τῆς ρπδ'. (ρπγ'.) Ὀλυμπιάδος Ἰούλιος Καῖσαρ ἔτη γ'. μῆνας ζ'. Μεθ' ὃν Αὔγουστος ὁ καὶ Σεβαστὸς, ἔτη νϛ'. μῆνας ϛ'. κἀθ' ὃν Ἡρῴδης πρῶτος ἀλλόφυλος, οὐδὲν προσήκουσαν αὐτῷ τὴν Ἰουδαίων βασιλείαν ὑπὸ Ρωμαίων χειρίζεται, γένος ὢν Ἀσκαλωνίτης. ἐν τούτῳ καὶ ὁ Χριστὸς (ὁ υἱὸς) τοῦ Θεοῦ ἐν Βηθλεὲμ γεννᾶται τῆς Ἰουδαίας. Μετὰ δὲ Αὔγουστον Ρωμαίων ἐβασίλευσε Τιβέριος. Τούτου ἔτος ἦν πεντεκαιδέκατον, ἐν ᾧ σωτὴρ, καὶ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Θεὸς ἀνεφάνη ἐν τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ . . . . .

1 Manifestè redundat in Arm. *որ, qui*, librariorum vitio; unde Hyrcanus confunditur cum Aristobulo, de quibus paullo post seorsum auctor mentionem facit: ita ut omnino hic legendum sit juxta Gr. *արիւ. տոբուզոս և հիւրկանոս, տս. որովք պոմպիոս և այլն*. sc. *Aristobulus, et Hyrcanus, sub quibus* etc.

2 Pariter legerunt in Eusebio Arm. Interp. et Gr. eclogarius, Olympiaden CLXXXIV. sed quia in Canone Hieronymiano initium imperii Jul. Caesaris ponitur initio Olymp. CLXXXIII. ideo Scal. hic adjecit parenthesis notam (ρπγ'). Sed si ad canonem licet recurrere, codex noster ibi ponit Julii imperium postremo anno Olymp. ΧΞβ'. CLXXXII. Mirum quod de annis imperii γ'. III. nihil mutarit Scal. cum in Canone vel ipse legit Gr. et Lat. δ'. IV. ita sane et Arm. non tantum illic, sed hic quoque ϰ'. IV. quae est constans lectio. Itaque legendum in Gr. δ'. pro γ'. Menses vero ζ'. VII. correctius habet Gr. sic enim habet etiam codex noster in canone: quare hic legendum ξ'. pro ζ'.

3 Ut omnium confessione patet, nomen Domini Χριστὸς, *Unctus* sonat, ita quoque veraciter et commode dici de eodem Salvatore potest Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, sc. *Unctus Dei*, sicut fideliter expressit Interp. noster, dicens tam ad verbum, quam ad mentem auctoris, *օծեալն աստ*. Temere ergo (ne quid gravius dicamus) haesitavit Scaliger de hoc loquendi modo, ideoque voluit parenthesis nota supplere (ὁ υἱὸς), sc. *Filius*, quasi res insolens sit, ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ: ita ut neque vulgatissimum celeberrimumque S. Lucae locum meminerint, in Cap. IX. v. 20. luce clarius habentem, Τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ. *Christum Dei*, *զքրիստն աստ*.

4 Iterum hic legit Interp. noster, ut antea, in apographo suo, Χριστὸς τοῦ Θεοῦ. *Christus* vel *unctus Dei*. Scaliger verò suum Anonymum inducit legentem, Χριστὸς ὁ Θεὸς. *Christus Deus*: utraque lectio ad rem facit. Verum voces ἐν ᾧ σωτὴρ, καὶ, desiderantur in nostro codice, amanuensis incuria; commodius enim conjungeretur hoc pacto, *յորում փրկիչն և տէր մեր* etc.

Ի լրումն այսոցիկոսն յԱպիփանէս մասիրացոյ մինչև ի ԺԵ ամն տիբերեայ՝ ամք ՄՈՒ։ Եւ յաղեքսանդրէ մակեդոնացւոյ մինչև ի նոյն ամն տիբերեայ՝ ամք ՅՆԲ։ Եւ յերկրորդ ամէն դարեհի՝ ամք ՀՆՀ։ Եւ ի ԺԵ ամէն տիբերեայ մինչև ցՀուսկ յետին պաշարումն երուսաղէմի, որ եղև յերկրորդ ամին վեսպիանոսի, դումարին ամք խԲ։ Եւ ի նոյ ամանոյ մինչև յերկրորդ ամն գաբրիէլի ամք ռոձ։ Եւ յերկրորդ ամէն դարեհի մինչև ց ԺԵ ամն տիբերեայ՝ ամք շԼը։ Ի խնդամանոյն ընդ ամենայն յաղ ամանոյ մինչև ց ԺԵ ամն տիբերեայ՝ ամք բմԻը։ Եւ ի հինգ հարիւրամեայրորդ ամէն տիբերեայ մինչև ց քսանամեայն կոստանդիանոսի յաղթողի սեբաստեան՝ ամք Յ։ Զայսումբի ըստ հեբրայեցւոց ամենայն ժամանակն՝ յամն ընդ ԵօԹ ամանիսյն Թարգմանութեան. քանզի ըստ հրէից եբրայականին յետնի ունի ամսս. և ըստ շամրատացւոց եբրայականին յամսի ՁԼ ամսս։

Ընդայսոսիկ իմն ըստ եբրայեցւոցն Թիւ ժամանակացն գտանի։

Itaque ab Epiphane Antiocho usque ad XV. annum Tiberii conficiuntur anni CCI. Et ab Alexandro Macedone usque ad eundem annum Tiberii, anni CCCLII. A secundo autem anno Darii, anni DXLVIII. Et a XV. anno Tiberii, usque ad novissimam Hierosolymae obsidionem, quae facta est anno Vespasiani secundo, colliguntur anni XLII. Fuerunt ab Adamo usque ad secundum annum Darii, anni MMMMDCLXXX [1]. Et a secundo anno Darii usque ad XV. annum Tiberii, anni DXLVIII. Simul (ergo) universim ab Adamo usque ad XV. (annum) Tiberii, anni MMMMMCCXXVIII [2]. A decimo quinto anno autem Tiberii usque ad Vicennalia Constantini victoris augusti, anni CCC. Colligitur juxta Hebraeos summa temporis, ad annos MMMMMDXVIII [3], secundum (nimirum) Septuaginta versionem. Siquidem juxta Judaeorum (exemplar) Hebraicum fit diminutio annorum MCCXXXVII, et juxta Samaritarum Hebraicum DCCCCXXXV.

Hujusmodi ergo apud Hebraeos temporum dinumeratio comperitur.

(Idem Anonym.)

Ἦν δὲ τὰ ἀπὸ Ἀδάμ, ἕως δευτέρου ἔτους Δαρείου, ἔτη ,ϡχο'. καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ δευτέρου ἔτους Δαρείου, ἐπὶ τὸ ιέ. Τιβερίου, ἔτη φμή'. Ομοῦ τὰ πάντα ἀπὸ Ἀδάμ, ἐπὶ τὸ πεντεκαιδέκατον ἔτος Τιβερίου, ἔτη* σιέ'. Ἀπὸ δὲ πεντεκαιδεκάτου ἔτους Τιβερίου, ἐπὶ τὴν εἰκοσαετηρίδα Κωνσταντίνου τοῦ νικητοῦ Σεβαστοῦ, ἔτη τ'. συνάγεται ὁ πᾶς χρόνος (...) εἰς ἔτη* ,εφιη'. (,εφκη'.) κατὰ τὴν τῶν ἑβδομήκοντα ἑρμηνείαν. . . .

(ԱՂՈՒՊՏԱՑԻՈՑ).

(AEGYPTIORUM).

Զոր ևիթէ եւ յԵբէպատացոց ժամանակագրութիւնն էայ, (եւ) Եթովպացոց, պարտիմք զնոսա եւ զաղեքսանդրիա հալոն։ Զրոչս եբէպատիւ ժամանակագրին։

Quomodo Ptolemaei Aegyptum, et Alexandriam tenuerunt, ita ut continetur in Aegyptiorum, Aethiopumque chronographia. Qua ratione Aegyptii Chronologiam tradunt?

Յետ քաղդէացւոց եւ ասորեստանեաց եւ եբրայեցւոց ժամանակագրութեանն՝ ժամանակ է ընդ եւ պիտացւոց չառեալսն անցանել։

Պիտոդորոս յառաջնումն ի պատմական մատենադարանին զրէ զայս ձեւ օրինակ բանից, Թէ առասպելաբանեն ոմանք ի նոցանէ, զառաջինն տիրել եգիպտոսի աստուածոց եւ դիւցազանց ամն սակաւ մինչ ընդ Հատ ի

Post Chaldaeorum, et Assyriorum, Hebraeorumque Chronographiam, tempus est ut jam Aegyptiorum commentaria percurramus.

Diodorus in prima historica Bibliotheca ita scribit: quod nempe [4] » Fabulantur nonnulli ex ipsis primum in Aegypto dominatos fuisse Deos et Heroes, annis paullo minus myriade et sex millibus [5]: postremum vero Deo-

(Diod. Sicul. I. 2.)

Μυθολογοῦσι δ' αὐτῶν τινὲς τὸ μὲν πρῶτον ἀρξαι τῆς Αἰγύπτου θεούς τε καὶ ἥρωας ἔτη βραχὺ λείποντα τῶν μυρίων καὶ ὀκτακισχιλίων, καὶ θεῶν ἔσχατον βασιλεῦσαι τὸν Ἴσιδος Ωρον.

1 Pro ,ո. 80. in margine codicis Arm. notatur ,ոձ. 70. mendose, ad vestigium tamen Gr. apographi praeferentis ,ϡχό, 4670. pro ,ϡχπ'. 4680. id enim certo certius postulat mox inserendus Eusebii calculus, cum inter secundum Dari annum, ac Tiberii quintodecimum ponit annos 548. illumque Tiberii annum connectit cum anno mundi 5228. ex quo sequitur ut etiam secundus Darii annus incidat in annum mundi 4680. tot enim anni soli cum altero 548. conjuncti efficiunt summam 5228. neque aliter. Unde et Scal. absolute dixit in adnot. p. 429. ad 52. » ,ϡχό. Legendum ,ϡχπ' ω.

2 Gr. corrupte σιέ. 215. quare asterisco notatum ab Scal. atque in adnot. 429. ad 52. jure emendatum, ,σχιή. 5228. ut constanter lectio nostra exhibet.

3 Aeque legerunt Gr. et Arm. ,ϡիը. ,εφιή. 5518. at Scal. corrigi voluit per parenthesim (,εφκή). 5528. jure meritoque, tot enim anni conficiuntur ex annis 300. et 5228. quos praemisit Auctor. Dubitari tamen potest, ne forte solus numerus 5228. sit corrigendus, legendusque 5218. tunc enim constanter servandi sunt alii numeri 4670, et 5518. Confer et locum Canonis, quo intelligitur annos 296. actos fuisse a XV. anno Tiberii usque ad Vicennalia Constantini magni, et consequenter hic late scriptum fuisse 300. pro 296.

4 Gr. textum Diodori restituimus per locum citatum, juxta accuratam edit. Amstelodami, 1476. ex recensione doctissimi Petri Wesselingii, cum notis variorum.

5 Hodierna lectio Diod. habet *μυρίων καὶ ὀκτακισχιλίων*, *myriadum et octomille*, sive ut Lat. Interp. expressit, *octies et decies mille*. Sed Eusebius, aut Interpres Arm. legit *μυρίων καὶ ἑξακισχιλίων*, minus nempe duobus millibus.

բիւրուց և 'ի վեց հազարաց ։ և Հուսկ յետոյ քան զամենայն դիտեն Թագաւորեալ խիդովս ովքայ ։ Եւ ապա միրդկան Թագաւորեալ աշխարհին ասեն առ միրիդոսիւ ամն սակաւ ինչ պակաս քան զհինգ հազար ։ մինչև 'ի ՃՀ(ֆ) ողջմկիաղն, առ որով մեք հասաք յեգիպտոս, Թագաւորեաց պտղոմէոս՝ որ նորն դիոնիսոսն անուանէր ։

Եւայց 'ի նոցանէ զմեծ մասն ունել զիշխանութիւն աշխարհին քանի Թագաւորաց լինէր ։ և սակաւ մասն՝ Եթովպացւոց և պարսից և մակեդոնացւոց ։ Եթովպացւոց յորից միայն տիրեալ և զայն ոչ կարգ ըստ կարգի, այլ՝ ցան ասա անդ, ամն ընդ ամենայն սակաւ ինչ պակաս քան 'ՀՀ ։ Եւ 'ի պարսից պետութեան՝ կամբիսայ արքայն զինուք և սպառազինօք զազգն վկանդեալ, Ե ամ ընդ ՃԼ ամաք՝ յեգիպտացւոցն գործեալ ապստամբութիւնն ։ քանզի ոչ կարէին տանել ծանրատաղտուկ վերակացութեանն, և յաշխարհին գիս ամպարշտելոյ ։ Ոչխա որոյ մակեդոնացւոց տիրեալ՝ և այլոց 'ի մակեդոնացւոց զվեց ընդ մՀ ամաւ ։ և զայլ ամենայն ժամս նախն անցուցանել բնակ աշխարհին Թագաւորք՝ արամբք եօԹանասնօք ընդ Ե ով, և կանամբք Հնգիւք ։

Զորոց ամենեցուն խակ քուրմքն ունէին զմատեանս 'ի մեհենագիրս 'ի Հնոց ժամանակաց՝ միշտ 'ի պայազատէ զատաց 'ի պայազատս աւանդեալ, Թէ որպիսի ոք յիւրաքանչիւր Թագաւորացն եղէ արուեստիւք և քաջութեամբ, և անձամբ և յաղԹութեամբ ։ և Թէ զինչ ինչ յիւրաքանչիւր ժամանակս գործեցին ։ Եւայց

rum omnium regnasse (filium) Isidos Orum [1]. Postea vero homines regioni imperitasse dicunt tempore Miridi [2], per annos aliquanto minus quam quinque mille, usque ad CLXX (x) [3] Olympiadem, qua nos Aegyptum accessimus, regnante Ptolemaeo, qui novus Dionysus appellabatur «.

» Verum ex illis (imperii intervallis) quoad magnam partem, principatum tenuerunt reges, qui nati erant ea in regione: quoad vero partem exiguam Aethiopes, ac Persae, et Macedones. Aethiopes enim (reges) quatuor tantum regnarunt; idque haud continua successione, sed interrupte [4], totis annis, paullo minus, XXXVI. Sub Persarum vero imperio (fuit Aegyptus), gente armis armatisque a Cambyse rege subacta, annis v. supra CXXX. (usque) ad rebellionem [5] ab Aegyptiis excogitatam: quippe qui nequirent tam molestam administrationem simulque in Deos regionis (suae) piacula, aequo animo ferre. Deinde Macedones potiti, caeterique ex Macedonibus, annis sex supra CCLXX. Omnia vero reliqua tempora sub propriis regionis regibus, viris nempe septuaginta super CCCC, foeminisque quinque transierunt «.

» De quibus omnibus monumenta Sacerdotes in fanorum archiviis habebant, ab antiquis temporibus tradita jugiter de successore ad successorem, qualis nempe unusquisque regum virtute ac fortitudine, animo et magnanimitate [6] fuerit; quaeque quolibet tempore (singuli) fecerint [7]. Nobis tamen singulorum gesta con-

Τούτων δὲ τὰ μὲν πλεῖστα κατασχεῖν τὴν ἀρχὴν ἐγχωρίους βασιλεῖς, ὀλίγα δὲ Αἰθίοπας καὶ Πέρσας καὶ Μακεδόνας. Αἰθίοπας μὲν οὖν ἄρξαι τέσσαρας, οὐ κατὰ τὸ ἑξῆς, ἀλλ' ἐκ διαστήματος, ἔτη τὰ πάντα βραχὺ λείποντα τῶν ἓξ καὶ τριάκοντα. Πέρσας δ' ἡγήσασθαι, Καμβύσου τοῦ βασιλέως τοῖς ὅπλοις καταστρεψαμένου τὸ ἔθνος, πέντε πρὸς τοῖς ἑκατὸν καὶ τριάκοντα ἔτεσι, σὺν ταῖς τῶν Αἰγυπτίων ἀποστάσεσιν, ἃς ἐποιήσαντο, φέρειν οὐ δυνάμενοι τὴν τραχύτητα τῆς ἐπιστασίας, καὶ τὴν εἰς τοὺς ἐγχωρίους θεοὺς ἀσέβειαν. ἐσχάτους δὲ Μακεδόνας ἄρξαι καὶ τοὺς ἀπὸ Μακεδόνων ἓξ ἔτη πρὸς τοῖς διακοσίοις καὶ ἑβδομήκοντα. τοὺς δὲ λοιποὺς χρόνους ἅπαντας διατελέσαι βασιλεύοντας τῆς χώρας ἐγχωρίους, ἄνδρας μὲν ἑβδομήκοντα πρὸς τοῖς τετρακοσίοις, γυναῖκας δὲ πέντε.

Περὶ ὧν ἁπάντων οἱ μὲν ἱερεῖς εἶχον ἀναγραφὰς ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις ἐκ παλαιῶν χρόνων ἀεὶ τοῖς διαδόχοις παραδεδομένας, ὁπηλίκος ἕκαστος τῶν βασιλευσάντων ἐγένετο τῷ μεγέθει, καὶ ὁποῖός τις τῇ φύσει, καὶ τὰ κατὰ τοὺς ἰδίους χρόνους ἑκάστῳ πραχθέντα. ἡμῖν δὲ περὶ ἑκάστου τὰ κατὰ μέρος μακρὸν ἂν εἴη καὶ περίεργον γρά-

1 խիդովսովքայ non tantum confuse exaratum a librario, sed quoque abundantia litterae ս. lego separatim hoc pacto Թագաւորեալ խիդովս ովքայ (այսինքն, ովքայ՝ որգէս խիդեայ · զի խիդոս է յանուն բէն աեռականն անուանս խիս) · Ubi clare cernitur observatam ab Interprete nostro ipsam Gr. dialectum τὸν Ισιδός Ωρον. *Isidos Orum*, sc. *Orum Isidis filium*. (idem et alibi fecit, sed clarius vertens ովքայ՝ խիդոս որդի ·) Lat. Interp. expositè reddidit, *ultimusque rex fuit Horus, Iside natus*: ubi sane nescio qua de causa suppressit vocem Διὸς, cui juxta nostram lectionem praeponendum πάντων τῶν.

2 Optima lectio Eusebii nostri, ad normam codicum Diodori Mss. qui habent Μοίριδος vel Μύριδος, maximè si legatur ἐπί, pro ἀπό. Verum haec neglexerunt qui Diodorum ediderunt, atque voluerunt legi, ut nunc habetur, ἀπὸ μυριάδος, quo factum est, ut omnes ferè eruditi insudarent ob hanc corruptissimam lectionem, inaniter utique; cum enim nomen regis Μύριδος confuderunt semel cum numerali voce μυριάδος, consequenter haesitare coeperunt, satis conscii, vix ferendum tam ingentem annorum numerum, *Myriadum quinque mille*, seu *quinque millies decem mille*; ita ut Lat. Interp. absurditatem volens subterfugere, ad arbitrium haec reposuerit, *quindecim ferè millia*; alii verò critici valde incerti, varias protulere solutiones. Vide fusam adnot. Wessel. in locum citatum, ita incipientem . » Exercuit hic locus industriam doctissimorum virorum Jac. Capelli, et Jac. Perizonii, etc «.

3 Correctius habetur apud Diod. μεχρὶ τῆς ἑκατοστῆς καὶ ὀγδοηκοστῆς Ολυμπιάδος, *usque ad centesimam et octogesimam Olympiadem*, ita ut, vel in cod. nostrum irrepserit ϡ. ϙ. pro ϡ. π. vel apographum Eusebii mendose habuerit ἑβδομηκοστῆς pro ὀγδοηκοστῆς.

4 Ἐκ διαστήματος, ad verbum *ex spatio*, seu *per intervallum*, quo signatur interrupta regum successio. Eo sane conceptu Interp. noster dixit composito fere vocabulo ցանասա անդ, quod ad verbum resolvitur, *disseminatum*, vel *dispersum huc illuc*, scilicet absque continua serie. Potest tamen dici quod noster legerit in Gr. ἐκ διασπέρματος, id enim proxime accedit ad Arm. vocem. In sequentibus Lat. Interp. siluit significationem vocis τὰ πάντα, ընդ ամենայն, *per totum, universim*, sc. *omnes anni*.

5 Reservata in Gr. praepositione σὺν, textus Arm. յեգիպտացւոցն գործեալ ապստամբութիւնն, sic accipiendus erit, ընդ ապստամբութեանն գործելոյ յեգիպտացւոց, ceu հանդերձ ապստամբութեամբն, *una cum rebellione*.

6 Nisi aliter legerit Interpres noster, latè rem exposuit, pro duobus vocabulis τῷ μεγέθει, καὶ τῇ φύσει, quatuor haec reponens, արուեստիւք և քաջութեամբ, և անձամբ և յաղթութեամբ, duplicatis nempe vocibus ad rei majorem expressionem ornatumque. Ubi apud Lat. Interp. pro uno usurpatur *magnitudo*, pro altero *natura*, ut sonant Gr. voces. Arm. անձն, apprime indicat *personam*, sed ponitur passim pro *anima* aut *animo*, hic verò pro *natura* sumpsit Interp. sicut ex opposito բնութիւն, sc. *natura*, aliquando ponitur pro անձն, *persona*.

7 Vel ita exponere poteramus, ut expressit Lat. Interp. Gr. textum, *et quid suo quisque tempore egerit*.

մեզ զևւբաքանչիւր ուրուք իրս՝ ի նոցանէ գաւառկուԹիւն է, և անդր՝ ի բաց անշահուԹիւն՝ գրել՝ մանաւանդ զի և բազումք իսկ՝ ի նոցանէ անպիտանք զևւբաքանչիւր ժամանակս գտանիցին։ Ոչ այս զսոյն ձև օրինակ գիտողաց։

scribere otiosum, atque extra modum inutile videtur; praesertim quod plurimi eorum inutiles suis in singulis temporibus reperti sunt [1]. Haec ita Diodorus.

φεῖν, ὡς ἂν τῶν πλείστων ἀχρήστων περιειλημμένων....

Պարտ և պատշաճ է և զմանեԹեայն եգիպտացւոցն՝ ի նմին յաբեղյարս՝ Հաստատագոյն իմն Թուի կալ պատմուԹեան։

Jamque operae pretium est Manethi quoque dicta de Aegyptiis adjicere, in quo magis constare videtur historia.

Ի մանեԹեանոյ յեգիպտական չէզոտաֆոյն, որ յերիս տոմարս արար մատենագրուԹիւնս, ըստ չորից և ըստ հարիւրից և ըստ հազարաց, և ամանիաւորաց Թագաւորաց, որ եգիպտացւոց ԹագաւորեցԷն, մինչև ցդարեհ արքայ պարսից։

Ex Manethi Aegyptiacis monumentis, qui tribus tomis contexuit commentaria de Diis, Semideis, et Manibus, atque mortalibus regibus, qui Aegyptiis imperarunt usque ad Darium regem Persarum.

Առաջին մարդ առ՝ ի յեգիպտացւոց՝ Հեփեստոս, որ և հրոյ գտօղ լինելոր նոցա. յորմէ Արեգակն. (յետ որոյ ափխոդեմն. յետ) որոյ կրոնոս. յետ որոյ ոսիրիս. և ապա տիփոն եղբայր ոսիրիդայ. յետ որոյ օրոս՝ ոսիրիդոս և իսիդոս որդի. եգիպտացիք նախ սոքա տիրեցին։ Յետ որոյ ըստ պայազատուԹեան Հասա ԹագաւորուԹիւնն մինչև՝ ՚ց բիդիս՝ յամն բիւր, յերիս հազ, և յինն հարիւր, ըստ լուսնական տարեաց, զի բնաւօրեայ աւուրսն Թուոց ասեմ. քանզի զայժմու մի ամիս՝ յայնժամ նոքա տարի կոչէին։

Յետ դոյն Թագաւորեաց ազգ դիւցազանցն ամն ռմԾԵ։ Ապա դարձեալ այլ Թագաւորք տիրեցին ամն ռայԾԵ։ Յետ որոց այլ Ը Թագաւորք Մեմփիսացիք ամն ռՀԶ։ Յետ որոց այլք ԹինեհացիքԺ Թագաւորք ամն ՀԾ։ Ապա ուրուականաց և դիւցազանց ԹագաւորուԹիւնն ամն ըայԾԳ։ Ի միասին ամենայն լինին ամք բեւր (և) Հազար։ որ և այս իսկ լուսնականք են, այսինքն ամաւորք։

Համարեալ լինին՝ ի միասին ամենայն զոր եգիպտացիքն պատմեն՝ լինել դոյն և դիւցազանց և ուրուականացն՝ ամն լուսնականս՝ երկուս բեւրս, չորս հազարս, և Ը։ որ լինին ըստ արեգական ամք սմՂ։ Ո՛ր թէ համարեսցես ընդ Էբրայեցւոց ժամանակագրուԹեանն՝ զոյդ կշիռ գտանիս և գտանիս։ Վասնզի եգիպտոս առ՝ ի Հեբրայեցւոց մեծրայիմ անուանի, որ և Հրոյ գտօղ լինելոր նոցա. յորմէ Արեգական. յետ որոյ ափխոդեմն. յետ որոյ կրոնոս. յետ որոյ ոսիրիս. և ապա տիփոն եղբայր ոսիրիդայ. յետ որոյ օրոս՝ ոսիրիդոս և իսիդոս որդի. եգիպտացիք նախ սոքա տիրեցին։ Յետ որոյ ըստ պայազատուԹեան Հասա ԹագաւորուԹիւնն մինչև՝ ՚ց բիդիս՝ յամն բիւր, յերիս հազ, և յինն հարիւր, ըստ լուսնական տարեաց, զի բնաւօրեայ աւուրսն Թուոց ասեմ. քանզի զայժմու մի ամիս՝ յայնժամ նոքա տարի կոչէին։

Primus homo apud Aegyptios Vulcanus [2], qui ignis inventor ipsis fuit; a quo Sol. (Post) quem (supple, Agathodaemon; post eum) Saturnus; post hunc Osiris; ac deinde Typhon frater Osiridis; post quem Orus Osiridis et Isidis filius. Aegyptii primi hi dominati sunt. Post quos per successionem protractum est regnum usque ad Bitem, in spatio annorum myriadis triumque millium et nongentorum, juxta annos Lunares, triginta inquam dierum numerum: hodiernum enim mensem unum, illi annum vocabant.

Post Deos regnavit gens Semideorum annis MCCLV. Atque item alii reges dominati sunt annis MDCCCXVII. Post quos alii XXX. reges Memphites, annis MDCCXC. Post eos alii Thynites X. reges, annis CCCL. Ac deinde Manium et Semideorum regnum annis MMMMMDCCCXIII. Simul omnes anni recensentur, myrias (et) mille: qui etiam lunares sunt, scilicet menstrui.

Computantur simul omnes anni lunares, quos Aegyptii referunt fuisse Deorum et Semideorum atque Manium, duae myriades, quatuor millia et DCCCC. qui secundum annos solares sunt anni MMCCVI. Quos si cum Hebraeorum Chronologia computabis, aequalem omnino (numerum) comperies. Etenim Aegyptus ab Hebraeis Mezraim nuncupatur: fuit autem Mez-

1 Lat. Interp. Diod. non tam pro iis, qui agunt, quam pro rebus actis voluit accipi illud τῶν πλείστων: atque hinc sic reddidit, *in his plurima nullius usus continentur*.

2 *Vulcanum* diximus ad usum Latinorum, aliter Arm. ubique Gr. dialectum praesefert, Հեփեստոս, Ἥφαιστος, sicut et կռոնոս, Κρόνος, qui Latinis *Saturnus*. Sed de his consulas velim Diodorum in Lib. I. p. 16. 17. ubi fusè agitur de hujusmodi rebus. Nec non Syncellus catalogum istorum regum ex Manethone ipso inserit p. 15. et 40. quibus ex locis non pauca possunt colligi ad illustrandum hunc locum. Vide et Choren. 1. 6. etc.

նուանէ. լինի մեծքայիմ յետ բազում ժամանակաց ի ջրհեղեղէն: Այանգի յետ ջրհեղեղին՝ քամայ որդւոյն նոյի լինի եգիպտոս, որ և մեծքայիմ. և նախ բնակութեան յեգիպտոս նա՛ չոգաւ, մինչդեռ սկիզբն էր ազգացն սփռելոյ: Այլ նախ քան զջրհեղեղն յադամայ գումարեալ ըստ եբրայեցւոց ամք սմխբ:

Ի դէպ է այսու հետև եգիպտացւոց յառաջին ժամանակն քան զջրհեղեղն պարծել վասն նախաւրութեանն: Վասն ի՛նչ ասեն լինել դիւրքեանց, և դիւցազանց և ուրուանց: դարձուցանել յամիս զառ ի եբրայեցւոցն պատմեալ ամն, լուսնաւոր տարեկանաց բերս երկուս, և ևս աւելի համարեալ: որպէս լինել այնչափ ինչ ամիս՝ որչափ և առ եբրայեցւոց զամացն է իմն նալ, այս է ի նախասահմ մարդոյն մինչև ցմեծքայիմ գումարելոյ գրոց ժամանակացն: Այանգի մեծքայիմ էր նախնի եգիպտացւոցն, ուստի զառաջին հարստութիւն եգիպտացւոցն կարծելի է:

Իսկ եթէ աստի ևս բազմացեալ յաձախագոյն թիւն ժամանակացն գտանիցի, սակայն և այժմ հանդէս պարտ է առնել, թէ գուցէ ի նմին ժամանակս բազում թագաւորաց լինեն դէպ կալ եգիպտացւոց: Այանգի թիւնիացւոց ասեն թագաւորել, և մեմիտացւոց, և զայիտացւոց և զեթուպացւոց. առ սոյնս և զայլսոյն. և որպէս երևի՝ այլոց այլուրեք, և հարստաց այնպէս ունել, որպէս ի նոցա իսկ օրինս գրեալ կայ. ոչ միանգամ բարձառուս լինել միանդամայն, այլ ոմանց աստ, և ոմանց անդ թագաւորել, վասն որոյ և յաձախութիւն իսկ ամացն այնպէս ի դէպ երը գումարել: Այլ մեր զայն ի բաց թողեալ՝ երթիցուք միբստ միոջէ յեգիպտացւոցն ժամանակագրութիւնս:

Նետ ուրուականացն և դիւցազանց

raim multis annis post diluvium. Siquidem post diluvium Cham filio Noe nascitur Aegyptus, qui et Mezraim: primumque ipse, dum gentium dispersionis initium fuit, Aegyptum habitandi gratia profectus est. Fuerant autem juxta Hebraeos [1] ante diluvium ab Adam collecti anni MMCCXLII.

Itaque placet Aegyptiis, priscis temporibus, quae praecesserunt diluvium, se jactare ob antiquitatem. Deos quosdam fuisse dicunt suos, Semideosque et Manes. In mensesque redactis annis apud Hebraeos enarratis, lunarium annorum myriadas duas, et amplius computant; ita ut tot fere menses fuerint, quot anni apud Hebraeos comprehenduntur; a protoplasto nempe homine usque ad Mezraim tempora nostra computando. Mezraim enim fuit Aegyptiorum priscus; a quo prima Dynastia Aegyptiorum ducenda est.

Porro si exinde quoque valde auctus temporum numerus reperiatur, tamen et illius diligenter rationem scrutari oporteat; forte enim iisdem temporibus multos reges Aegyptiorum (simul) fuisse contigerit. Siquidem Thynitas ajunt et Memphytas, Saitasque ac Aethiopes regnasse, ac interim alios quoque; et sicut (mihi) videtur [2], alios quidem alicubi, Dynastas vero ita se habuisse, quemadmodum in ipsa quidem eorum Lege scriptum exstat, minime autem simul consedisse (vel alterum alteri successisse), sed alios hic, aliosque illic regnare (oportuisse): et ideo tot annorum multitudo ut hoc modo colligeretur accidit. Nos vero his relictis, percurremus ex ordine Aegyptiorum Chronographias.

(*Syncell. pag.* 43.)

Post Manes et Semideos [3], Primam

Μετὰ νέκυας καὶ τοὺς ἡμιθέους,

1 Jam monuimus, Hebraeorum nomine indiscriminatim citari ab Eusebio non tantum Judaeos, et Samaritanos in citandis eorum textibus, sed etiam Septuaginta interpretes, quorum hic laudatur calculus.

2 Locum obscurum conjectura non adeo firma nos in Lat. vertimus, ita ut nullum fere certum judicium ferri possit de certo sensu; ubi vel ipse librarius haesitans voluit in marg. reponi *երեւելի insignis*, pro *երեւի videtur*, nec tamen ita rem confectam dixeris.

3 Deinceps occurrit magna copia fragmentorum Gr. textus Eusebii nostri, nominatim a Syncello citati locis signatis; ita tamen, ut identidem interserat Syncellus etiam Africani loca simillima de his rebus. Sic ergo assignat auctorem nostrum primo loco privata hac inscriptione. Περὶ τῶν μετὰ τὸν κατακλυσμὸν Αἰγυπτίων δυναστειῶν, ὡς Εὐσέβιος, sc. ad verb. «*De Aegyptiorum Dynastiis post Diluvium, ut Eusebius (tradit)*». Quo certo nomine gavisus et Scaliger, laetabundus transcripsit integrum locum inter excerpta sua p. 14. usque ad 17. quamquam permixtis nonnullis Syncelli verbis, quod vix mirandum ob rei difficultatem. Quis autem referre potest labores sudoresque Goari in editione hujus loci, ratione jam dictae difficultatis; quod nempe Syncellus nunc Africani, nunc Eusebii locis illatis, atque iterum relatis, sua quoque interea disseminarit; quae studens Goar distincte digerere, multa tentavit, si tamen praeeligere potuerit, quid ad singulos pertineat. Africana itaque (ita sibi nimirum visa) Italicis characteribus in Latina interpretatione edidit. Eusebiana punctulis marginalibus secerni decrevit. Syncellana demum solitis typis exhibenda curavit. Verum neque id satis ratum habuit, atque adeo fusiores postea addidit adnotationes, quibus se certam exhibiturum distributionem pollicitus est. Nihilominus accuratum omnino se gerere, ut optaret, nequivit, quinimmo aliquoties magis confusè rem peregit. Qua in parte minime incusandus, sed potius jure excusandus est, nec enim alius minus erravisset; sicut reapse eadem percurrens Scaliger haud paucis in locis lapsus est.

Consule, si placet, adnot. Goari p. 17. 18. ad 43. etc. ubi experientia edoctus suggerit alterum quoque difficultatis fontem, respectu videlicet numerorum calculorumque dehinc catervatim se se excipien-

զանց Ա՛ռաջին հարստութիւն թուէն ՃՀ. թագաւորաց : Յորոց նախ Ելկաց Ա՛ֆիս . որ ամենբազդն քան զնոսա կալաւ զհեռութիւնն . յորմէ վերբա- քանչիւր ազգս թագաւորելոցն գրեսցուք միըստ միոջէ , որոց պայազատաւ- թիւնն ունի զայսպունակ ձև օրի- նակի :

Ա՛ֆիս թիւնացի . և սորա Ճ որդիք . զոր երոատոս Ա՛ինա անուա- նեաց , թագաւորեաց ամն ՀԵ : Այս և տրատոյ իսկ քան զսահմանս աշ- խարհին երթայր զօրօք հանդերձ , և փառաւոր և քաջանուն ընտրէր . և Ի ձիակերսն գետոյ նշանագիր յայրե- ւանակեցաւ : Ա՛թոռիս որդի սորին կալաւ ամն ԻԵ . և Ի Մեմփիացւոց քաղաքին շինեաց արքունիս . որ և բժշկական ձարտարութեանց մնաց գիր լինէր . և գիրս հանգամանեաց հերձելոյ զմարմինս հատագրէր : Կենն կենդիս սորին որդի ամն լԹ : Ա՛ւա- նեփիս ամն ԻՀ . առ որով սով կալաւ զաշխարհն . որ և զյաւրանս առ Ա՛ֆ ա՛ւանաւն կանգնեաց : Ա՛ւա-

Dynastiam VIII. regum percensent [1]. Quorum primus fuit Memes, qui nempe praefulgens inter eos, dominationem obtinuit: a quo quaslibet regum generationes singillatim describemus: quorum successio [2] ita prorsus est.

Memes Thynites [3], et hujus VII. filii [4], quem Herodotus Mina nuncupavit, regnavit annis XXX [5]. Hic vel ultra regionis limites cum exercitu progreditur, et illustris famosusque habetur; atque ab hippopotamo [6] raptus est. Athotis hujus filius obtinuit (regnum) annis XXVII. et in Memphi urbe regiam aedificavit; qui et medicinam exercuit, atque de modo corpora dissecandi libros conscripsit. Cencenis istius filius, annis XXXIX. Vavenephis, annis XLII. cujus tempore fames regionem occupavit, qui et pyramidas [7] ad Chovonem (vel, juxta Choe villam) erexit. Usaphais, annis XX [8]. Niebais, annis XXVI. Mempses,

Πρώτην δυναστείαν καταριθμοῦσι βασιλέων ὀκτώ. ὧν πρῶτος γέγονε Μήνης, ὃς διασήμως αὐτῶν ἠγήσατο. ἀφ' οὗ τοὺς ἐξ ἑκάστου γένους βασιλεύσαντας ἀναγράψαμεν, ὧν ἡ διαδοχὴ τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον.

Μήνης Θεινίτης, καὶ οἱ τούτου ἀπόγονοι (ιζ', ἐν ἄλλῳ δὲ) ζ', ὃν Ηρόδοτος Μῆνα ὠνόμασεν, ἐβασίλευσεν ἔτεσιν ξ'. οὗτος ὑπερόριον στρατείαν ἐποιήσατο, καὶ ἔνδοξος ἐκρίθη, ὑπὸ δὲ Ἱπποποτάμου ἡρπάσθη. (β'.) Αθωσθις ὁ τούτου υἱὸς ἦρξεν ἔτεσι κζ'. καὶ τὰ ἐν Μέμφι βασίλεια ᾠκοδόμησεν, ἰατρικήν τε ἐξήσκησεν, καὶ βίβλους ἀνατομικὰς συνέγραψεν. (γ'.) Κενκένης ὁ τούτου υἱὸς ἔτη λϑ'. (δ'.) Ουσερφις ἔτη μβ'. ἐφ' οὗ λιμὸς κατέσχε τὴν χώραν, ὃς καὶ τὰς πυραμίδας τὰς περὶ Κωχώνην ἤγειρεν. (ε'.) Ουσαφαὶς ἔτη κ'. (ϛ'.) Νιεβὲς ἔτη κϛ'. (ζ'.) Σεμένφις ἔτη ιη'. ἐφ' οὗ πολλὰ παράσημα ἐγένετο, καὶ μεγίστη φθορά. (η'.) Οὐ-

tum in signandis regum annis, atque ad summam rediguntis cujuslibet Dynastiae spatiis. » Raro (inquit, cui et nos subscribimus) consentiunt partiales cum totalibus, et ipsae totales ad se se invicem colligendae, in his Africani et Eusebii Aegyptiorum regum diagrammatibus, summae. Quid agerem, diu dubius haesi: has an illas emendarem, et qua componerem ratione non semel attentus perpendi: tandem ne non adeo interpolatum, quam nova ex incude prodeuntem textum viderer depromturus, cum contractis ex Ms. defectibus potius quam nova et forsan non cunctis placitura Minerva partem Syncelliani operis praecipuam arte nimia transmutare, vel ipsi Auctori non agnoscendum foetum producere statui. Quos porro sinceriores et integriores numeros probem si quaesieris; totales, ceu qui sibi magis consentiant, et unus alteri additus expectatum ordinem teneant, probatiores, de quo te monendum duxi, respondeo. Reliqui annis a mundi conditu, imperiis, aetatibus, personis comparati, debitae possunt integritati restitui «. Haec sibi erudite statuit Goar, an vero ad amussim conservare potuerit, nec ne, quodammodo sequentes adnot. indicant. Adhaec nota, quod Syncellus nullo modo retinuit marginalem numerum in vestibulo cujusvis Dynastiae ab Eusebio exaratum, ω· ρ· ξ· ά. β'. γ'. ι. ιι. ιιι. etc. utpote redundantem, cum in textu repetitur Ա՛ռաջին, երկրորդ, *Prima, Secunda*, etc. Et contra de suo novos addidit numeros initio nominum cujuslibet regis, ά. β'. γ', etc. tum in Africani, tum in Eusebii textu; quod tamen quum vix noverit Auctor noster, vel saltem codex noster, parenthesis nota intercludere decrevimus in Gr. textu, nolentes omnino expungere, ne quid de nostro interpolasse in Syncellanis fragmentis videremur. Solummodo, eam inter variantes Gr. lectiones, elegimus, quae ab Auctore nostro non abhorreret, apud Goarum, vel penes Scal. una nempe in textu retenta, altera in seriem adnot. redacta. Omitto interim infelicem illorum, qui hoc fragmentum Eusebianum ediderunt, inter se concertationem. Syncellus enim suo more invehitur in Eusebium, quod nonnihil discesserit ab Africani auctoritate. Scaliger, ut passim, tum Eusebium, tum Syncellum vellicat impudentibus sane verbis. Scaligerum demum reprehendit Goar. Sed in omnibus experimento deprehendimus correctorem potius correctioni obnoxium esse. Confer adnotationes Scal. et Goari, et minime dubitabis, quin uterque non secus a veritate abhorreat, ac iidem ipsi, quos erroris arguit.

1 Ita quoque Gr. in plur. καταριθμοῦσι, *dinumerant*, vel *percensent*. Aegyptii nimirum, quorum chronologiam non ita pridem auctor noster subjungere pollicitus est. Sed Goar Syncello suo hanc periocham adscribens, voluit emendare lectionem, posito in marg. Gr. singulari verbo καταριθμεῖ, et hinc exposuit in textu Lat. *percenset*, quasi vero Eusebius sit, qui, Syncello teste, percensuerit sequentia: minus peccasset vir criticus, si suum examen non refudisset in textum Latinum, quem tantum adire lectores solent. Scaliger contra, anteriora quoque Syncelli verba tanquam Eusebiana transcripsit, paucis mutatis, vel potius libere adauctis.

2 Sincerissima, ideoque optima lectio, qua demonstratur Gr. textum apud Sync. obscuratum esse, et sic legendum, ἀναγράψαμεν, ὧν ἡ διαδοχὴ etc. ex quo tritus sensus mox oritur; ubi tamen Goar et Scal. confusè legerunt, ἀναγραψαμένων ἡ διαδοχή, quo totius periodi obscura redditur sententia, ita ut Goar vix demum per parenthesim alienum studuerit exprimere sensum, hoc pacto, » A quo series omnis, (prout ex generibus singulis reges ortos quidam descripserunt) hunc in modum deducitur «. Quàm longe a mente auctoris vel invitus distans.

3 *Memes* facile potuit exarari pro *Menes*, aut vice versa. Verum lectio Arm. թիւնացի, satis indicat legendum in Graec. Θυνίτης, vel saltem Θεινίτης juxta Scal. non autem, ut Goar habet, Θενίτης: medium tenet Africanus ipso Goaro legente Θεινήτις, pro quo mendose repositum fuit in Lat. *Thecinites*.

4 Syncellus ιζ'. ἐν ἄλλῳ δὲ ζ'. quo monuit in suo apographo legi XVII. in altero vero exemplari VII. quorum postremum exhibet lectio nostra, eamque genuinam esse, vel ipse successorum numerus demonstrare videtur; siquidem hìc ἀπόγονοι posteros primi regis assignant, ub Interp. Arm. որդիք dixit late sumptum, per *filios* et filiorum filios declarans, quo sensu, ut putatur, apud Africanum omnes Menis successores notantur, voce υἱός, *Filius*; vel reapse, si dici potest, septem proles uni patri successerint, quod tamen non patitur annorum multitudo.

5 Apud Sync. ξ'. LX. cui suffragatur quodammodo et Africanus ab eo citatus, cum habeat ξβ'. LXII.

6 Quum Ἱπποπόταμος sit nomen compositum ab Ἵππος, *equus*, et ποταμός, *flumen*, apposità Arm. Interp. rem exprimendi causa reddidit, ձիակերպ գետոյ, sc. *bestia fluminis, equiformis*. Quoniam tamen Latini solent Graecorum modo dicere *Hippopotamus*, id et nos usurpavimus.

7 Significationem vocis յաւրան, acsi հաւրան, quae infra exprimitur յաւրան, ex Gr. voce ipsa πυραμίς, potius exponere in animum induximus. Et quidem occurrunt aliqua vocabula apud Interpretem nostrum vetustissima, ac ferè apud nuperrimos inaudita; quod profecto vetustatem ejusdem aetatis significavit. Quid autem legerit Interp. Arm. pro Κωχώνην, ut bodie apud Sync. habetur, haesitabis. Siquidem supposito quod conjunctim legendum sit in codice nostro առ քովաւանաւն, Gr. fuit περὶ Χωοκήνην, sin autem disjunctim առ քով աւանաւն, Gr. debuit esse περὶ Χῶ κώρην (seu χώραν).

8 Africanus apud Sync. suffragatur nostrae lectioni quoad litteram ι. in nominibus Οὐσαφαΐδος, et Νιεβίδος, quae sivis in genitivo reponit ille, vel ut Goar voluit, in nominativo, semper adjuncta voce υἱός, ut jam diximus. Caeterùm annos Usaphaidis κ'. XX. congruenter Eusebio nostro apud Syncellum repertos, Scal. mendose legit ί, v. Pro autem *Mempses* Sync. legit apud Euseb. Σεμέν φις, *Semenpses*, et apud Afric. Σεμέμφις, *Semempsis*.

փայիս ամն Ը։ Ակեբայիս ամն ԻԸ։ Ախմիսեւս ամն ԺԸ. առ որով բա զգում ինչ նշաւակութիւն գործեցաւ, և մեծամեծ ապականութիւնք։ Ա ի բէթիս ամն ԻԸ։ Ընդ ամենեսին թա գաւորեցին ամն ՄԾՃ։

Ը. Երկրորդ Հարստութիւն ի թագաւորաց ։ Ասխ՝ բովքոս. առ որով վիհ մեծ ի բուբաստոն գործեցաւ, և բաղումք կորեան։ Յետ որոյ հէքռովսւ որ և սափս, և ինեփս, այդպէս անդրէսիոս քաւափ՝ դէք կարծեցան ։ Ապա բիոփիս. առ որով իբա եւոնք ելին և ղկանանց՝ թագաւո րութեան պատիւ ունել։ Յետ սո ցա այլ և երիք. առ որոյք ոչինչ նը շաւակութիւն գործեցաւ։ Ա ւօթ նեբորգաւն առասպելարկուք զնի ղոս գետոյ ասէն մեղր խառն ընդ ջրոյ բղխել զմեառան օր։ Յետ որոյ սեսովբրիս ամն խը. զորմէ ասէն լեալ բարձրութեամբ ի հանգնեան, և լայնութեամբ երիք թզեան։ Իսկ առ ի երորգաւն ոչ ինչ արժանի յի շատակի գործեցաւ իրք։ Ընդ ամենեսին թա գաւորեցին ամն մղէ ։

Ը. Երկրորդ Հարստութիւն մեմ փեցւոց ի թագաւորաց ։ Ակեբրովք քիս. առ որով լիբէացիք ապստամբե ցին յեգիպտացւոց. և յանդէպն ա ձեալ լանի՝ առ ահին հատան զանձինս անդրէն ի ծառայութիւն։ Յետ որոյ սեսորթոս, որ ասկղէպիոս կոչեցաւ յեգիպտացւոց վասն բժշկական ար ուեստին ։ Այս և քերածոյ վիմօք և

annis xviii. Sub quo plurima facinora facta sunt, maximaeque corruptiones [1]. Vibethis, annis xxvi. Omnes simul regnaverunt annos ccli.

βιένθης ἔτη κϛ'. Οἱ δὲ πάντες ἐβασίλευσαν ἔτη σνβ'.

II. Secunda Dynastia regum ix. Primo, Bochus [2]. Sub quo ingens terrae hiatus in Bubastone factus est, multique perierunt. Post quem Caechous [3]; qui et Apis, et Mnevis, necnon Mendesius caper [4], tamquam Dii habiti sunt. Postea Biophis, sub quo lex sancita, qua foeminis quoque regni honor delatus fuit. Post istos alii adhuc tres; quorum aetate nullum insigne opus [5] factum est. Sub septimo, commentores fabularum Nilum fluvium diebus xi. melle aqua permixto fluxisse ajunt. Post quem Sesochris, annis xlviii. cujus [6] proceritas cubitis v. et latitudo palmis iii. fuisse dicitur [7]. Sub nono autem nihil memoria dignum fuit gestum. Regnaruntque (simul) annis ccxcvii.

Δεύτερα δυναστεία βασιλέων Θ'. ἀ. Βῶχος, ἐφ' οὗ χάσμα κατὰ Βούβαστον ἐγένετο καὶ πολλοὶ ἀπώλλοντο. (β'.) Μεθ' ὃν καὶ (δεύτερος) Χοὸς, ὅτε καὶ Απις, καὶ ὁ Μνεύις, ἀλλὰ καὶ ὁ Μενδήσιος τράγος θεοὶ ἐνομίσθησαν. (γ'.) Βίοφις, ἐφ' οὗ ἐκρίθη καὶ τὰς γυναῖκας βασιλείας γέρας ἔχειν, καὶ μετὰ τούτους ἄλλοι τρεῖς, ἐφ' ὧν οὐδὲν παράσημον ἐγένετο. (ζ'.) Ἐπὶ τοῦ ἑβδόμου μυθεύεται Νεῖλον μέλιτι κεκραμμένον ἡμέρας ἕνδεκα ῥυῆναι. Μεθ' ὃν Σέσωχρις ἔτη μή. ὃς λέγεται γεγονέναι ὕψος πηχῶν ε'. παλαιστῶν γ'. τὸ μέγεθος. ἐπὶ δὲ τοὺς ἐννέα οὐδὲν ἀξιομνημόνευτον ὑπῆρχεν, οἱ καὶ ἐβασίλευσαν ἔτεσι συζ'.

III. Tertia Dynastia Memphitarum regum viii. Necherochis [8], sub quo Libyes adversum Aegyptios rebellarunt: quumque Luna importune aucta fuerit, metu ducti, seipsos rursum in servitutem dedidere. Post quem Sesorthus, qui ob medicam artem Aesculapius ab Aegyptiis vocatus est. Hic etiam sectis lapidibus aedificandi

Τρίτη δυναστεία Μεμφιτῶν βασιλέων η. Νεχέρωχις, ἐφ' οὗ Λίβυες ἀπέστησαν Αἰγυπτίων, καὶ τῆς σελήνης παρὰ λόγον αὐξηθείσης διὰ δέος ἑαυτοὺς παρέδοσαν. μεθ' ὃν Σέσορθος, ὃς Ασκληπιὸς πάρ' Αἰγυπτίοις ἐκλήθη διὰ τὴν ἰατρικήν. οὗτος καὶ τὴν διὰ ξεστῶν λίθων οἰκοδομὴν εὕρατο, ἀλλὰ καὶ γραφῆς ἐπεμελήθη. οἱ δὲ λοιποὶ ἓξ

1 Ad verbum ita sonat et Gr. *μεγίστη φθορά, maxima corruptio*, quamvis Goar liberiore sententia reddit in Lat. « horrendaque pestis per regionem grassata est ». Sed quid de antecedenti voce sentiendum est? nam *παράσημον* significat *aliquid insigne extraordinarium*, tam felix ac laudabile, quam adversum, et vituperandum. Pariter sanè et vox Arm. նշանակութիւն, duplici modo sumi potest, apprime verò secundo, perinde ac apud Lat. *facinus*: ideoque ea voce uti interim placuit. Goar *prodigia* dixit, quod et nobis haud displicet; praesertim respectu alterius loci, qui paullo infra occurrit, et videtur significare *opera insignia*. In sacris litteris pro una voce Arm. նշանակ, Vulg. Lat. diversa haec vocabula usurpavit, *prodigium*, Psal. lxx. 7. *abominatio*, Ps. lxxxvii. 9. *sterquilinium*, Jerem. viii. 2. *pargamenta*, i. Corinth. iv. 13.

2 Hoc sane probatur emendatio Goari in marg. ἀ. Βῶχος, in nominativo, quum in textu habeatur cum Scal. in genitivo πρώτου Βώχου, corrupte. Item probatur lectio Scal. κατὰ Βούβαστον, juxta Africanum, quem et Goar in marg. notavit, cum in textu conjunctim, ideoque mendose habeatur καταβουβάστων. Porro Goar in serie regum hujus secundae Dynastiae confundit textum Eusebianum cum illo Africani.

3 Constans lectio apographi nostri fuit Μεθ' ὃν Κιχοὸς, vel Καιχῶος. Syncellus tamen legit separatim καὶ Χοὸς, *et Chous*, quod vix cohaererè videtur; ut nihil dicam de numero ordinali interjecto δεύτερος, quum praemissum erat β'. quod idem sonat. Scal. satis bene suppressit unum ex iteratis numeris, sed in eo lapsus est, quod abstulerit ex primo loco, ubi tenendum esset, et secundo loco inter καὶ et Χοὸς retinuit. Sequens autem lectio nostra որ և, indicat lectum in Gr. separatim ὅτε, sc. *qui etiam, quique*, quo posito, videtur Apis connecti cum Caechoo, ut cognomen nomini additum. Sed quia alii legunt junctim ὅτε, i. e. *quando*, vel *quo tempore*, hinc et Apis separatur a Caechoo, vel Choo, Diisque sequentibus conjungitur: quum ergo haec putatur certa lectio, possumus et nos similem elicere sententiam e nostra lectione, si puncto terminativo sejungamus nomina hoc modo հէքռովս։ Որ և սափս etc.

4 Pro Gr. τράγος, quod Armeniis est նոխազ, քաղ. քոչ. Latinis, *hircus, caper*, etc. Interpres noster inseruit քաւափ, *caurid*, quae vox inaudita apud posteros Armeniorum, videtur quodammodo convenire cum Lat. *Caper*, quasi veteres appellare capros solerent nomine *Cabres* vel *cauretes*. Aliter vero lectum in Gr. ut nomen proprium, e. g. Κάβειροι, dicuntur esse *Dii Samothracum*, vel ut nomen adjectum, v. g. καῦρος, *stolidum* assignat. Adde quod quamvis τράγος *hircum* apprime sonet, alias tamen significationes habet, quarum uni forsan respondet քաւափ. Nobis interim placuit Latinum interpretem sequi, et reponere *Caper* pro քաւափ vel τράγῳ: maxime quod datur apud fabulatores Mendesius caper Deus Aegyptiorum, sive hircus quem colebant incolae Mendis Aegyptiae urbis. Verum, ut quidam ajunt, *hircus* ipse Aegyptiorum lingua *Mendes* appellabatur, ita ut Mendesius significet hic adjectivè *Mendesianus*, մենդեսեան։

5 En iterum voces նշանակութիւն, παράσημον: quoniam autem hoc in loco certum est hisce vocibus *opus insigne* declarari, idem forte dicendum erat et supra. Goar, qui ibi *prodigia* dixerat, hic appositè ad sensum dixit, *nil notatu dignum*.

6 Haec occurrunt apud Sync. p. 45. B. quae tamen postponens Scaliger, Africani verba in p. 44. C. posita pro Eusebianis exscripsit, imo et Syncelliana iis adjunxit. Neque Goar, qui jure reprehendit Scaligerum, sibi constare videtur: utriusque dubia Auctor noster nunc primum solvit.

7 Lacunam hic notavit Goar interpunctionibus, ubi revera nulla est: nisi quod ipse omiserit in Latinum convertere has voces, λέγεται γεγονέναι, quae tum in Gr. tum in Arm. inveniuntur; suspicor ne forte lectionem Scaligeri juxta Africanum sibi conciliaverit. In sequentibus emendanda Gr. lectio: nam quod ibi habetur, ἐπὶ δὲ τοὺς ἐννέα, procul dubio legendum est ad normam Arm. codicis, ἐπὶ δὲ τὸν ἔνατον, cujus tamen regis nomen suppressit Eusebius, quod ab Africano Χενρὼς dicitur; sicut etiam de aliis inferius idem agit, quorum nomina apud Africanum leguntur.

8 Haud dissimiliter habet Scal. Νεχέρωχις, Goar corrupte, Νακέρωχις, omitto Africanum legentem Νεχερόφης.

դիտ Հանդաւմանս չինաւածոց . այլև դիրս դնելոյ կալաւ փոյթ յանձին : Այլոյ այլ ևս վիցքն ոչ ինչ արժանի յիշատակի գործեցին : Ալք և Թա գաւորեցին ամս ՀՂ :

Է . Զորրորդ Հարստութիւն ԼԺ Թագաւորաց Մեմփեցւոց՝ յայլմէ ազգէ Թագաւորութեանն . որոց երբորդ սուփիս . որ զմեծ պիրամիդն կանգնեաց , զորմէ ասէ Երոտոդոս Ի քեռոպոյ գործեալ . որ և ամբարտաւան առ դիտն գտանիր . մինչև զղջանալ և զմեհենական մատեանսն գրել . զոր երբև զմեծ ինչ առաջս ունէին եգիպտացիքն : Այլոյ այլոցն ոչինչ արժանի յիշատակի գրեցաւ : Ալք և Թագաւորեցին ամս ՆՂԸ :

Ը . Հինգերորդ Հարստութիւն ԼՓ Թագաւորաց եղեփանտինացւոց . որոց առաջինն ոթիոս . սա յիւրոց սպա սաւորաց սպանաւ . չորրորդն փիոփս , վեցամեայ ևս սկիզբն Թագաւորե լոյ . և կալաւ մինչև Ճ ամս :

Ը . Վեցերորդ Հարստութիւն . Կին մի անուն նիտակրիս Թագաւո րեաց . որ յիւրում ժամանակին քաջ քան զամենայն արս էր , և գեղեցիկ քան զամենայն կանայս , խարտեաշ և կարմրայա . գնմանէ ասէն չինել զերրորդ պիրամիդն , որ է յուրան բլրաձև : Ալք Թագաւորեցին ամս ՄՀ :

Է . Լօթներորդ Հարստութիւն ՄՀՄ ինգեցւոց Է Թագաւորաց . որք Թա գաւորեցին ամս ՀԸ :

Ը . Ութերորդ Հարստութիւն ՄՀՄ

modum invenit, atque literis exarandis curam impendit. Sex caeteri autem nihil memoratu dignum gesserunt. Quique regnarunt annis CXCVII [1].

IV. Quarta Dynastia Memphitarum regum XVII. ex alia stirpe regni: quorum tertius Suphis, qui magnam illam pyramidem erexit, quam a Cheope factam Herodotus dicit: qui et superbus in Deos inventus est, usquedum eum (hujusce rei) poenituit, et libros Sacrarii [2] conscripsit; quos velut magnas opes habebant Aegyptii. De caeteris vero nihil memoria dignum scriptum est. Quique regnarunt annos CCCCXLVIII.

V. Quinta Dynastia regum XXXI. Elephantiniorum: quorum primus Othius [3]. Hic a suis satellitibus occisus est. Quartus Phiops [4], sexennis regnare coepit; tenuitque usque ad annum C [5].

VI. Sexta Dynastia [6]. Mulier quaedam Nitocris nomine regnavit: quae omnium sui temporis virorum fortissima erat, atque omnium foeminarum pulcherrima, flavo colore, et rubris genis: ipsamque ajunt, tertiam pyramidem aedificasse; quae est moles erecta collis instar [7]. Qui regnaverunt [8] annis CCIII.

VII. Septima Dynastia Memphitarum regum V. qui regnaverunt annis [9] LXXV.

VIII. Octava Dynastia Memphita-

Τετάρτη δυναστεία βασιλέων ιζ'. Μεμφιτῶν συγγενείας ἑτέρας βασιλείας, ὧν τρίτος Σοῦφις, ὃς τὴν μεγίστην πυραμίδα ἐγείρας, ἣν φησὶν Ηρώδοτος ὑπὸ Χέοπος γεγονέναι. ὃς καὶ ὑπερόπτης εἰς Θεοὺς γέγονεν, ὡς μετανοήσαντα αὐτὸν τὴν ἱερὰν συγγράψαι βίβλον, ἣν ὡς μέγα χρῆμα Αἰγύπτιοι περιέπουσι. τῶν δὲ λοιπῶν οὐδὲν ἀξιομνημόνευτον ἀνεγράφη, οἱ καὶ ἐβασίλευσαν ἔτη υμή.

Πέμπτη δυναστεία βασιλέων τριάκοντα ἕνος ἐξ Ελεφαντίνης, ὧν πρῶτος Οθόης. οὗτος ὑπὸ τῶν δορυφόρων ἀνῃρέθη. Ο' δὲ δ'. Φίωφ ἑξαετὴς ἀρξάμενος ἐβασίλευσε μέχρις ἐτῶν ρ'.

Ἕκτη δυναστεία. Γυνὴ Νίτωκρις ἐβασίλευσε τῶν κατ' αὐτὴν γενικωτάτη καὶ εὐμορφοτάτη, ξανθήτε τὴν χρόαν ὑπάρξασα, ἡ καὶ λέγεται τὴν τρίτην πυραμίδα ᾠκοδομηκέναι. οἱ καὶ ἐβασίλευσαν ἔτη σγ'.

Εβδόμη δυναστεία Μεμφιτῶν βασιλέων πέντε, οἱ ἐβασίλευσαν ἡμέρας οέ.

Ογδόη δυναστεία Μεμφιτῶν βασι-

1 Apud Sync. uno auctior, *ρμή*. CXCVIII. ita ut vel in Arm. legendum ՟Ը. pro ՟Է. vel in Gr. Ζ'. pro ή.

2 Pro *τὴν ἱερὰν βίβλον*, sc. *sacrum librum*, magis ad sensum, quam ad verbum dictum est in Armen. ՄեհենականՄատեան, quum soleat Interpres noster pro sacris profanarum Gentium hoc nomen ՄեհենականՄատեան usurpare, quod minime conveniret Latine reddere *templarium* vel *delubricum*. Nobis vox *Sacrarium* placuit, locum enim sacrum declarat. *Sacrum* autem obtinet etiam locum vocis *templum*, juxta Gr. *ἱερόν*.

3 Goar juxta Syncellum suum, tam in Euseb. quam in Afric. legit Οθώης, vel Οθόης, ubi noster legebat Οθίος, vel Οθήως. Scal. vero concise, Θώης.

4 Ita accurate etiam Goar in Gr. Φίωφ, pro quo Scal. redundanter effert Αφίωφ.

5 Quum vix declarasset Auctor, vitae ne, an regni annus centenarius impletus fuerit, quorum unus sexennio alterum superat, Goar explicatione usus, sic rem exposuit, » et ad centum usque annos vitam regnumque produxit «. Sed videtur non ita rem adhuc perfecisse, nam si reapse regnavit C. annos, vixit CVI. annos, Sin autem vixit C. annos, regnavit XCIV. annos. Hoc sane affirmat et ipse Goar in adnot. p. 19. ad 46.

Juniorem mater ex Pelusio urbe [1] accersit, regemque sibi collegam constituit. Regnavit itaque junior cum matre, Principatus titulo [2] ad utrumque spectante: ita ut Cleopatrae XI. (annus) appellaretur, Ptolemaei vero Alexandri VIII. Simul enim etiam fratris sui tempus a quarto regni ejus anno sibi vindicavit; ex eo tempore nimirum, quo ipse in Cypro regnavit; et ille quidem, adhuc Cleopatra vivente, mos erat [3]. Attamen, ipsa mortua, ad Alexandrum solum insignia honoris deferri coeperunt: XVIII. (itaque annos) omnino imperium tenuit, postquam Alexandriam descendisset: regnare autem dictus est annis XXVI. (Anno) decimo nono, ira concitatus contra milites, adversum illos exercitum coegit in Aegypto. Ipsi vero eum repulerunt duce Tyrro, qui ex regum cognatione erat. Praelium cum eo navale committunt, ad fugamque ipsum cum uxore ac filia compellunt; ita ut aegre se in Myram Lyciae urbem contulerit: inde Cyprum tendens propere iter maturabat: verum praelio ipsi obviam comparato a navarcho Chaereo, mortem obiit.

Τὸν δὲ νεώτερον ἡ μητὴρ ἐκ Πηλουσίου μεταπεμψαμένη βασιλέα ἀπέδειξε σὺν ἑαυτῇ. συνεβασίλευεν οὖν ὁ νεώτερος τῇ μητρὶ, τῶν χρηματισμῶν ἀναφερομένων εἰς ἀμφοτέρους. καὶ ἐνδέκατον μὲν Κλεοπάτρας ἀνηγορεύθη, ὄγδοον δὲ Πτολεμαίου Ἀλεξάνδρου. συνανέλαβε γὰρ ἀπὸ τοῦ τετάρτου ἔτους τῆς τοῦ ἀδελφοῦ βασιλείας εἰς ἑαυτὸν τοὺς χρόνους, ἀφ' οὗ τῆς Κύπρου ἐβασίλευσε. καὶ τοῦτο τῶν (τῆς) ζώσης Κλεοπάτρας τὸ ἔτος (ἔθος) περιῆν. εἰς μόνον δὲ ἤρξατο μετατίθεσθαι τὸν Ἀλέξανδρον μετὰ τὸν ἐκείνης θάνατον τὰ συμβόλαια. ὀκτωκαίδεκα τοὺς πάντας ἀντιλαβόμενος τῶν σκήπτρων ἐνιαυτούς, ἀφ' οὗ κατῆλθεν εἰς Ἀλεξάνδρειαν, ἓξ καὶ εἴκοσι βεβασιλευκὼς ἐχρημάτισε. τῷ δὲ ἐνεακαιδεκάτῳ τοῖς στρατεύμασιν ὀργισθεὶς ἐξῆλθε συλλέξων ἐπ' αὐτοὺς δύναμιν εἰς Αἴγυπτον. οἱ δ' ἐπιδιώξαντες, ἡγουμένου Τύρρου συγγενοῦς τῶν βασιλέων, κατεναυμάχησαν αὐτὸν, καὶ φεύγειν ἠνάγκασαν μετὰ γυναικὸς καὶ θυγατρὸς, τῆς Λυκίας εἰς πόλιν Μύρας. ὅθεν εἰς Κύπρον μεταπηδήσας, καὶ καταπολεμηθεὶς ὑπὸ ναυάρχου Χαιρέου, θνήσκει.

Postquam vero is se fugae dedisset, ad majorem fratrem Ptolemaeum Soterem nuntios mittentes Alexandrini, rursum illi regnum tradiderunt, ex Cypro renaviganti. Quum vero anni insuper VII. cum mensibus VI. transissent; tot enim annos vixit, postquam illuc redux fuit; totum tempus post amborum patris mortem ad eum refertur, integro annorum XXXV. numero, mensiumque sex conservato: distributis nempe veraciter (in) Soterem Ptolemaeum in diversis temporibus, (annis) XVII. et mensibus VI. et in secundum, qui et Alexander, intermedio annorum, in quibus major annis XVIII. dominatus est; quos (annos) cum ex libro delere non possent

Μετὰ δὲ τὴν τούτου φυγὴν, πρὸς τὸν πρεσβύτερον Πτολεμαῖον τὸν Σωτῆρα οἱ Ἀλεξανδρεῖς πρεσβευσάμενοι παραδιδόασι πάλιν τὴν βασιλείαν αὐτῷ ἐκ Κύπρου καταπλεύσαντι. Διαγινομένων δὲ ἄλλων ἐτῶν ἑπτὰ πρὸς μησὶν ἓξ, τοσαῦτα γὰρ ἐπέζησε μετὰ τὴν κάθοδον, ὁ πᾶς χρόνος ὁ μετὰ τὸν τοῦ πατρὸς ἀμφοτέρων θάνατον εἰς τοῦτον ἀναφέρεται, τὸν μὲν ἀριθμὸν σώζων λέ. ἐνιαυτῶν πρὸς μησὶν ἓξ, διῳκικὼς δὲ κατὰ τὴν ἀλήθειαν εἰς μὲν τὸν Σωτῆρα Πτολεμαῖον κατὰ διαφόρους χρόνους δεκαεπτὰ ἔτη καὶ μῆνας ἓξ, εἰς δὲ τὸν δεύτερον, τὸν καὶ Ἀλέξανδρον, τοὺς μέσους, ὧν ἦρξεν ὁ πρεσβύτερος, ἐνιαυτοὺς δεκαοκτὼ, οὓς καίτοι μὴ δυνηθέντες ἐκ τῆς ἀναγραφῆς ἀφανίσαι,

1 Codex Arm. habebat ի պեղուսիոս քաղաք, *in Pelusium urbem*, pro quo tamen lego juxta Gr. in ablativo, unius litterae additione, ի պեղուսիոս քաղաքէ. *ex Pelusio urbe*.

2 Audire praestat Scaligerum haec habentem p. 430. ad 60. » Notabis in hoc fragmento non semel χρηματισμὸν à Porphyrio poni pro Aera. Ideo quod Hispanis erat Aera Caesaris, id Graecis fuerit χρηματισμός. Sic χρηματισμὸς Ἀντιοχέων saepe ab Euagrio dicitur Aera Antiochensium Juliana . . . Significat enim negotiationem, actum publicum, hoc est, ex quo negotiationum, ac contractuum aliud tempus institutum est. Propterea ὁ χρηματισμὸς τῶν Σελευκιδῶν à Judaeis vocatur ἀρίθμησις τῶν συμβολαίων, Aera contractuum, χρηματισμὸς τῶν συμβολαίων. Sic infra Porphyrius, εἰς μόνον δὲ ἤρξατο μετατίθεσθαι τὸν Ἀλέξανδρον, μετὰ τὸν ἐκείνης θάνατον, τὰ συμβόλαια ».

3 Corrupta lectio in Gr. τῶν ζώσης, et τὸ ἔτος: emendandum ad normam lectionis nostrae, τῆς ζώσης, et τὸ ἔθος, quorum magnum discrimen est, ut patet; ἔτος enim *annus* est, ac ἔθος, *mos, consuetudo*: omitto articulum τῶν in plur. minime servientem singulari voci ζώσης.

(Alexandrini); etenim quantum ipsis licuit, expungebant, eo quod restituerit ipsis per quaedam Judaica subsidia; ideo haud ei tempus illud computant, sed cunctos xxxvi. annos fratri majori adscribunt. Itidem menses sex post mortem majoris (transactos,) quibus anni xxxvi. continentur, haud concedunt Cleopatrae majoris filiae, juniorisque uxori, quae post patris mortem disponebat negotia; neque Alexandro, qui cum ea diebus xix. dominatus est, dies illos novemdecim adscribunt.

(Ա)յս (Ալեքսանդր) եղեւ որդի կրտսերոյ պտղոմէի՝ որ եւ աղէքսանդրոս, եւ ուրջում կղէոպատրայ, մեռեալ ի Հռոմ քաղաքի. եւ ի ժամանակի՝ իբրեւ զբաս վարութիւն արանց յերկրին եգիպտացւոց պակասէր, կոչեցեալ էին յաղէքսանդրիա. եւ արար կին՝ զորմէ յառաջագոյն ասացաք՝ զկղէոպատրայ. առեալ ակամայ զկնոջն զկղեօպատրայ՝ սպանանէր զկինն. եւ ինքն ի վաղիւն՝ որք ի հանդիսին անցանէին, վասն աղտեղի սպանութեանն՝ ի խուճին խառնեալ սատակէր։

Hic (Alexander) filius erat junioris Ptolemaei, scilicet Alexandri, et privignus Cleopatrae, jam Romae commoratus. Quum ergo virorum administratio [1] in Aegypto defecisset, accersitus is venit Alexandriam; ipsamque de qua supra diximus, Cleopatram uxorem duxit. Accepto itaque invite [2] uxoris imperio, post novemdecim dies uxorem interfecit; ipseque ab armatis, qui in gymnasio erant [3], propter foedam necem, in tumultum incidens, necatus fuit.

Ո՚չայս զաղէքսանդրոս փոխանակէ պտղոմէոս, որ կոչեցաւ Նոր Դիոնիսոս, որդի սուաէրայն պտղոմէի, և եղբայր վերագոյն Ճառելոյն կղէոպատրայ. որոյ իշխանութեան հաշմարին ամք իբ։

Hunc Alexandrum excepit Ptolemaeus, qui novus Dionysus vocatus est, filius Soteris Ptolemaei, et frater supradictae Cleopatrae: cujus imperii computantur anni xxix.

Որոյ դուստր կղէոպատրա՝ հուսկ յեսոյ ղակիդեանց ազգին. որոյ ամք իշխանութեանն թուին իբ։

Hujus filia Cleopatra, ultima (fuit) Lagidarum generationis [4]; cujus imperii numerantur anni xxii.

Եւ ոչ այս իսկ թագաւորութիւնք միայն առ ժամանակօք՝ իսկզբանէ մինչեւ ցդէմս միբան միոջէ գրեալ գտանին, այլև իւրաքանչիւրք՝ ի նոցանէն այլ առ այլով՝ ի մէջ միմեանց մտեալ։ Իսկ առ նորումն Դիոնիսեա՝ ի նորին գտաւբ՝ ի կղէոպատրայ և ի արիփենեայ և ի բերենիկ երեքամեայ ժամանակ թագաւորութեան գրեցաւ. յերկոսին մի տարի, և ապա յետ կղէոպատրեայ և արիփենեայ մահուանն՝ զերկեամ՝

Porro neque ea ipsa haec regna singula suis singulis temporibus tantum [5] ab initio usque ad finem singulatim scripta reperiuntur; sed quoque eorum quemlibet alium sub alio regnasse comperitur. At sub novo Dionyso pro ejusdem filiabus, Cleopatra, Triphaena et Berenice triennium regni adscriptum fuit, pro utraque unicus annus, deinde vero post Cleopatrae et Triphaenae mortem, biennium pro sola Berenice. Pro-

Οὗτος γὰρ υἱὸς μὲν ἦν τοῦ νεωτέρου Πτολεμαίου, τοῦ καὶ Ἀλεξάνδρου, πρόγονος δὲ Κλεοπάτρας, καταμένων δὲ ἐν Ῥώμῃ, τῆς ἐν Αἰγύπτῳ δυναστείας ἀνδρῶν ἐρήμου γενομένης, μετάκλητος ἦλθεν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν, καὶ γήμας τὴν προειρημένην Κλεοπάτραν, παραλαβών τε παρ' ἑκούσης τὴν ἐξουσίαν, ἐνεακαίδεκα διαγενομένων ἡμερῶν ἀνεῖλεν αὐτήν, καὶ αὐτὸς ὑπὸ τῶν ἐνόπλων ἐν τῷ γυμνασίῳ, διὰ τὴν μιαιφονίαν συνεχόμενος ἀπώλετο.

Τοῦτον τὸν Ἀλέξανδρον διαδέχεται Πτολεμαῖος ὁ ἐπικληθεὶς νέος Διόνυσος, υἱὸς μὲν ὢν Πτολεμαίου τοῦ Σωτῆρος, ἀδελφὸς δὲ τῆς εἰρημένης Κλεοπάτρας, οὗ τῆς ἀρχῆς ἔτη κθ'. λογίζονται.

Τούτου θυγάτηρ Κλεοπάτρα ὑστάτη τῆς Λαγίδων γενεᾶς, ἧς ἔτη ἀριθμεῖται τῆς ἀρχῆς δύο καὶ εἴκοσι.

Οὐδ' αὐταὶ αἱ δὲ αἱ βασιλεῖαι τὸν εἰρμὸν τῶν χρόνων ἀπ' ἀρχῆς, ἄχρι τέλους, κατὰ τὸ ἑξῆς ἀναγραφόμενον ἔσχον, ἀλλ' ἐγένετο τις αὐτῶν ἐν ἑκατέρῳ διὰ μέσου παρένθεσις εἰς ἄλλους. ἐπὶ γὰρ τοῦ νέου Διονύσου εἰς τὰς αὐτοῦ θυγατέρας, Κλεοπάτραν, τήν καὶ Τρύφαιναν, καὶ Βερενίκην, τριετὴς ὡς βεβασιλευκυίας ἀνεγράφη χρόνος, εἰς μὲν ἀμφοτέρας ἐνιαυτὸς εἷς, ἡ δ' ἑξῆς μετὰ τὸν Κλεοπάτρας, τῆς καὶ Τριφαίνης, θάνατον διετία εἰς μόνην Βε-

1 Ne quis putet hic Arm. vocem զօրավարութիւն արանց, supponere pro *militari ductu*, vel *Magistratu militiae*, ut quidem apprime sonat; sed magis pro *Administratione imperii* sive *moderatione regni* accommodatam fuisse ab Interp. nostro; quandoquidem Gr. habet δυναστεία, eo sane sensu, quo alibi redditur հարատութիւն, զօրութիւն, իշխանութիւն, etc. Itaque eo conceptu usurpatum hic scias τὸ զօրավարութիւն, quo ista վարել զհարատութիւն թագաւորութեան, կամ կառավարել զզօրութիւն, այսինքն զիշխանութիւն, usurpantur.

2 Adverbium ակամայ, sc. *invitè*, videtur ad personam uxoris spectare, quàm viri, id enim apprime indicat Gr. lectio παρ' ἑκούσης, quamvis non occurrat vox γυνή. At Arm. lectio primo inspectu videtur eam praebere sententiam, quasi vir aegrè tulerit in consortium regni mulierem habendam, aut noluerit mulieris imperio uti. Sequentia utrumque sensum minime excludunt.

3 Gr. vocem Gymnasium usurpavimus, cui juxta duplicem significationem respondere potest Arm. vox հանդէս, scilicet, tam pro publico loco exercendorum militum, quàm pro ipsa actione exercitationis seu congressionis. Ad haec subjunximus verbum *erant*, pro Arm. անցանէին, quod ad verbum sonat, *transibant, peragrabant*, etc. ubi nil noscit Gr.

4 Videlicet ex stirpe Ptolemaei primi, Lagi filii.

5 Ubi Gr. habet τὸν εἰρμὸν τῶν χρόνων, sc. *seriem temporum*, Arm. fert միայն առ ժամանակօք; quae lectiones quo magis differunt inter se, eo obscuriorem reddunt sensum totius periochae. Verum si in Arm. legamus pro միայն առ., aut մի առ մի, aut միոյ միոյ, forte explicatior reddetur lectio hujuscemodi sensu. » Neque ea ipsa haec Regna unicuique singulis temporibus ab initio usque ad finem singulatim descripta reperiuntur; sed quilibet eorum utique alius sub alio regnasse comperitur «.

մի բերենիկ միայն. վասն որոյ չէ լինէր և պաղամէի երթալ ի Հռոմ, և անդր յամել ժամանակս ինչ. և գաւեբայն՝ որպէս թէ չգայցէ այնուհետև Հայրն՝ լինել յանձնաձիչս իւրայն արքունեաց, օգնական բերենիկեայ՝ ամենից արանց ազգականաց ընդ նմին սիրելոց. մինչև գալ Հասանել պաղամեայ ի Հռոմ. զգումէ և զխնամ դաւերն մտանայր, յաւելուածն գրգռեալ վասն իրայն գործելոց՝ ի կենաց արկանել։

Ընդ կղեոպատրաս՝ առաջին իշխանութեանն ամբ՝ ի նոսա և յերկից եզբայրն իւր ի պաղամէոս ելանէին. և յետ այնորիկ յայլս։ Ի սան այսպիսի ինչ պատճառանայ վախճաներ նորն գիտեիցես, զոր չորիւք որդովք՝ երկուք պաղամէիւք, և կղեոպատրաս և արսինոյիս։ Զոր երկց որդուցն իւրոց զերիշանութիւնն, պաղամեայ և կղեոպատրայ։ Ի միասին թագաւորելոց՝ անցանէր ի վերայ քառամեայ ժամանակ. և Թերևս նոյն կայր պահէր, թէ չէր անցեալ պաղամէի զՀօրն պատուիրանաւ, և միայն կալ մնացեալ ունել զսեռութիւնն, Հրաժանաւք ի կենաց արկանիլին զնա յեգիպտոս նաւամարտիկ պատերազմին յուլիոս կայսեր զօրավիդն լեալ կղեոպատրայ։

Յետ կորուսեան պաղամէի՝ կրտսեր եղբայրն կղեոպատրայ՝ քեռ իւրում եղև աթոռակից՝ անուանեալն պաղամէոս՝ կամաւք կայսեր։ և գրէր Հինգերորդ ամ կղեոպատրայ, և առաջնորդ՝ պաղամեայ. և ի սոյն յարի մինչև ցսպանութիւն նորա՝ այլ և երկուք։ Ի վախճանել սորա՝ կղեոպատրայ նենգանօք, ի չորրորդում ամի սորա՝ և յութերորդում կղեոպատրայ, որ յետոյ լինէր ժամանակին՝ ի կղեոպատրա միայն գրեցաւ՝ մինչև ցհնգետասաներորդ ամն, որ վերջաւ սահմանորդն անուանեցաւ, և առաջնորդ։ Ի վախճանել Լիսիմաքայ՝ յասորիս քաղկիդայ Թագաւորի, մարկոս անտոնիոս ինքնակալն՝ զքաղկի-

pterea quod [1] Ptolemaeo ipsi contigit Romam proficisci, ibique tempus aliquod demorari: atque adeo filiae ejus, perinde ac si non amplius rediturus esset pater, regni negotia susceperunt procuranda, adjutoribus viris nonnullis Berenices consanguineis cum ipsa dominantibus; usque dum Ptolemaeus Roma rediens, clementiae affectionisve animi erga filiam immemor, ut pote qui odio accensus erat ob res (ab ea) gestas, ei vitam ademit.

Sub diebus Cleopatrae, primi anni principatus in eam, fratremque suum majorem Ptolemaeum delati sunt, ac deinde in alios. Ob hanc causam [2] defunctus est novus Dionysus, quatuor liberos relinquens, duos Ptolemaeos, et Cleopatram ac Arsinoem, tradito imperio liberis suis natu majoribus [3] Ptolemaeo et Cleopatrae. Simul itaque regnantibus [4], quadriennium praeteriit: id quod ulterius utique reservaretur [5], nisi Ptolemaeus patris praecepto neglecto, solus imperium tenere voluisset; hinc evenit, ut fatalis lex eum vita expelleret, in Aegypto navali certamine perculsum, Julio Caesare auxilium ferente Cleopatrae.

Post interitum Ptolemaei, junior frater Cleopatrae cum sorore sua throni consors fuit, Ptolemaeus nuncupatus, Caesaris consensu: atque adeo quintus annus Cleopatrae, primusque Ptolemaei descriptus est; queis adhuc duo alii accedunt anni, usque ad ejus necem. Eo è vivis sublato, Cleopatrae sane insidiis, quarto sui anno, Cleopatrae autem octavo, succedens tempus Cleopatrae soli adscriptum fuit, usque ad annum decimum quintum, qui decimus sextus, simulque primus appellatus fuit. Lysimacho [6] in Syria Chalcidis rege defuncto, Marcus Antonius Imperator Chalcidem, et quae circa eam regio-

ρενίκην, ἕνεκα τοῦ τὸν μὲν Πτολεμαῖον εἰς Ῥώμην ἀπηρκέναι, καὶ τοῦτον ἐκεῖ διατετριφέναι τὸν χρόνον, τὰς δὲ θυγατέρας, ὡς οὐκέτι ἐπανήξοντος τοῦ πατρός, ἀντειλῆφθαι τῶν πραγμάτων, συν επισπωμένης ἑαυτῇ κατὰ (τούτους) χρόνους τῆς Βερενίκης ἄνδρας τινὰς συγγενεῖς τοὺς συνάρξαντας, μέχρις ὅτου παραγειόμενος ὁ Πτολεμαῖος ἀπὸ Ῥώμης τῆς μὲν πρὸς τὴν θυγατέρα διαθέσεως ἐπελάθετο, στυγήσας δ' αὐτὴν διὰ τὰ πραχθέντα τοῦ ζῆν ἐστέρησεν.

Ἐπεί γεῆς Κλεοπάτρας τὰ πρῶτα τῆς δυναστείας ἔτη εἰς ἐκείνην τε καὶ τὸν πρεσβύτερον αὐτῆς ἀδελφὸν ἀνετέχθη Πτολεμαῖον, τὰ δ' ἑξῆς εἰς ἑτέρας, διὰ τοιαύτην αἰτίαν τελευτῶν ὁ νέος Διόνυσος ἐπὶ παισὶ τέτρασι, Πτολεμαίοις δυσὶ, καὶ Κλεοπάτρᾳ, καὶ Ἀρσινόῃ, διέταξε τοῖς προγενεστέροις αὐτοῦ παισὶ Πτολεμαίῳ καὶ Κλεοπάτρᾳ τὴν ἀρχὴν, ὧν συμβασιλευόντων τετραετὴς διεγένετο χρόνος, καὶ τοῦτο διέμεινεν ἂν καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς τὸ ἔθος. εἰ μὴ Πτολεμαῖον παραβάντα τὰς τοῦ πατρὸς ἐντολὰς καὶ μόνον τῆς ἡγεμονίας ἀντιποιεῖσθαι βουλόμενον ἡ μοῖρα τοῦ ζῆν μετέστησεν ἐν Αἰγύπτῳ καταναυμαχηθέντα ὑπὸ Ἰουλίου Καίσαρος Κλεοπάτρᾳ συλλαμβανομένου.

Μετὰ δὲ τὴν ἀπώλειαν Πτολεμαίου, ὁ νεώτερος ἀδελφὸς Κλεοπάτρας συνεθρονίσθη τῇ ἀδελφῇ Πτολεμαῖος καλούμενος, γνώμῃ Καίσαρος, καὶ ἐχρημάτισε τὸ πέμπτον ἔτος Κλεοπάτρας, τὸ καὶ πρῶτον Πτολεμαίου, καὶ τὰ τούτοις ἑπόμενα, μέχρι τῆς ἀναιρέσεως αὐτοῦ, ἄλλα δύο. Τελευτήσαντος δὲ καὶ τούτου ταῖς Κλεοπάτρας ἀπάταις τῷ τετάρτῳ μὲν αὐτοῦ, τῆς δὲ Κλεοπάτρας ὀγδόῳ, ὁ μεταγενέστερος εἰς μόνην Κλεοπάτραν ἀνεγράφη χρόνος, ἕως ἐτῶν πεντεκαίδεκα. τὸ δ' ἑκκαιδέκατον ὠνομάσθη τὸ καὶ πρῶτον. ἐπειδὴ τελευτήσαντος Λυσιμάχου τῆς ἐν Συρίᾳ Χαλκίδος βασιλέως, Μάρκος Αντώνιος ὁ αὐτοκράτωρ τήν τε Χαλκίδα, καὶ

1 Վասն որոյ, etsi per se sonat, *ideo*, *propterea*, sed videtur identidem usurpatum ab Interprete nostro pro. վասն այն՝ զի, seu քանզի, sc. *eo quod*, *quoniam*. Et quidem id postulare videtur locus praesens; quum maxime in Gr. totus sermonis ambitus pedissequus comperiatur praepositionis ἕνεκα, adeoque placuit nobis interim reddi *propterea quod*.

2 Tam in Arm. վասն այսպիսի ինչ պատճառանաց, quàm in Gr. διὰ τοιαύτην αἰτίαν, de integro incipit ut novae periodi exordium, punctulo ab anterioribus dissectum, quod et nos servavimus in Lat. Verum tamen magis conveniens videtur in calcem praecedentis periodi haec referre, atque novam periocham ordiri ab iis verbis, Վախճաներ նորն գիտեիցես. Τελευτῶν ὁ νέος etc. quo posito, profecto paulo aliter sensus rerum se haberet, sed, ut puto, rectior.

3 Librarii mendum apertum, scilicet scriptum երէց, pro երէց, necesse habuimus emendare unius literae mutatione; cum *jerits* sonat *tribus*, quod minime ad rem facit: at *jerets*, *major natu*, ut expressè fert Gr. lectio.

4 Ի միասին Թագաւորելոց in cod. Arm. connectitur praemissae periodo, ex qua talis oritur sensus: Dedit imperium *Ptolemaeo et Cleopatrae simul regnantibus*, quasi *regnaturis*. Verum placuit ad fidem Gr. textus, variatis tantum punctis, sequenti copulare periochae. Gr. enim lectio clarè sic habet: » destinavit majoribus natu pueris suis Ptolemaeo et Cleopatrae principatum. Quorum simul regnantium quadriennium peractum est tempus «.

5 Anonymus in Gr. aut amplam aut diversam exhibuit lectionem hoc modo: » Et iste permaneret utique et in posterum mos, nisi etc «.

6 Ita quoque constanter fert Gr. textus. Λυσιμάχου. Scaliger tamen in adnot. p. 430. ad 16. dixit: » Lego (volo scilicet legi) Λυσανίου, de quo in Canone satis diximus «.

դիա և որ շուրջ վեսխաւ գաւառքն էին՝ մնանեաց կղէոպատրայ ։ Եւ յայսմանէ և որ յետ սոցա այլ ամքն են մինչև ցքսաներորդն երկրորդ, որ վախճանն իսկ եղև կղէոպատրայ, ըստ նմին օրինակի յաւելուածոց թուոյն ցրկր. որպէս լինել երկրորդին և քսաներորդի կղէոպատրայ. որաւմ և էն երորդին ։

Իսկ Է կղէոպատրայ սկսաբիտան կայսր՝ որ և աւգոստոս՝ առնու զթագաւորութիւնն, կալեալ զեգիպտոս յակտէայ պատերազմի՝ ըստ Հարիւրորդի ութսներորդի չորրորդի տոմարի պիտին եղելոյ՝ յերկրորդումն ամին, որպէս զի Է Հարիւրորդէ մի տասանեակ որդէ տոմարիդէն առաջնոյ ամին, ուստի արիդեոս՝ որ և փիղիպոսն՝ պայազատաց գնչխանութիւնն, մինչ Է Հարիւրորդ ձ երորդ չորրորդ տոմար պիտին, և Է ցնորին ամն երկրորդ ։ տոմարիդէ լինին ՀՔ. և տարի ։ա. այսինքն Է ամք միջ. և այնչափ Հայնորին ամք աղէքսանդրիայ քաղաքի Թագ աւորացն մինչև ցվախճան կղէոպատրայ ։

nes erant, Cleopatrae tradidit. Atque de hoc, quique post haec anni fuerunt residui, usque ad vicesimum secundum (annum), quo etiam Cleopatrae obitus accidit, secundum eundem modum superadditi numeri, scribebantur; ita ut sit Cleopatrae secundus et vicesimus, cujus etiam (xx)vii [1].

Porro a Cleopatra Octavius Caesar, qui et Augustus, regnum accepit, cum obtinuisset Aegyptum bello Actiaco, quod peractum circa centesimam octuagesimam quartam Olympiadem, anno secundo [2]: ita ut a primo anno centesimae undecimae Olympiadis, quo Aridaeus, qui et Philippus [3], imperium obtinuit, usque ad centesimam octuagesimam quartam Olympiadem, et ad annum ejus secundum, conficiantur Olympiades lxxxiii. atque annus unus: scilicet anni ccxciii. Et totidem sane computantur anni Alexandriae regum, usque ad Cleopatrae fatum.

τοὺς περὶ αὐτὴν τόπους παρέδωκε τῇ Κλεοπάτρᾳ. καὶ ἀπὸ τούτου δὲ καὶ τὰ τούτων ἕτερα ἔτη μέχρι τοῦ εἰκοστοῦ δευτέρου, ὃ καὶ τελευταῖον ἐγένετο Κλεοπάτρας, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον προστιθεμένου τοῦ ἀριθμοῦ, ἐγράφετο, ὡς γενέσθαι τὸ δεύτερον καὶ εἰκοστὸν αὐτῆς τὸ κ'. ἕβδομον.

Α'πὸ δὲ Κλεοπάτρας Οκτάουιος Καῖσαρ, ὁ καὶ Αὔγουστος, τὴν ἀρχὴν διαδέχεται κρατήσας Αἰγύπτου τῇ ἐπ' Ακτίῳ μάχῃ, κατὰ τὴν ἑκατοστὴν ὀγδοηκοστὴν τετάρτην Ολυμπιάδα, ἐν ἔτει δευτέρῳ. 'Απὸ τῆς ἑκατοστῆς ἑνδεκάτης Ολυμπιάδος ἔτους πρώτου, ἀφ' οὗ Αριδαῖος, ὁ καὶ Φίλιππος (Αλέξανδρος) ὁ Φιλίππου διεδέξατο τὴν ἀρχὴν, ἐπὶ τὴν ἑκατοστὴν ὀγδοηκοστὴν τετάρτην Ολυμπιάδα, καὶ ταύτης ἔτος δεύτερον, Ολυμπιάδες γίνονται ἑβδομήκοντα τρεῖς, καὶ ἐνιαυτός. Τούτων ἔτη συγ'. Τοσαῦτα δὲ καὶ ἀριθμεῖται τὰ ἔτη τῶν ἐν Αλεξανδρείᾳ βασιλευσάντων, ἐπὶ τῆς Κλεοπάτρας τελευτῆς.

Իսկ այսուհետև ժամանակք պղտեմէոսի այսպէս Է։

Sunt igitur Ptolemaeorum tempora haec [4].

Οἱ Πτολεμαίων χρόνοι (τῶν μετὰ Αλέξανδρον βασιλευσάντων Αἰγύπτου).

Աղէքսանդրոս մակեդոն՝ յառաջնում ամի ՃԺիա ոլոմպիադին Թագաւորէր, այն՝ որ շինէ զաղէքսանդրիա յեգիպտոս, վերկոտասան ամ՝, և զամիսս Է։ Յետ որոյ աղէքսանդրիայ քաղաքի և ամենայն եգիպտոսի Թագաւորեցին այսոքիկ.

Պտղոմէոս զազոսի. ամն ԺԱ։
Պտղոմէոս փիլադելփոս. ամն ԼՁ։
Պտղոմէոս եւէրգետէս. ամն ԻԴ։

Alexander Macedo primo anno cxi. Olympiadis regnat, (qui videlicet) Alexandriam in Aegypto condit, duodecim annis, mensibusque vii. Post quem Alexandriae urbis, universaeque Aegypti regnum sortiti sunt isti [5].

Ptolemaeus Lagi (filius) annis xl.
Ptolemaeus Philadelphus. ann. xxxviii.
Ptolemaeus Evergetes. ann. xxiv.

Αλέξανδρος ὁ Μακεδὼν κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς ἑκατοστῆς ἑνδεκάτης Ολυμπιάδος βασιλεύει, κτίζει τε τὴν Αλεξάνδρειαν τὴν πρὸς Αἰγύπτῳ. ὁ δὲ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ χρόνος ἔτη ιβ'. μῆνες ζ'. (...)

Πτολεμαῖος ὁ Λάγου ἔτη μ'.
Πτολεμαῖος ὁ Φιλάδελφος ἔτη λη'.
Πτολεμαῖος ὁ Ευεργέτης ἔτη κδ'.

1 Supple in Arm. litteram unam Ը. numeralem, ut antecedentia postulant cum Gr. lectione, » ut fieri secundum et vigesimum ipsius (Cleopatrae), xx. septimum «. Verum mendum lectionis suppositum antiquum esse videtur, acsi Interp. Arm. legerit pro κ'. 20. *καὶ, et.*

2 Scaliger hic in addit. not. Gr. p. 430. ad 61. 11. » Quamvis in hac diatriba multa cognitu digna Porphyrius nos docuit, tamen insigni delirio sese traduxit, quod Cleopatram victam ab Augusto scribat anno primo Olympiad. clxxxiv. quum is annus fuerit primus Augusti, Caesare Idibus Martiis interfecto. Idem delirium infra iteratur, ne quis putet errorem librarii «.

3 In Gr. additur ὁ Φιλίππου, quod quamvis recte accipi possit, quia hic Philippus Aridaeus nomine, illo Philippo natus sit, qui pater Alexandri fuit, tamen mendosè omnino tam Gr. quam Arm. legunt praecedens nomen *Aridaeus, qui et Philippus:* debuit enim legi *Alexander Philippi* (filius). Siquidem Olymp. cxi. annus primus paulo ante memoratus, accurate tempus regni Alexandri demonstrat, minime vero Philippi Aridaei postea imperantis anno secundo Olimp. cxiv. quemadmodùm etiam in exordio verborum Porphyrii, haud secus ac in Canone Eusebii evidenter proditum comperias, quod et subsequens calculus cum integra sermonis serie confirmare potest. Id ergo solerter advertens Scaliger, satis studuit huic errori certissimo occurrere, adjecto nempe hoc nomine parenthesis nota intercluso (Αλέξανδρος). Quum tamen satis sciret vix expedire additionem, nisi aliquid demeret, haec in adnot. adjecit, p. 430. ad 61. 12. » Illa verba Αριδαῖος, ὁ καὶ Φίλιππος delenda sunt, et pro illis reponendum Αλέξανδρος, ut excusum est «: cui libenter subscribimus, et legendum esse affirmamus tum in Gr. tum in Arm. Αλέξανδρος ὁ Φιλίππου. Պղտեմոսդր փիլոպոպոս: quamquam constet ex concordia utriusque codicis, non novum hocce mendum esse, sed olim idem irrepsisse, ita ut non adeo Arm. Interp. sed potius Gr. chirographus reprehensionem mereat. Ultimo loco dicendum erit, quod siquis fortasse sustineri velit utriusque codicis lectionem, quam nos improbamus, necesse habet aliud subesse mendum in tota hac periocha excogitare; aliter vix rem perficiat.

4 Depravatum hìc Gr. textum ab Anonymo interpolatore facile dixeris, eo quod quibusdam demptis, de suo addiderit illud τῶν μετὰ etc. sc. » Eorum, qui post Alexandrum regnarunt in Aegypto «: quod sanè ex sequentibus videtur mutuatus, eo animo, ut demonstret Alexandrum ipsum excludendum esse a serie Ptolemaeorum: gratis tamen, etenim Auctoris sententia ea est, ut Ptolemaeorum calculis inserat etiam spatium annorum Alexandri, ex quo nempe patri successit; alioquin nusquam compleretur summa annorum, quae inseritur, sc. ccxciii. ut patet ex antecedentibus, et sequentibus.

5 Integrum hoc argumentum desideratur in Gr. id quod evenisse suspicor ob causam praedictae interpolationis; itaque si utrumque locum vitiatum offendis, in eumdem Anonymum conferenda culpa est.

Պտղոմէոս փիղոպատ տուէր . ամն ԻՌ ։
Պտղոմէոս եպիփանէս . ամն ԻԲ ։
Պտղոմէոս փիղոմետ տուէր . ամն Ը ։
Պտղոմէոս կրտսեր՝ որ կոչեցաւ եւերգետէս . ամն ԻԹ ։
Պտղոմէոս փիսկոն՝ որ կոչեցաւ սոտէր . ամն ԿԶ ։ եւ ամիսս Ջ ։
Պտղոմէոս՝ որ եւ աղէք-սանդրոս՝ Հալածականն 'ի մօրէ՝ հօրն իւրոյ . ամն Ջ ։
Պտղոմէոս փիղադելփոս, որ դարձաւ 'ի փախստեանն 'ի Հալածական Լինել աղէքսանդրի . ամն ՀԸ ։
Պտղոմէոս դիոնէսիոս , որ եւ փիղադելփոս . ամն Ը ։
Պտղոմէոսի դուստր կղէոպատրա . ամն Ի ։

Ptolemaeus Philopator. ann. xxi.
Ptolemaeus Epiphanes. ann. xxii.
Ptolemaeus Philometor. ann. xxx.
Ptolemaeus junior, qui vocatus est Evergetes [1]. ann. xxix.
Ptolemaeus Physcon, qui vocatus est Soter. et mens. vi. ann. xvii.
Ptolemaeus, qui et Alexander, expulsus a matre patris sui [2]. ann. iii.
Ptolemaeus Philadelphus, qui reversus est a fuga, Alexandro jam expulso. ann. viii.
Ptolemaeus Dionysius, qui et Philadelphus. ann. xxx.
Ptolemaei filia Cleopatra . ann. xx.

Πτολεμαῖος ὁ Φιλοπάτωρ ἔτη κά.
Πτολεμαῖος ὁ Επιφανὴς ἔτη κϐ'.
Πτολεμαῖος ὁ Φιλομήτωρ ἔτη λά.
Πτολεμαῖος ὁ νεώτερος Ευεργέτης ἔτη κϑ'.
Πτολεμαῖος ὁ Φύσκων, ὁ καὶ Σωτὴρ, ἔτη ιϛ'. μῆνας ϛ'.
Πτολεμαῖος ὁ καὶ Αλέξανδρος, ἐξωσϑέντος μὲν τοῦ πρὸ αὐτοῦ . . .
Πτολεμαῖος ὁ Φιλάδελφος κατελϑὼν ἀπὸ τῆς φυγῆς, ἐξωσϑέντος τοῦ Αλεξάνδρου. ἔτη ϰ'.
Πτολεμαῖος ὁ Διόνυσος ἔτη λ'.
Πτολεμαίου ϑυγάτηρ Κλεοπάτρα ἔτη κϐ'.

Hujus aetate Cajus Julius Caesar [3] monarchiam exercuit in Romanos. Post quem Caesar Sebastus Octavius, qui et Augustus, Cleopatram interfecit, imperiumque Ptolemaeorum evertit; qui regnaverunt annos CCXCV [4].

Ա. սոված գայիոս յուլիոս կայսր միահեծան կալաւ զՀռոմայեցիս : Յետ որոյ կայսր սեբաստոս Հոկտաւիոն՝ որ և աւգոստոս՝ սպան զկղէոպատրա , և եբարձ զիշխանութիւնն պտղոմեանցն . որք թագաւորեցին ամն ՄՂԵ ։

Κατὰ ταύτην Γάϊος Ιούλιος Καῖσαρ (πρῶτος) ἐμονάρχησε Ρωμαίων. μέϑ' ὃν Καῖσαρ Σεβαστὸς Οκτάουιος, ὁ καὶ Αὔγουστος, Κλεοπάτραν ἐλὼν καϑεῖλε τὴν τῶν Πτολεμαίων ἀρχὴν, οἱ ἐβασίλευσαν ἔτη σιγ'. . . .

ՅՈՒՆԱՑ :

Ա՛րդէօք յոյժ գրէն վաղնջական պատմաբանք :

Ո՞Թենացւոց թագաւորք : Ա՛րգիացւոց թագաւորք : Սիկիոնացւոց թագաւորք : Լակեդեմոնացւոց թագաւորք : Կորնթացւոց թագաւորք : Ո՞րնիցե՞ւ որչափ ժամանակս ծովակալեցին : Եւ որք յունաց գրին միանգամ միոջէ ողոմպիադք : Մակեդոնացւոց առաջին թագաւորք : Եւ որք յետ աղէքսանդրի մակեդոնացւոյ՝ Թեսաղացւոց , ասորւոց՝ և ասիացւոց թագաւորք :

GRAECORUM.

Quomodo Graeci majorum historias conscribant [5].

Atheniensium reges. Argivorum reges. Sicyoniorum reges. Lacedaemoniorum reges. Corinthiorum reges. Quinam et quantum temporis mare obtinuerint? Et quae Graecorum singulae Olympiades inscribantur. Macedonum primi reges. Et qui post Alexandrum Macedonem, Thessalorum, Syrorum, et Asianorum reges.

ՅՈՒՆԱՑ ԺԱՄԱՆԱԿԱԳՐՔ :

GRAECORUM TEMPORA.

(*Syncell. pag.* 78. b.)

Ոչ ոք զամենեսեան հինք ժամանակագրք յունաց գրին միանգամ միոջէ Սիկիոնացիք , և թագաւորք՝ որ 'ի սիկիո-

Omnium inter Graecos tempore antiquissimi diserte describuntur Sicyonii, regesque qui Sicyone fue-

Πάντων μὲν Ε'λλήνων παλαιότατοι τοῖς χρόνοις ἀναγράφονται Σικυώνιοι βασιλεῖς, οἱ Σικυῶνος ἡγησάμενοι, ὧν

1 Praeposterè scriptam in Arm. dixeris praesentem lineam. Verborum muta sedes, atque ita lege, Պտղոմէոս՝ որ կոչեցաւ եւերգետէս կրտսեր: » Ptolemaeus, qui vocatus est Evergetes junior «: ut correcte fert Gr. » Ptolemaeus, (qui) junior Evergetes «. Et quidem appellatus minime fuit *Ptolemaeus junior*, sed magis *Evergetes junior*. Unde Asolicus noster, Պտղոմէոս, որ երկրորդ եւերգետէս: » Ptolemaeus, qui secundus Evergetes «.

2 Lacunam in Gr. ab Scal. notatam supplere potes ex Arm. integra lectione. Ubi obiter monitum te velim sequentes annos non adeo accurate cohaerere cum praemisso Porphyrii calculo: exinde probatur hunc catalogum ab Eusebio nostro concinnatum esse non tantum ad Porphyrii fidem, sed etiam ad caeterorum auctorum normam.

3 Redundat in Gr. πρῶτος, *primus*, non incommode. Sic etima Asolicus, առաջին կայսր միահեծան:

4 Pro ՄՂԵ. 295. (apud Samuelem ՄՂՋ. 296.) vellem legi cum Gr. ՄՂՁ. 293. nam certe totidem anni colliguntur ex praemisso catalogo; quam summam et ante confirmaverat auctor: ita tamen ut includatur annis 293, et sexennium, pro Alexandri imperio nimirum post Alexandriam conditam; nec minus, nec plus. nam si integros Alexandri annos XII. vel includere, vel excludere velis, nihil perficias ad auctoris mentem: juxta enim primum efficerentur anni 299. juxta verosecundum 287.

5 Locus citatus a Samuele nostro hisce verbis: * Ոչ յետ նաեւ

runt: quorum primus dominatus est Aegialeus, qui Nini et Beli aetate fuit, quos primos Assyriorum (reges) in Asia [1] regnasse commemorant. A quo Aegiala primum appellata est (regio), quae nunc Peloponnesus vocatur.

Argivorum primus rex Inachus scribitur, qui CCXXXV. annis post Sicyoniorum principatum extitit.

Athenis primus regnat Cecrops, Diphyes cognominatus; trecentis prope annis post Argivorum principatum; Sicyoniorum vero (principatu) quingentis triginta tribus posterior.

Assumet ergo initium praesens Chronographia ab antiquioribus, Sicyoniorum reges primo declarans ac dinumerans. Magna enim discordia est inter veteres, qui Graecae historiae concinnarunt Chronographias [2]: atque adeo, prout licebit, ex multis qui invicem concorditer testantur, colligemus. Verum enim vero Castor Chronographus Sicyoniorum quoque regum tempora, in chronologicis codicibus descripta, exacto ordine digessit; eaque (demum) in epitomen redegit, hoc pacto scribens; quod

» Adposuimus [3] Sicyoniorum [4] reges, ab Aegialeo primo rege principium ducentes, in Zeuxippumque desinentes. Reges autem tenuerunt tempus annorum DCCCCLIX [5]. Et post reges fuerunt Sacerdotes Carnii VI [6]. qui sacerdotium coluerunt annis XXXIII. Post quos fuit sacerdos Charidemus,

πρῶτος ἦρξεν Αἰγιαλεὺς, κατὰ Βῆλον, καὶ Νῖνον γεγονὼς τοὺς πρώτους Ασσυρίων βασιλεῦσαι τῆς Ασίας μνημονευομένους, ἐξ οὗ Αἰγιαλεία τὸ πρὶν, ἡ νῦν Πελοπόννησος, ἐκαλεῖτο ....

(*Syncell. p.* 78. a)

Παρατίθεμεν δὲ καὶ τοὺς Σικυῶνας βασιλεύσαντας, ἀρχομένους μὲν ἀπὸ Αἰγιαλέως τοῦ πρώτου βασιλεύσαντος, λήγοντας δὲ ἐπὶ Ζεύξιππον. οἱ μὲν οὖν βασιλεῖς κατέσχον ἐτῶν χρόνον ,υνθ'. μετὰ δὲ τοὺς βασιλεῖς κατεστάθησαν ἱερεῖς τοῦ Καρνίου ἓξ. οὗτοι δ' ἱεράτευσαν ἔτη λγ'. μεθ' οὓς κα-

---

1 Etsi nomen Eusebii Syncellus loco citato dissimulavit, verba tamen ejus, ut vides, sibi conciliavit, ut Scaliger quoque pro certo habens transcripsit, p. 19. In sequentibus nota apud Goarum legi in neutro *παλαιότατα*, sed melius est cum Scal. legere in masc. *παλαιότατοι*. Adhaec desideratur in Gr conjunctio ante vocem *βασιλεῖς*, hinc ferme variatur sensus. Item Goar legit in Syncello *τοῦ πρώτου .... μνημονευομένου*, in genitivo casu num. sing. quorum utrumque vitiosum est. Scal. ergò emendatius habet juxta Arm. *τοὺς πρώτους ... μνημονευομένους*. Caeterum uterque periclitatur in voce *τῆς Ασίας*. Nam Goar difficultatem fugiens plane subticuit eam vocem in latina sua interpretatione. Scal. vero, ut certior erat pro ditione Beli ac Nini insertam hic esse Asiam, haud secus ac Assyriam, legit ad arbitrium cum conjunctione, *καὶ τῆς Ασίας*, quasi sensus fuerit: Assyriis et Asiae imperasse; quae certa aliàs sententia, eò minus placet, quò evidentius interpolatione critici excogitatam fuisse apparet, quum tamen Interp. Arm. satis clare ostendit ita se legisse in auctore, ut habetur hucusque apud Syncellum, sc. *τῆς Ασίας*, ideoque vertisse *ասիայ*, vel si codici fides habenda, *ասիայ*, pro *ասիայից*, quasi verò Gr. fuerit *τῶν Ασιανῶν*. Librarius Arm. in marg. reposuit *ասիացիք*, *Asiani*, unde alia exoritur sententia.

2 Similia recenset, saltem ad sensum Syncellus, p. 77. ubi ait: *Αἱ παρ' Ἕλλησιν ἀρχαιολογίαι, πᾶσαι μὲν ἀσύμφωνοι φέρονται παρὰ τοῖς συναλλαξομένοις αὐτὰς ἱστορικοῖς*. Scilicet juxta Goarum: » In nullo consentiunt antiqua Graecorum monumenta ... etiam apud eos, qui illis conciliandis studuerunt, historiarum scriptores «. Ubi etiam post pauca de Eusebio quoque mentionem facit Syncellus his verbis. *Ὅμοῦ τὰ πάντα τῆς Σικυωνίων ἀρχῆς ἔτη ,α. ὡς Απολλόδωρος καὶ ἕτεροι, ἐν οἷς καὶ Εὐσέβιος, ἐγραψαν*. » Summa itaque Sicyoniorum imperii est annorum 1000. prout Apollodorus et alii, inter quos est Eusebius, scriptum reliquerunt «. Latè dixit annos 1000, pro 998. annis, quos Eusebius exactissime tradit; ut infra videbis.

3 Ubi Goar cum nobis legit in plur. *παρατίθεμεν*, Scal. minus recte habet in sing. *παρατίθεμαι*. Insuper ipse Goar expressit in praesenti tempore *adponimus*, noster in perfecto, *adposuimus*.

4 Scal. legit *Σικυῶνος*, *Sicyonis*, in genit. casu num. sing. Goar *Σικυῶνας* in accusativo plur. numeri, *Sicyonios*. At noster tam hìc, quam in Canone, cum S. Hier. habet *Sicyoniorum*; forsitan ita ferebat et autographus, *Σικυωνίων*.

5 *ϡϑῆ*. 959. Ita omnino et Syncellus hic legit *ϡνϑ'*. 959. Verum tamen in Canone, S. Hier. 992. Interp. Arm. *ϡϰϛ*. 967. quod alibi probat vel ipse Syncellus.

6 Item summa concordia Arm. et Sync. integrè ferunt numerum sacerdotum *sex*, *ἓξ*. *ϛ'*. similiter in Canone Arm. quia tamen desideratur in Canone Latino, eo confisus Scaliger, fidem suam laesit, expuncto a Gr. textu Syncelli numero *ἓξ*. non solum in serie Canonis, sed etiam hoc in loco: consule ejus pag. 19. et 129. unde patet, id, quod sibi visum fuerit, eligendum decrevisse; aliter tutius profectò esset ampliorem, quam decurtatam sequi lectionem.

որ առ չժուժել ծախիցն՝ փախստական կան եղև։ Օ սյս կաստոմը՝ ըստ օրի- նակի բանիցս այսոցիկ։ Ասյց կար- գաւ մի ըստ միջի թագաւորութիւնն սիկնացւոց զայս ձև օրինակի ունի համար։

qui [1] sumptibus non subsistens, fugae se dedit ". Haec Castor his conceptis verbis. Verum Sicyoniorum regnum exacta successione hujusmodi habet censum.

τεστάθη ἱερεὺς Χαρίδημος, ὃς καὶ οὐχ ὑπομείνας τὴν δαπάνην ἔφυγεν...

Թագաւորք Սիկիւնացւոց։

Reges Sicyoniorum.

(Scalig. pag. 19. ex Syncello, et Anonymo.)

Նառաջին՝ եգիալև, ամն ծե։ ուստի և եգիանա, որ այժմ պե- ղո- պոնէսոս, կոչի։ Օ սմանէ ասեն առա- ջին թագաւորեալ սիկնացւոց ըստ հնգետասաներորդում ամին քէզայ առաջնոյ ասորեստանեաց թագաւո- րութեանն տիրելոյ. զոր պոսիդոնի և լիբայ որդի լիեալ բանիսարկեն։

Ներկրորդ՝ եւրոպս, ամն խե։ սա առ նինեաւ որդւով քէզայ թագա- ւորէ։

Ներրորդ՝ տելքին, ամն ե. սա առ շամիրամու թագաւորէ։

Չորրորդ՝ ապիս, ամն իե. յորմէ ապիա՝ որ այժմ պելոպոնէսոս, կո- չեցաւ։

Հինգերորդ թելքսիոն ամն ծե։

Վեցերորդ եգիդոս ամն լէ։

Նօթնեներորդ թուրիմաքոս ամն խե։ առ սուաւ արգիացւոց առաջին թա- գաւորեաց ինաքոս։

Ութերորդ ղևկիպպոս ամն ծէ։

Ինեներորդ մեսսապոս ամն խէ։ առ սուաւ դիպի տիրել եգիպտացւոց յոսեփեայ՝ որ յեբրայեցւոցն յիշա- տակի։

Տասներորդ երատոս ամն խէ։

Միհետասաներորդ պղէմնէոս ամն իը։

Ներկոտասաներորդ որթոպոլիս ամն կգ։

Ներեքտասաներորդ մարաթոնիոս

Primus [2] Aegialeus, annis LII. A quo Aegialea, quae nunc Peloponnesus, vocabatur [3]. Hunc primum in Sicyonios regnasse dicunt circa annum decimumquintum Beli primi Assyriae regni dominantis: quem Neptuni, et Libyae filium fuisse fabulantur.

Secundus Europs, annis XLV. Hic sub Nino Beli filio regnat.

Tertius Telchin, annis XX. Is sub Samiramide regnat.

Quartus Apis, annis XXV. A quo Apia [4], quae nunc Peloponnesus, appellata est.

Quintus Thelxion, annis LII.

Sextus Aegydrus, [5] annis XXXIV.

Septimus Thurimachus, annis XLV. Cujus aetate Argivorum primus regnavit Inachus.

Octavus Leucippus, annis LIII.

Nonus Messappus, annis XLVII. Hujus tempore contigit, ut dominaretur in Aegyptiis Joseph ab Hebraeis memoratus.

Decimus Eratus [6], annis XLVI.

Undecimus Plemnaeus, [7] annis XLVIII.

Duodecimus Orthopolis, annis LXIII.

Decimus tertius [8] Marathonius, an-

Πρῶτος Αἰγιαλεὺς ἔτη νβ'. (...) οὗτος λέγεται βασιλεῦσαι Σικυῶνος κατὰ τὸ ιέ. ἔτος Βήλου τοῦ πρώτου τῆς Ασσυρίων ἀρχῆς ἡγησαμένου, ὃν Ποσειδῶνος υἱὸν εἶναι, καὶ Λιβύης μυθεύουσι.

Δεύτερος Εὔρωψ ἔτη μέ. (...)

Τρίτος . . . . ἔτη ....

Τέταρτος Πέλοψ ἔτη κέ. (...) ἡ Πελοπόννησος ἐκλήθη.

Πέμπτος Θελξίων ἔτη νβ'.

Ἕκτος . . . γυδρος ἔτη λδ'.

Ἕβδομος Θουρίμαχος ἔτη μέ. Κατὰ τοῦτον Αργείων πρῶτος βασιλεύει Ἴναχος.

Ὄγδοος Λεύκιππος ἔτη νγ'.

Ἔνατος Μέσσαππος ἔτη μζ'. Κατὰ τοῦτον συνίσταται ἄρξας τῆς Αιγύπτου Ιωσὴφ, ὁ παρ' Εβραίοις μνημονευόμενος.

Δέκατος Ερατος ἔτη μς'.

Ἑνδέκατος Πλημναῖος ἔτη μή.

Δωδέκατος Ορθόπολις ἔτη ξγ'.

Τρισκαιδέκατος Μαραθώνιος ἔτη λ'.

1 Goar in Sync. junctim, ideoque vitiose legit Χαριδήμοσος, et consequenter reddidit in Lat. *Charidemosus*, pro Χαρίδημος, ὃς. *Charidemus, qui*: haec enim omnium consensu optima lectio est.

2 Praesens fragmentum Graecum satis longum affertur a solo Scaligero, ex Syncello, aut potius Anonymo Graeco, quem ipsi Isaacus Casaubonus dedit. Ubi sanè omnia ferè iisdem verbis cohaerent cum Eusebio nostro, paucis demptis, omissisque lacunis.

3 Haec ab Anonymo, vel ab ejusdem amanuensi omissa, facille supplebis tum ex praemisso Syncelli loco, ἐξ οὗ Αἰγιαλεία (τὸ πρίν), ἡ νῦν Πελοπόννησος, ἐκαλεῖτο, tum maxime ex Canone Eusebii; quem locum iterum transcripsit idem Sync. p. 77. D. ἀφ' οὗ καὶ Αἰγιαλεία, ἡ νῦν Πελοπόννησος, (τὸ πρίν) ἐκαλεῖτο. Solummodo dubitatur de voce τὸ πρίν, *primùm*, quae non habetur hic in lectione nostra, nisi dixeris eo sensu usurpatam a nostro interprete vocem առաջին *primus* in sequenti periodo; ubi deest in Gr. πρῶτος: potuit enim, ut noster secundo loco legerit illud τὸ πρίν, in suo apographo.

4 Ut passim, lectio Anonymi decurtata ac omnino depravata cernitur, quam ideo ad normam Arm. emendabis vel supplebis. Vidit haec et Scal. Canonis ope, unde dixit in adnot. 426. ad 19. » Τέταρτος Πέλοψ. Mire haec vitiata sunt, legendum: Τέταρτος Απις ἔτη κέ. ὑφ' οὗ Απία ἡ Πελοπόννησος ἐκλήθη «. Satis erudite, nihil enim deest, nisi νῦν, ante ἡ. Memorat haec et Pausanias Lib. II. c. 5. ubi postquam dixisset. Σικυώνιοι περὶ τῆς χώρας τῆς ἑαυτῶν λέγουσιν, ὡς Αιγιαλεὺς αὐτόχθων πρῶτος ἐν αὐτῇ γένοιτο, καὶ Πελοποννήσου δὲ ὅσον ἔτι καὶ νῦν καλεῖται Αιγιαλὸς ἀπ' ἐκείνου βασιλεύοντος ὀνομασθῆναι. » Sicyonii de regione sua haec asserunt: extitisse primum Aegyaleum indigenam, ab eoque rege eam Peloponnesi partem, quae Aegyalus hoc etiam tempore nuncupatur, nomen accepisse «: haec de Api subdidit, ὡς τὴν ἐντὸς Ισθμοῦ χώραν, Απίαν ἀπ' ἐκείνου καλεῖσθαι: » ab eo regionem eam, quae intra Isthmum est, Apiam fuisse nuncupatam «. Similia repetunt et alii non pauci.

5 Jurè lacunam adnotavit Scal. in Gr. non quod quid magni deesset, sed tantum prima nominis syllaba: quam supplebis legens pro γυδρος, integrè Αἴγυδρος, ut praefert etiam Sync. p. 83. ex Canone mutuatus.

6 Syncellus legit Εραστος, cum Canone nostro, et Samuele Երաս, առս. *Erastus*. Patet similitudo litterarum ր. տ. maximè in Mss.

7 Lectionem nostram confirmat Sync. praeferens Πλημναῖος, pro corrupta lectione Anonymi apud Scal. Πιλημναῖος.

8 Non aliter legerunt et transcripserunt ordinem horum regum Anonymus Graecus, et Samuel noster Armenus, Eusebii eclogarii, cum duplice Canonis exemplari, Armeniaco inquam nostro, ac Latino Hieronymiaco; omnes enim sic contexunt seriem istorum regum, XIII. Marathonius. XIV. Marathius (vel Marathon). XV. Echyreus (vel Chyreus). Syncellus itaque solus, alter Eusebii excerptor, inverso ordine XIII. collocat Echyreum. XIV. Marathium, ac XV. Marathonium, pag. 87. et 99. quod manifestum librarii vitium et Scaliger Syncelli exscriptor suum fecit, quamquam

ամն Ը։ առ որով առաջին սահմ
կէսատանի Թագաւորեաց կեկրոփս
դիփիւէս ։

Չորեքտասաներորդ մարաթոն
ամն Ի ։ առ սովաս դիոկ. եւիցն յե-
գիպտոսէ եբրայեցւոց զօրավար մով-
սէս. որ ի ժամանակի ցուցցի ։

Հնգետասաներորդ քիւրէս ամն
ծԼ ։ առ սովաս արգիացւոց Թագա-
ւորէ դանաոս ։

Վեցտասաներորդ կորաքս ամն Ը
Եօթնուտասներորդ էպոփէս ամն
լԸ ։

Ութուտասներորդ զաւոմէդոն
ամն Իա ։

Ինուածներորդ սիկիոն ամն խԸ ։
առ սովաս արգիացւոց Թագաւորք
դադարեցին՝ ձգեալ յամն շԻա ։

Քսաներորդ պոլիբոս ամն Իա ։

Քսաներորդ առաջներորդ ինաք
քոս ամն Իա ։

Քսաներորդ երկրորդ փեստոս
ամն Ը ։

Քսաներորդ երրորդ ադրաստոս
ամն Է ։

Քսաներորդ չորրորդ պաւղիփի-
դէս ամն լԹ ։ առ սովաս իլիոն առաւ ։

Քսաներորդ հինգերորդ պէղաս-
գոս ամն Ի ։ առ սովաս Էնիաս զաւակ
Նացւոց Թագաւորեաց ։

Քսաներորդ վեցերորդ զևքսի-
պոս ամն լԹ ։

Ամենայն ընդ ամենայն վերին
սիկիոնացւոց Թագաւորք խէ. և Թա-
գաւորեն ժամանակս ամսոյ ՉՁԹաւ-
ղեա որոց Թագաւորք սչ և ա. բայց
Քուրմքն կառնեայ ։

Որոց առաջին քրմացաւ Աքքե-
ղայոս ամ Ա ։

Երկրորդ ոտոմէդոմ ամ մի ։

nis xxx. Cujus aetate primus in Attica regnavit Cecrops Diphyes.

Κατὰ τοῦτον πρῶτος τῆς Αττικῆς ἐβασίλευσε Κέκροψ ὁ διφυής.

Decimus quartus Marathon [1], annis xx. Hujus aetate fuit Moyses dux egressus Hebraeorum ex Aegypto, quod suo tempore probabitur.

Τεσσαρεσκαιδέκατος Μαρασος ἔτη ἡ. Κατὰ τοῦτον συνίσταται τῆς ἀπ' Αιγύπτου πορείας τῶν Εβραίων ἡγησάμενος Μωϋσῆς, ὡς κατὰ καιρὸν δειχθήσεται.

Decimus quintus Chyreus (al. Echyreus,) annis LV. Hujus diebus Argis regnat Danaus.

Πεντεκαιδέκατος Εχυρεὺς ἔτη νέ. Κατὰ τοῦτον Αργείων βασιλεύει Δαναός.

Decimus sextus Corax, annis xxx.

Ἐκκαιδέκατος Κόραξ ἔτη λ'.

Decimus septimus Epopeus, annis xxxv [2].

Ἑπτακαιδέκατος Εποπεὺς ἔτη λέ.

Decimus octavus Laomedon, annis XL [3].

Ὀκτωκαιδέκατος Λαομέδων ἔτη μ'.

Decimus nonus Sicyon, annis XLV. Sub hoc reges Argivorum desierunt, ad annos DXL. superstites.

Ἐννεακαιδέκατος Σικυὼν ἔτη μέ. Κατὰ τοῦτον οἱ Αργείων βασιλεῖς ἐπαύσαντο διαρκέσαντες ἔτεσι φμ'.

Vigesimus Polybus, [4] annis XL.

Εἰκοστὸς Πόλυβος ἔτη μ'.

Vigesimus primus Inachus, annis XL.

Εἰκοστὸς πρῶτος Ἴναχος ἔτη μ'.

Vigesimus secundus Phaestus [5], annis VIII.

Εἰκοστὸς δεύτερος Φαῖστος ἔτη ἡ.

Vigesimus tertius Adrastus, annis IV.

Εἰκοστὸς τρίτος Αδαρτος (Αδραστος) ἔτη δ'.

Vigesimus quartus Poliphides, annis XXXI. Cujus tempore Ilium captum.

Εἰκοστὸς τέταρτος Πολυφείδης ἔτη λά. Κατὰ τοῦτον Ἴλιον ἥλω.

Vigesimus quintus Pelasgus [6], annis XX. Hujus aetate Aeneas Latinis imperavit.

Εἰκοστὸς πέμπτος Πελασγὸν (Πελασγὸς) ἔτη ἡ. Κατὰ τοῦτον Αινείας Λατίνων ἐβασίλευσεν.

Vigesimus sextus Zeuxippus, annis XXXI.

Εἰκοστὸς ἕκτος Ζεύξιππος ἔτη λά.

Simul omnes reges Sicyoniorum sunt XXVI. Regnant autem annos DCCCCLIX [7]. Post quos [8] non amplius reges, sed Sacerdotes Carnii.

Ὁμοῦ γίνονται Σικυῶνος βασιλεῖς κϛ'. βασιλεύσι δὲ χρόνον ἐτῶν ιγθ'. Μετὰ Ζεύξιππον βασιλεῖς μὲν οὐκέτι, Ἱερεῖς δὲ τοῦ Καρνείου.

Quorum primus Sacerdotio functus est Archelaus, anno I.

Ὧν πρῶτος ἱεράσατο Αρχέλαος ἔτος ά.

Secundus Otomedom (lege, Automedon) [9] anno uno.

Δεύτερος Αυτομέδων ἔτος ά.

alibi et emendatiore lectione usus sit, Anonymi scilicet ope, cui utinam tantum aurem praebuisset, neque contrariis inter se supputationibus variis in locis laborasset.

1 Arm. cod. hic habet մարաթոն, sc. *Maratho*, vel *Marathon*. Anon. Μαρασος, *Marasus*. Sync. demum Μαράθιος, juxta nempe Canonem; ubi etiam Arm. refert մարաթիոս, *Marathius*, quamvis Lat. Hier. et Samuel noster paulo aliter legant, մարաթոս, *Marathus*; et ambo pro antecedenti praeferant cum Canone nostro մարաթիոս, *Marathius*. Nomen vero sequentis regis ab aliis Εχυρεὺς appellatum, Arm. lectio ferè ubique fert Χυρεύς.

2 Ita etiam Anonymus Gr. apud Scal. et Samuel noster cum Armeniaco Canone λέ. ϛ. 35. Sed tamen Latinus Hier. Canon exhibit XXXII. cui suffragatur et Sync. qui habet λβ'. 32. quemvis ergo praeeligas. Ut ut sit, hoc discrimen ultimae antiquitatis esse videtur; atque inde evenisse variationem trium annorum in summa, cum nunc 959. nunc 962. legatur, ut alibi vidimus, et videbimus.

3 Iterum Eusebium imitatus Anonymus Laomedonti annos adscribit μ'. 40. ita etiam Canon Eusebianus, non aliter et Samuel noster, զաւոմէդոն ամն մի. Unus igitur Syncellus discrepat, qui habet μγ'. 43.

4 Pariter Anon. et Sam. Πόλυβος պաւղիբոս· sicut etiam Canon Arm. պողիբոս, et Lat. *Polybus*. At Syncellus Πολύβιος. Idem velim intelligas de annis hujus regis, qui sunt apud omnes μ'. ϛ. 40. excepto Syncello praeferente annos μγ'. 43. Supervacuum profecto esset lectiones Sync. passim variantes annotationibus mandare, nisi iis usus fuisset Scaliger non semel tamquam Eusebianis.

5 Omnes lectiones uniformiter praeseferunt hoc nomen Φαῖστος, փեստոս, *Phaestus*, tàm hìc, quàm in Canone, excepto codice Syncellano, ubi vitiose habetur Ηφαῖστος; quam lectionem ut sinceram amplectens Goar reddidit expresse in Lat. *Vulcanus* in p. 117.

6 Sync. Πελαγὸς, *Pelagus*. Anonym. Πελασγὼν, *Pelasgon*; utrumque vitiatum, unde Scal. erudite adjunxit parenthesis nota (Πελασγὸς) nempe Canonis ope, quod et nostra lectio cum Sam. probat. Verum annos ejus κ'. ϛ. 20. omnium consensu allatos, mendose edidit Scal. in Anon. ἡ. 8. puta librarii vel typographi vitio variatum, ob similitudinem characteris.

7 Ut alibi diximus, hanc summam in Castoris textu legi ψνθ'. ϟϑϓ. 959. ita et hic comperimus: cui suffragatur et Samuel, legens. ϟϑϗ. 958. quamquam in Canone habeatur vel sub nomine Castoris Lat. 962. Arm. 967, sicut etiam Sync. interim vult 967. vel potius 966. ab anno mundi 3259. usque ad 4205. vide p. 121.

8 Eusebius dixerat μεθ' ἑαυτούς, յետ որոց, *post quos*, scilicet *praemissos reges*, at Anonymus certe explicationis gratia ultimum regem nominatim inseruit, dicens: μετὰ Ζεύξιππον, *Post Zeuxippum*, quo deviat quidem a verbis auctoris, sed sensum non alienum inducit.

9 Au, prima syllaba nominis Αυτομέδων *Automedon*, quod in Gr. legitur, deflexa videtur a librariis in Arm. ո, vel ու, ob litterarum affinitatem աւ cum ո, vel ու, sicut etiam ultima littera ն, ն, in մ vel մ transiit: si tamen certa Anonymi lectio.

Երրորդ Թեոկղիտոս ամն ԻԲ։
Չորրորդ Եւնեոս ամն Ջ։
Հինգերորդ Թեոնոմոս ամն Թ։
Վեցերորդ ամիխիքհես ամն ԺԲ։
Եւօթներորդ Հուսկ յետոյ քարիդեմոս, որ առ չժուժել ծախիցն փախեաւ. յորմէ մինչև յառաջին ողիմպիադն ամք ՅԾԲ։

Վիճակամուչն սիկիոնացւոց Թագաւորաց և քրմաց ամք ՋՂԸ։

Ընդ սիկիոնացւոց առաջնորդացն՝ ի դէպ է և ընդ արգիացւոց Թագաւորան հանդուիսութիւք անցանել. որպէս ստոյգ ի հնոցն պատմութիւնս կայ։ Ընդշատակ գնացանել և կաստորէք՝ գրեալ զայս ձև օրինակի։

Τρίτος Θεόκλυτος ἔτη ὸ'.
Τέταρτος Ευηεος ἔτη ς'.
Πέμπτος Θεόνομος ἔτη θ'.
Ἕκτος Αμφιγύης ἔτη ιή.
Ἕβδομος Χαρίδημος τελευταῖος (ἔτος ά.) οὗτος οὐχ ὑπομείνας τὴν δαπανὴν ἔφυγεν. ἀφ' οὗ ἐπὶ πρώτην Ολυμπιάδα ἔτη τνά.

Ο'μοῦ Σικυωνίων βασιλέων τε καὶ ἱερέων ἔτη υμή.

Μετὰ τοὺς Σικυῶνος ἡγησαμένους, εὖ ἂν ἔχοι καὶ τοὺς Αργείων βασιλεῖς ἐν ἐπιτομῇ διελθεῖν, καθὼς τὰ ἀκριβῆ τῶν παλαιῶν ἱστοριῶν περιέχει. Μνημονεύει δὲ καὶ τούτων ὁ Κάστωρ ὧδέ πως γράφων....

Castoris de Argivorum Regno [5].

Ordinatim his proxime addemus reges Argivorum ab Inacho (incipientes), qui sub Sthenelo Crotopi (filio) desinunt: quorum intervallum annorum comperitur CCCLXXXII. Sthenelum autem Danaus expellens, tenuit Argos. Hujus vero filii usque ad Euristheum (filium) Stheneli (filii) Persei. Post quos Pelopidae regnum ceperunt. Porrò et Danaorum regni tempus reperitur annorum CLXII. Pelopidarum vero, qui ab Atreo (incipientes) regnaverunt, tenueruntque imperium usque ad Penthilum, et Tisamenum, et Cumedem Orestae (filium), sub queis Heraclidarum irruptio facta fuit, recensetur spatium CV. annorum. At cujuslibet Argivorum regum tempus ita se habet.

(Scalig. pag. 24. ex Anonymo, et Syncello)

Reges Argivorum [6].

Primus Inachus, a quo regio Inachia appellata fuit, annis L. Regnat

Αργείων Βασιλεῖς.

Πρῶτος Ἴναχος, ἀφ' οὗ Ἰναχία χώρα ἐκαλεῖτο, ἔτη ν'. βασιλεύει δὲ πρῶ-

1 Deesse fortasse suspicaris in Arm. ամ ա, *annum* I. habitum in Gr. ἔτος ά. verum si diligenter perpendas summam annorum 33, cunctis Sacerdotibus adscriptam paulo supra et in Canone, redundare potius putabis praesentem annum.

2 Nescio an in Arm. sit legendum ՅԾա. 351. vel potius in Gr. τνβ'. 352.

3 Postrema haec summa accuratissime servata tam in Arm. quam in Gr. demonstrat pro solis regibus computandos esse annos integros 965. prope ad calculum Syncelli supra laudatum 966. vel 967. siquidem si demas annos Sacerdotum 33. a summa 998, supersunt anni 965. quod sane magis accedit ad calculum Canonis.

4 Finem hic habet fragm. Gr. Anonymi laudatum inter excerpta Scaligeri p. 20, quin et pergit subjungere aliena fragmenta prorsus diversa, ut de Adamo et Abraamo, etc, hinc inde, praecipue vero a Syncello more suo transcripta, quae minime ad rem faciunt. Ubi sane vel invitus errat Scaliger, quippe qui in praesto habens apud Anonymum suum Eusebii locum de Argivis post Sicyones inserendum, decurtavit textum, atque deturbatum de suo loco collocavit alibi p. 24. ex quo accipe sequentia paulo post Gr. excerpta ejusdem Anonymi, sic apud eum inscripta. Περὶ τῶν Αργείων βασιλέων, ὡς ἐν ἐπιτομῇ. Itaque interruptum hic invenimus Anonymi excerptum apud Scal. postquam enim pollicitus auctor esset Castoris se verba allaturum, debuit ea, quae habentur in lectione nostra Castoris dicta, contexere: at ille, vel potius amanuensis ejus oscitanter se gerens, mox transit ad Laterculum regum sub inscriptione nominis Castoris.

5 Praesens Castoris textus ad sensum, quam ad verbum occurrit apud Sync. p. 124. hoc modo. Δαναὸς, ὁ καὶ Αρμαῖος, κρατήσας τοῦ Αργους, καὶ ἐκβαλὼν Σθένελον τὸν Κροτωπιοῦ, Αργείων ἐβασίλευσε. καὶ οἱ ἀπόγονοι αὐτοῦ μετ' αὐτὸν Δαναΐδαι καλούμενοι ἐπ' Ευρυσθέα τὸν Σθενέλου τοῦ Περσέως. μεθ' οὓς οἱ Πελοπίδαι ἀπὸ Πέλοπος παραλαβόντες ἀρχήν. ὧν πρῶτος Ατρεύς. Quem locum et Scal. transcripsit in suo Canone p. 113.

6 Inscriptionem Gr. mutuati sumus a Syncello passim eam usurpante, in primis vero p. 99. ubi strictim Eusebiana sequentia ad sensum recoluisse arbitramur; quae et Scaliger iterum ad verbum transcripsit loco citato, ubi nimirum deinde rursus continuatur Gr. fragmentum

ի՛ առաջին հնաքոս արդիացւոց՝ առ Թուրիմաքաւ, որ Հերմոդն էր սիկիոնացւոց տէրութեանն։

Երկրորդ՝ փորոն, ամն ղ։ առ սա վաւ ովգիգոս զեղեսթնա շինեաց։

Երրորդ՝ ապիս, յորմէ աշխարհն ապիա կոչեցաւ, ամն լե։ առ սովաւ տիրէ եգիպտացւոց յովսէփ՝ յեբրայեցւոցն յիշատակեալ։

Չորրորդ՝ արգոս ած՛ոիս և Նիոբէս (այսինքն դիոսի և Նիոբեայ որդին), ուստի աշխարհին անուն փոխեցաւ արգիա, ամն ։

Հինգերորդ կրիասոս ամն ծէ։

Վեցերորդ փորբաս ամն լե։ առ սովաւ կեկրոփս դիփիւէս աթենացւոց թագաւորեաց։

Եօթներորդ տրիոպաս ամն խէ։ առ որով մովսէս զօրավարէր եղիցին եբրայեցւոց յեգիպտոսէ։

Ութերորդ կրոտոպաս ամն իա։

Իններորդ սթենելոս ամն ժա։

Միանգամայն լինին ամք ՀՃՀ։

Զսթենելոս դանաուս մերժեաց, և կալաւ զարգոս, և յետ նորա նորին ծնունդք. որոց պայազատութիւնն և թագաւորութեանն ժամանակք՝ ունին զայս ձև օրինակի.

Տասներորդ Դանաուս ամն ծ։

Միասանեներորդ ղինկեւս ամն իա։

Երկոտասաներորդ աբաս ամն իգ։

Երեքտասաներորդ պրոիտոս ամն կժ։

Չորեքտասաներորդ ակրիսիոս ամն լա։

Միանգամայն ընդ ամենայն՝ արգիացւոց իշխանութեանն ամք շխդ։

Մինչև յառա դանաականք։

Յետ ակրիսիոսի՝ ի միկինս փոխեալ պետութեանն արգիացւոց առ եւրիսթեաւ սթենելայ, սերոյթ զանք առին զիշխանութիւնն։ Յետ թագաւորէ նախ պելոպս՝ որ ի պելոպոնէսեայ, լեալ տածիչ ոլոմպիա դացն։

Յետ որոյ ի միկինս փոխելոյ իշխանութեանն արգիացւոց՝ յետ ակրիսիոսի թագաւորեաց եւրիսթեւս ամն խէ։

primum Inachus apud Argos Thurimachi aetate, qui septimus fuit Sicyoniorum imperii.

Secundus Phoroneus, annis LX. Hujus diebus Ogygus Eleusinam condidit.

Tertius Apis [1], a quo regio Apia appellata fuit, annis XXXV. Hujus aetate dominatur in Aegypto, ab Hebraeis memoratus Joseph.

Quartus Argus, ὁ Διὸς (sc. Jovis) et Niobes (filius), a quo regionis nomen mutatum appellatur Argia, annis LXX.

Quintus Criasus, annis LIV.

Sextus Phorbas, annis XXXV. Sub quo Cecrops Diphyes Athenis regnavit.

Septimus Triopas, annis XLVI. Cujus tempore Moyses dux fuit Hebraeorum ex Aegypto egredientium.

Octavus Crotopas, annis XXI.

Nonus Sthenelus, annis XI.

Simul sunt anni CCCLXXXII.

Sthenelum Danaus expulit, Argosque tenuit; ac post eum ab eodem prognati. Quorum successio regnique tempora hoc modo digeruntur.

Decimus Danaus, annis L.

Undecimus Lynceus, annis XLI.

Duodecimus Abas, annis XXIII.

Philippi familiam imperium propter Olympiadem Alexandri matrem pertineret: nam et ipsa mater (Alexandri) ex Pyrrho filio Neoptolemi orta erat. Mensibus autem septem, c. vicesimae tertiae Olympiadis anno secundo, Macedonibus imperat. Octavo autem (mense) Lysimachus filius Agathoclis ei suffectus est, qui Thessalus erat ex Cranone, atque Alexandri satelles. Interim vero in Thracia et Chersoneso nondum regnabat: sed ad vicinam et finitimam Macedoniam, ut regnum caperet, accelerans profectus est ».

» (Hic) ab Arsinoe uxore sua invitatus, Agathoclem filium suum vita spoliavit; et regnavit a CXXIII. Olympiadis anno secundo, mense quinto, usque ad CXXIV. Olympiadis annum tertium, qui efficiuntur anni v. et menses VI. Demum vero in congressu certaminis cum Seleuco Asiae rege, qui Nicanor cognominatus erat, in campo Corae devictus, (è vita excessit). Illico post victoriam, qua Seleucus praevaluit, Ptolemaeus Lagi et Eurydices filiae Antipatri filius, qui Ceraunus, id est Ira (fulminis instar) vocabatur, eum ipsum erga se beneficum (Seleucum), qui sibi in fuga auxilio fuerat, interfecit; et ipse Macedonibus dominatus est: quum vero adversum Galatas praelium committeret, occisus est, cum anno (uno) et mensibus quinque regnasset; quasi vero computetur tempus regni ejus ab anno quarto CXXIV. Olympiadis usque ad quintum mensem anni primi CXXV. Olympiadis ».

» Ptolemaeo autem frater ejus Meleager successit [1], quem illico Macedones tamquam indignum habitum, ab imperio expulerunt, cum tenuisset mensibus II. Et in ejus loco Antipatrum Cassandri ex fratre nepotem, et Philippi filium, ob regii generis defectum regem crearunt. Illum diebus XLV. potitum Sosthenes quidam [2] ut imparem militiae magisterio in fugam egit, dum Brennus Galata ejusmodi bello imminens supervenit. Ipsum vero Macedones Annuum vocarunt; tanto enim tempore annui venti [3] flant. Sosthenes autem Brennum

ξάνδρου μητέρα, κἀκείνην ἐκ Πύρρου τοῦ Νεοπτολέμου γενομένην. ἑπτὰ δὲ μῆνας ἄρχει Μακεδόνων (...) τῷ δὲ ὀγδόῳ τοῦτον Λυσίμαχος διαδέχεται ὁ Αγαθοκλέους, Θετταλὸς ὢν ἐκ Κρανῶνος, καὶ Αλεξάνδρου γεγονὼς δορυφόρος, Θράκης δὲ τότε (Arm. οὐδέπω) καὶ Χερρονήσου βασιλεύων, εἰς γείτονα καὶ ὅμορον τὴν Μακεδονίαν ἐπιδραμών, διεδέξατο.

Οὗτος Αρσινόῃ πεισθεὶς τῇ γυναικὶ, Αγαθοκλέα τὸν υἱὸν ἐκ τοῦ ζῆν ἦρε. βασιλεύει δὲ Μακεδονίας ἔτη ε'. καὶ μῆνας ς'. ἡττᾶται δὲ ἐν τῇ περὶ Κόρου πεδίον μάχῃ πρὸς Σέλευκον τὸν τῆς Ασίας βασιλέα, ὅτῳ Νικάτωρ ἐπίκλησις ἦν, ὅτε καὶ τοῦ ζῆν ἀπαλλάττεται. Ευθὺς δ' ἐπὶ τῇ νίκῃ Σέλευκον Πτολεμαῖος ὁ τοῦ Λάγου καὶ Ευρυδίκης παῖς τῆς Αντιπάτρου, ᾧ Κεραυνὸς ἐπίκλησις ἦν, εὐεργέτην τε ὄντα ἑαυτοῦ, καὶ ἐκ φυγῆς ὑποδεξάμενον ἀνελών, ἦρξεν αὐτὸς Μακεδόσιν, ὅσπερ Γαλάταις πολεμῶν ἀνῃρέθη, βασιλεύσας ἐνιαυτὸν καὶ μῆνας ἑ...

Τὸν δὲ Πτολεμαῖον Μελέαγρος ὁ ἀδελφὸς διεδέξατο. Μακεδόνες δ' αὐτὸν τῆς ἀρχῆς εὐθὺς ἐκβάλλουσιν ἄρξαντα δύο μῆνας ὡς ἀνάξιον φανέντα. καὶ ἀντ' αὐτοῦ ποιοῦνται βασιλέα Αντίπατρον ἀδελφιδοῦν μὲν ὄντα Κασσάνδρου, υἱὸν δὲ Φιλίππου κατ' ἀπορίαν γένους βασιλικοῦ. πέντε δ' αὐτὸν καὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας ἄρχοντα Σωσθένης τις (τῶν δημοτικῶν) ἐξελαύνει ὡς ἀδύνατον στρατηγεῖν, Βρέννου τοῦ Γαλάτου ἐπιόντος τοσούτου πολεμίου. Καὶ αὐτὸν οἱ Μακεδόνες Ετησίαν ἐκάλεσαν, ὅτι χρόνῳ τοσῷδε οἱ ἐτησίαι πνέουσι. Σωσθένης δὲ Βρέννον ἐξελάσας, καὶ ὅλων δύο ἐτῶν

1 Iterum haec excerpsit Sync. p. 215. D. usque ad 216. C. quamvis magis ad sensum, quam ad verbum: expedit, ut studiosi lectores conferant.

2 Anon. habet τις τῶν δημοτικῶν, *unus ex plebejis*, idem ferè Sync. loco citato, δημοτικὸς, *privatus* a Goaro decenter redditus; quae tamen vox desideratur in cod. nostro.

3 Ἐτησία, *annuus, anniversarius*, in plur. ἐτησίαι, dicuntur a Graecis venti, qui certis anni tempestatibus flare solent; qua dialecto

ցին. քանզի այնչափ ժամանակս տա-
բեւոր հաղիւ ընդին. Իսկ սոսթենեա
և զվերինն ևս հալածեալ. և զամե-
նայն զիրս զերկեամ բռվանդակեալ՝
մեռանիլը. և լինելին անտերունչ մա-
կեդոնացիք, վասն որոյ լինելը անտե-
սութեայ և պղտոմիի և արիդեայ՝
յանձնանձիլս կալ իւրացն. բայց բո-
վանդակ և ոչինչս մնալը ունել։ Իսկ
'ի պղտոմեանց չափանան անտերունչ-
եանն, այսինքն է 'ի Ճորդէ ի երորդ-
դէ չորրորդէ ողջմիպադին՝ չորրորդ
ամին, մինչև 'ց Ճորդ ի երորդ վե-
ցերորդն. յորոց պտղոմիի բարկու-
թեանն գաանի կալեալ զաթի և
չՀինգ ամիս. և մեղեագրեայ զեր-
կուս ամիս. և անտիպատրեայ 'ղեօ-
ր. և սոսթենի զերկեամ. և այլոց
ժամանակին անտերունչ համարել։

'Ի նենդել անտիպատրայ զիրսն, անտիգոնոս դեմետրի պաշարողի՝ և փիլեասեայ դստեր անտիպատրու որդի՝ լինելը յանձնանձիլ իշխանու-
թեանն. որ 'ի գահոյիս թեսաղոս-
ացւոյ երթեալ մնալ՝ դստասաց կոչելը. և նմին համարին բնաւ իսկ
խիղ աւելն։ քանզի եր թագաւոր և
յաւաջագոյն՝ մինչև զմակեդոնիա
կալեալ եր. ընդ ամենայն Ճ ամսե
յաւաջ. և կոչեցաւ թագաւոր՝ յերկ-
րորդում ամին Ճորդի ի երորդի եր-
րորդի ողջմիպադին. բայց մնակե-
դոնացւոց՝ յաւաջնում՝ ամին Ճորդի
ի երորդի վեցերորդի ողջմիպադին։
Այս է՝ որ զերդզաւոցաց աշխարհն
ասացիկ ընդ Ճեռամբ նուաճեաց. և
կնայր ընդ ամենայն Ճ և երիս ամն.
և վախճանեալ 'ի Ճորդի երեսներորդի
ի երորդի ողջմիպադին յաւաջնում
ամին։

Օ որ փոխանակէ որդի նորին դե-
մետրիոս, որ համարին իսկ զամե-
նայն լիբէացւոյն առ, և կալաւ զկիւ-
րենէ. և բնաւ զամենայն իսկ հօրն՝
'ի միահեծան իշխանութիւն նորա
դեաց. և տիրեաց ամն Ճ. և արար
կին զանն 'ի գերեաց. և անուն գնէր
սակեակ։ փիլիպպոս յայնմ կնոջէ ա-
նէր որդի, զոյն՝ որ զառաջինն եա
Ճակատ ընդ հռոմայեցիս. և յարեաց

quoque pepulit, et totius negotii (regni) administrationem biennio peragens, mortuus est; et Macedones Anarchiam passi sunt: propterea [1] (quod) Antipatrum et Ptolemaeum, atque Aridaeum rerum (publicarum) administratores fuisse contigit, omnino tamen neminem tenuisse. At a Ptolemaeis [2] usque ad finem Anarchiae, scilicet a CXX. quartae Olympiadis anno quarto usque ad CXX. sextam; ex quibus (ex his inquam, annis) Ptolemaeum Ceraunum [3] invenimus tenuisse annum et menses quinque, Meleagrum vero menses duos, et Antipatrum dies XLV. Sosthenemque biennium: reliquum autem tempus consumptum Anarchia reputatur «.

» Insidiante vero Antipatro rebus (publicis), Antigonus Demetrii Obsessoris, et Philae filiae Antipatri filius, administrator imperii effectus est, qui in Gonis Thessaliae demoratus, educatusque, Gonatas vocabatur; ipsique XLIV. omnes omnino anni [4] adscribuntur: erat enim rex et jampridem, antequam Macedoniam obtinuisset, antea scilicet annis integris X. Rex ergo [5] renunciatus fuit (privatus) secundo anno CXXIII. Olympiadis: Macedonum vero (rex) anno primo CXXVI. Olympiadis. Hic est, qui Graeciam per vim sibi subjectam fecit; vixitque LXXXIII. omnino annis; Olympiadis autem CXXXV. anno primo mortuus est «.

» Cui filius ejus Demetrius successit, quin etiam universam Libyam cepit, et Cyrenem obtinuit; quaeque erant patris cuncta recuperans, ea in monarchicam potestatem redegit, dominatusque est annis X: quandam autem ex captivis uxorem duxit, quam appellavit Aureolam [6]. Philippum itaque ex ea uxore filium habuit; illum inquam, qui primus cum Romanis

προστὰς τῶν πραγμάτων ἀποθνήσκει. καὶ γίνεται ἀναρχία Μακεδόσι, διὰ τὸ τοὺς περὶ Αντίπατρον, καὶ Πτολεμαῖον, καὶ Αριδαῖον ἀντιποιεῖσθαι μὲν τῶν πραγμάτων, ὁλοσχερῶς δὲ μηδένα προστῆναι. Απὸ δὴ τοῦ Πτολεμαίου, ἐπὶ τὸ τέλος τῆς ἀναρχίας, τοῦτ' ἔστιν, ἀπὸ ρκδ'. Ολυμπιάδος ἔτους τετάρτου, ἄχρι τῆς ρκς'. Πτολεμαίου μὲν τοῦ Κεραυνοῦ ἐνιαυτὸν καὶ μῆνας ε'. ἄρξαντος, Μελεάγρου δὲ μῆνας β'. Αντιπάτρου δὲ ἡμέρας μέ. Σωσθένους δὲ ἔτη β'. καὶ τοῦ λοιποῦ χρόνου εἰς ἀναρχίαν λογισθέντος.

Τοῦ δ' Αντιπάτρου τοῖς πράγμασιν ἐπιβουλεύοντος, Αντίγονος ὁ Δημητρίου τοῦ πολιορκητοῦ, καὶ Φίλας τῆς Αντιπάτρου θυγατρὸς υἱὸς μεταποιεῖται τῆς ἀρχῆς, ὃς ἐν Γόνοις τῆς Θετταλίας γενόμενός τε καὶ τραφεὶς Γονάτας ἐπεκαλεῖτο. Λογίζεται δὲ αὐτῷ τὰ πάντα ἔτη (τῆς βασιλείας) τέσσαρα καὶ τεσσαράκοντα. ἦν γὰρ βασιλεὺς καὶ πρὶν τῆς Μακεδονίας κρατῆσαι, ὅλοις ἔτεσι δέκα πρότερον. (...) Οὗτός ἐστιν ὁ τὴν Ελλάδα ἐγκρατῶς χειρωσάμενος, καὶ βιοῖ μὲν τὰ πάντα ἔτη τρία καὶ ὀγδοήκοντα. τελευτᾷ δὲ τῆς ρλέ. Ολυμπιάδος ἔτει πρώτῳ.

Ὃν διαδέχεται υἱὸς Δημήτριος, ὃς καὶ πᾶσαν τὴν Λιβύην ἔλαβε, Κυρήνης τε ἐκράτησε, (...) καὶ κατέσχεν ἐτῶν δέκα. Γήμας δέ τινα τῶν αἰχμαλώτων, καὶ Χρυσηΐδα προσειπών, Φίλιππον ἐξ αὐτῆς ἔσχεν τὸν πρῶτον πολεμήσαντα Ρωμαίοις, καὶ κακῶν αἴτιον Μακεδόσι γενόμενον. Φίλιππον μὲν οὖν ὀρφανευόμενον ἐπετρόπευεν Αντίγονος ἕτερος ἐκ τοῦ βασιλείου γένους, ᾧ Φοῦσκος ἐπώ-

ntuntur etiam nonnulli Latinorum, dicentes *Etesiae* (*venti*), alii expresse, *venti anniversarii*. Interp. Arm. primo loco vocem ipsam reddens *տարեւոր*, secundo vel ipsum sensum exposuit, dicens *տարեւոր հողմք*.

1 Haec periodus in Gr. copulatur cum praecedenti, non ratione consequentiae, sed potius causae, ita ut pro *propterea*, legendum sit *eo quod*, sive *propter sequentem rationem*; nam tota subsequens perioche pendet a praepositione διά, *ob*, *propter*. Et quidem nostra quoque lectio suo gaudet sensu, sinceroque loquendi modo, tamen experti sumus non semel usurpari ab Interp. Arm. *զի վասն որոյ*, pro *վասն այն՝ զի*, ecu *քանզի*.

2 'Ի պտղոմեանց, suadet legendum in Gr. ἀπὸ δὲ τῶν περὶ Πτολεμαῖον, vel eo sensu accipiendum alterum ἀπὸ δὲ τοῦ Πτολεμαίου, quasi *a Ptolemaeanis*, sive *a Ptolemaeo cum sociis suis*.

3 Hic quoque in Arm. pro Κεραυνοῦ, *Fulminis*, (quod cognomen fuit Ptolemaei,) legitur *բարկութեան*, *Irae*, aut *acerbitatis*; verum alibi semper etiam in Arm. ponitur vox Graeca *կերաունս*, *Ceraunus*.

4 Gr. amplius fert ἔτη τῆς βασιλείας, *anni regni*, quod et in nostra lectione subauditur, vel potius subaudiendum est.

5 Sequentia iterum praetermisit Anon. in Gr. usque ad οὗτός ἐστιν, *Hic est*, Syncelli fortasse vestigio aliquantum adhaerens, qui omnino in compendium haec redegit. Ubi obiter nota apud Sync. legi pro privato Antigoni regno, ἔτη ιβ'. βασιλεύσας. *annis* XII. *regnans*, mendosè nempe repetita litera β, ex qua sequens vox incipit; alioquin tam Arm. quam Gr. apud Anonym. legerunt tantum ι'. seu δέκα. J. x.

6 Gr. nomen χρυσηΐδα exposuit Interp. Arm. accurate per vocem *սակեակ*. siquidem utraque *Auream*, *aureolam*, vel *aurei coloris* sonat.

պատձառք եղև մակեդոնացւոց։ Եւ զփիղիպպոս այնուհետև որք մնացեալ՝ փոքրիկք ոտիկանութեամբ ումն յազգէ Թագաւորութեանն, որոմ փուսկոս էր անուն յորջորջեալ նաց։ Լրդալ գտեալ յոստիկանութեանն զփուսկոս տեսանէին, արա բին Թագաւոր. և խօսէցան նմա կին զոսկեային. և նա զորդիան՝ որ եղեն յոսկեկայն՝ չնուցանէր. զի զիշխա նութիւնն անխարդախ փիղիպպեայ պահիցէ. յոր ած իսկ հասոյց, և մե ռանէր։

Վեռանէր և դեմետրիոս, որոյ անունն յորջորջանաց գեղեցիկ կո չէր, ի Ձորդի երեսներորդի ոգոմ պիտգին յերկրորդում ամին։ Ար գաւորութիւնն այնուհետև ի փի ղիպոս հասանէր. որոյ ոտիկան չան ձանձիչ յառաջագոյն յիշատակեալն անտիգոնոս էր. վախճանեցաւ ի Ձոր դի երեսներորդի հինգերորդի ոգոմ պիտգին ի չորրորդում ամին։ ընդ ոտիկանութեամբ զերկոտասան ամ և եկեաց ընդ ամենայն ամս խգ։ Իսկ փիղիպպոս առանց ոտիկանի ի Ձորդի քառասներորդի ոգոմնկրա գէն սկսաւ տիրել. և Թագաւորեաց ընդ ամենայն ամս խգ. և վախճա ներ յերկրորդ ամի Ձորդի յհսներոր դի (Ինէրդէ) ոգոմպիտգին. կեցեալ ընդ ամենայն ամս ծգ։

Իսկ պերսեւս որդի փիղիպպեայ զդեմետրոս զեղբայր իւր սպանանէր. և Թագաւորէ ամս Ը, և ամիսս ութ։ Վանդի ի Ձորդում յհսներորդում յերկրորդում ոգոմնկրագին չորրորդ ամին՝ զեւկիպպոս և ակիղեոս զմանկ դունացւոց պիտգանեայ զկողմնանն ա ւուին սասակ։ Պերսեւս ի սամոթ Թրակ անկանէր փախստական. և ապա ինքնակամ իսկ մնանեաց զանձն ի ձեռս պատերազմողաց։ Եւ անտի ի Վ.զդի փոխեալ՝ կայր ընդ պահ պանութեամբ. և յետ հինգ ամի վախճանէր։ Վակեդոնացւոց իրք առնուաւ վախճանեցան։

Եւ յայնժամ զնոսա Հռովմայեցիք

bellum gessit, malorumque Macedonibus in causa fuit. Philippum itaque, qui pupillus remansit, procurabat protectoris more [1] quidam regio genere, cognomento Phuscus. Quum vero justum in procuratione Phuscum vidissent, regem eum crearunt; uxoremque ipsi Aureolam desponderunt: ipse vero filios, qui ex Aureola nati fuerunt, vix educabat, ut imperium sine perfidia Philippo conservaret, ad quod quidem (eum) deduxit, et (ipse) mortuus est [2] «.

» Obiit etiam Demetrius cognomento Pulcher, anno c. tricesimae Olympiadis secundo. Regnum deinceps ad Philippum pervenit, cujus Procurator ac tutor antea memoratus Antigonus erat, (qui) centesimae tricesimae nonae Olympiadis anno quarto defunctus est, in procuratoris munere annos agens duodecim: omnino autem vixit annos XLII. Philippus vero sine Procuratore coepit regnare, a centesima quadragesima Olympiade; regnavitque annis integris XLII: secundo autem anno centesimae [3] quinquagesimae (nonae) Olympiadis obiit; cum omnino vixisset annos LVIII «.

» Verum Perseus filius Philippi Demetrium fratrem suum (...) interfecit [4], regnavitque annis X. et mensibus octo. Etenim centesimae quinquagesimae secundae Olympiadis anno quarto Leucippus et Acilius [5] Macedonum Pydaniae partes valide ceperunt. Perseus ergo in Samothracen fuga se recepit, ac deinde sponte quidem semetipsum [6] bellatorum manibus tradidit. Inde vero Albam translatus, sub custodia fuit, et post quinque annos obiit. Macedonum itaque res sub eo finem habuerunt «.

» Tunc autem Romani, ut illi suis

νυμον ἦν. δίκαιον δὲ Φοῦσκον εἰς τὴν ἐπιτροπὴν ὁρῶντες (οἱ Μακεδόνες) ἐστήσαντο βασιλεύειν, καὶ τὴν Χρυσηΐδα αὐτῷ ἥρμοσαν. ὁ δὲ παίδων γενομένων ἐκ τῆς Χρυσηΐδος οὐκ ἀνεθρέψατο, τὴν ἀρχὴν τῷ Φιλίππῳ παρασώζων, ᾧ δὴ καὶ παρέδωκεν ἀποθνήσκων.

(...) ἐπιτροπεύσας μὲν ἐπ' ἔτη ιβ'. ζήσας δὲ πάντα ἔτη μβ'. ὁ δὲ τοῦ Δημητρίου υἱός, ὃν οἱ Μακεδόνες καλὸν ἐπωνόμαζον, χωρὶς τοῦ ἐπιτρόπου ἀπὸ τῆς ρμ'. Ολυμπιάδος ἄρχειν ἤρξατο. καὶ ἐβασίλευσεν ἔτεσιν ὅλοις δύο καὶ μ'. τελευτᾷ δὲ δευτέρῳ ἔτει τῆς ρνθ'. Ολυμπιάδος. νή, τὰ ὅλα βιοὺς ἔτη.

Περσεὺς δὲ υἱὸς τοῦ Φιλίππου Δημητρίου τὸν ἀδελφὸν (ταῖς πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ διαβολαῖς) ἀποκτείνας, βασιλεύει ἔτεσι δέκα, καὶ μησὶν ὀκτώ. ἐπὶ γὰρ τῆς ρνβ'. Ολυμπιάδος τοῦ τετάρτου ἔτους Λεύκιος Αιμίλιος πρὸς τοὺς Μακεδόνας *περὶ τὴν Πύδναν εἶλε κατὰ κράτος. Περσεὺς δὲ εἰς τὴν Σαμοθράκην ἔφευγεν. εἶτα ἑκουσίως παρέδωκεν ἑαυτὸν (δέσμιον) τοῖς πολεμίοις, κἀκεῖθεν εἰς Αλβῖνα μετατεθείς, καὶ τηρούμενος, μετὰ πέντε ἔτη τελευτᾷ. Τὰ δὴ τῶν Μακεδόνων ἐπὶ τούτου κατελύθη.

Καὶ αὐτοὺς Ρωμαῖοι τότε αὐτονόμους

1 Ubi Gr. nunc habet ἐπιτρόπευεν Αντίγονος ἕτερος, sc. *procurabat Antigonus alter*, in apographo nostro fuit certo certius separatim ἀντὶ γονέως, sc. *vice parentis*, seu *parentis loco*, atque eo sensu usurpatum ab Interprete nostro τὸ ոսոիկանութեան, sicut et alibi ponitur pro ἐπιτροπή, id est *curatio, tutela*. Quod si dicatur hic quoque pro unico verbo ἐπιτρόπευεν reposita esse gemina vocabula փոքրիկք ոսոիկանութեամբ, certum etiam est Antigoni nomen defuisse; quod tamen inferius supponitur quasi hic memoratum. Deest etiam οἱ Μακεδόνες in nostra lectione, quod facile subauditur.

2 Hic omnino mancus atque praeposterus invenitur Gr. textus; sic itaque digeres et supplebis ad normam Eusebii nostri, ᾧ δὴ καὶ παρέδωκεν, καὶ ἀποθνήσκει. Ἀποθνήσκει ὁ δὲ τοῦ Δημητρίου υἱός, (noster, καὶ Δημήτριος) ὃν οἱ Μακεδόνες Καλὸν ἐπωνόμαζον (.... multa interim desunt, quibus haec subjungenda) ἐπιτροπεύσας μὲν ἐπ' ἔτη ιβ'. ζήσας δὲ πάντα ἔτη μβ'. (Adjice. Φίλιππος δὲ) χωρὶς τοῦ ἐπιτρόπου ἀπὸ τῆς ρμ'. Ολυμπιάδος etc. dehinc recte conveniunt sequentia. Alioquin, si eo modo, qui satis Scaligero fecit, conservabis Gr. lectionem, planè confusum et diversum elicias sensum, ita ut unius regis anni pro altero, ac vicissim hujus gesta pro alterius gestis, idque haud integrè, intelligantur.

3 Non aliter legitur in Gr. δευτέρῳ ἔτει τῆς ρνδ'. Ολυμπιάδος. Sed redundat ultimus numerus քններդ. δ'. IX. in utraque lectione. Mendum corrigit Scal. sed altero vitio, dicens, in adnot. 430. ad 63. 46. » Mendose. Legendum, ρμ'. Ολυμπιάδος «: ubi reponendum ρν'.

4 Amplius haec habentur in Gr. apud Anon. » insidiis erga patrem suum «. Verum pro Δημητρίου. Arm. Interp. legit Δυμητρίου.

5 Anon. absque conjunctione unum et idem facit duo nomina, eaque legit, *Leucius Aemilius*. Scaliger paulo inferius asteriscum notavit, eo quod obscurum vidit Gr. textum. Sed genuina lectio facile dijudicari potest per Eusebium nostrum.

6 Additur apud Anon. in Gr. δέσμιον, sc. *vinctum*, seu *ligatum*.

ինքնօրէնս աղեկամիս թողին. քանզի պատիւ սրտարեալ մեծարէին զմեծաշուք փառս և զյաղթ իշխանութիւնն մակեդոնացւոց։

Յամին իննուճերորդի, որ ՟Ա որդի յիսնեւերորդի Է երորդի ողոմպիա դին երրորդ ամին կշռի, անդրիսկոս ոմն զանձն սուտ որդի պերսևսի առնուանեաց, և փոխեաց իւր անուն փիղիպոս. վասն որոյ և սուտ փիղիպոս կոչէր։ Տիրեր մակեդոնացւոց, զթրակացիս առեալ ընդ իւր զօրս վիճի։ Իբրև զտարի մի կալաւ, ՚ի Հակատուէ փախստական լինէր ՚ի Թրակացիս. մատնեալ ՚ի նոցանէ՝ առաքէր կապեալ ՚ի Հռոմ։

Հռոմայեցւոց անկոնեալ զմնացեալսն վասն սուտ փիլիպոսին օգնական լինելոյ՝ Հարկատուս առնէին, ՚ի չորրորդ ամի Ա որդի յիսնեւորդի Է երորդի ողոմպիադին։ Ա՛ւ լինին յետ աղէքսանդրի ողոմպիադք թագաւորեալ մակեդոնացւոց՝ մինչև ցվախճան Հարկատուս լինելոյ, և ցըՀռոմայեցւոց իշխանութիւնն, ՚ի Ա որդի չորեքտասաներորդի ողոմպիադին երկրորդի ամին՝ մինչև ՚ց Ա որդի յիսնեւորդ Է երորդ ողոմպիադ ամին չորրորդի, ընդ ամենայն խԷ ողոմ պիադք, և ամք երկու. և ընդ քնաւ ամք ՌՀԳ։

legibus ad libitum [1] viverent, permiserunt; namque honorifice verebantur maxime decoratam gloriam, magnificamque potestatem Macedonum ».

» Anno vero decimonono, qui CLVII. Olympiadis anno tertio quadrat, Andriscus quidam semetipsum Persei filium falso appellavit, nomenque mutatum sibi adscivit Philippum, ideoque Pseudo-Philippus dictitabatur. Potitus est ergo is Macedonum, Thracibus subsidio sibi conciliatis. Quum vero anno uno tenuisset, acie victus fuga petiit in Thracas; ab ipsis (tamen) proditus, vinctus Romam missus est ».

» Romani (itaque) despectis Macedonibus, eo quod Pseudo-Philippo auxilio fuissent, tributarios eos effecerunt, anno quarto CLVII. Olympiadis. Efficiuntur autem post Alexandrum [2] Olympiades regni Macedonum, usque ad finem, quo tributarii facti sunt, ad Romanorumque imperium, a centesimae decimae quartae (nempe) Olympiadis anno secundo, usque ad centesimae quinquagesimae septimae Olympiadis annum quartum, omnes Olympiades XLIII. et anni duo: omnino autem anni CLXXIV [3].

ἀφῆκαν αἰδούμενοι δόξαν ἀγαθὴν, καὶ μέγεθος ἀρχῆς τῆς Μακεδόνων.

Ἔτει δὲ ἐννεακαιδεκάτῳ ἐπὶ τῆς ρνζ' Ολυμπιάδος, εἰς ἔτος τρίτον, Ανδρίσκος τὶς υἱὸν ἑαυτὸν ψευσάμενος εἶναι Περσέως, καὶ Φίλιππον ἑαυτὸν μετονομάσας, παὸ ὃ καὶ Ψευδοφίλιππος ἐκαλεῖτο, κρατεῖ Μακεδονίας, Θρᾷκας λαβὼν συμμάχους. ἐνιαυτὸν δὲ κρατήσας, ἐκ παρατάξεως μὲν φεύγει εἰς τοὺς Θρᾷκας, ἔκδοτος δὲ παὸ ἐκείνων δοθεὶς ἀναπέμπεται δέσμιος εἰς τὴν Ρώμην.

Ρωμαῖοι δὲ Μακεδόνας ἀχαρίστους γενομένους, διὰ τὸ συλλαβέσθαι τῷ Ψευδοφιλίππῳ, ὑποφόρους ἐποίησαν, ἔτει τετάρτῳ τῆς ρνζ' Ολυμπιάδος. Γίνονται οὖν μετὰ Αλέξανδρον (τὸν μέγαν) (...) ἀπὸ τῆς ριὸ'. Ολυμπιάδος ἔτους δευτέρου, ἄχρι τῆς ρνζ'. τετάρτου ἔτους, ἐν ᾧ κατεδουλώθησαν Μακεδόνες, τὰ πάντα ἔτη ροδ'. ἔτους τῆς Μακεδονικῆς βασιλείας ροδ'...

Ա՛ւ լինին յետ աղէքսանդրի էջղէոպեայ՝ ԹագաւորՀ Մակեդոնացւոց՝ այսոքիկ։

Fuerunt autem post Alexandrum Philippi (filium) reges Macedonum isti.

ԻԱ.	Արիդէոս՝ որ և փիլիպոս, ամն Է։	I.	Aridaeus, qui et Philippus, annis VII.	Αριδαῖος ὁ καὶ Φίλιππος ἔτη ζ'.
Իբ.	Կասանդրոս, ամն ԹՏ։	II.	Cassander, annis XIX.	Κάσσανδρος ἔτη ιθ'.
Իգ.	Կասանդրի որդիքն, ամն Գ, և ամիսս Ը։	III.	Cassandri filii, annis III. et mensibus VI.	Κασσάνδρου παῖδες ἔτη γ', μῆνας ς'.
Իդ.	Դեմետրոս պաշարիչ, ամն Ը։	IV.	Demetrius Obsessor, annis VI.	Δημήτριος ὁ πολιορκητὴς ἔτη ς'.
Իե.	Պիւռոս, ամիսս Է։	V.	Pyrrhus, mensibus VII [4].	Πύῤῥος μῆνας ς'.
Իզ.	Լիւսիմաքոս, ամն Ե, և ամիսս Ե։	VI.	Lysimachus, annis V. et mensibus V.	Λυσίμαχος ἔτη ε', μῆνας ε.
Իէ.	Պտղոմէոս՝ որ և կերաւնոս, ամ մի, և ամիսս Ե։	VII.	Ptolemaeus, qui et Ceraunus, anno I. et mensibus V.	Πτολεμαῖος ὁ Κεραυνὸς ἔτος α'. μῆνας ε'.
Իը.	Մելէագրոս, ամիսս Բ։	VIII.	Meleager, mensibus II.	Μελέαγρος (ἔτος α'.) μῆνας β'.
Իթ.	Անտիպատրոս Լիւսիմաքոսի, աւուրս խե։	IX.	Antipater Lysimachi (filius), diebus XLV.	Αντίπατρος Λυσιμάχου (ἔτος α'.) ἡμέρας με'.

1 Gr. vox αὐτονόμος iisdem syllabis respondet Arm. ինքնօրէն adjectivè sumpta, quum utraque sonet, *suae legis, sui juris*, vel *propriis legibus*; sicut etiam in abstracto vox αὐτονομία, quae passim occurrit in sequentibus, exprimitur *libertas vivendi propriis legibus*. Verum Arm. Interp. ut rem magis explicet, jugiter adjungit voci ինքնօրէն, alteram quoque antiquam vocem ազիկամ, vel ազիկամաւէթիւն, quae cum sit composita a vocabulo կամք, *voluntas*, idem videtur designare, quod ինքնօրէն, vel ինքնօրէնաւէթիւն. sc. ratio vivendi *ad suum libitum, arbitrium, beneplacitum*, vel potius *ad suam commodissimam immunitatem*. Hunc locum transcripsit ab Eusebio nostro Samuel Arm. Chronographus, cum additamento, explicationis gratia, hoc modo ՝ Եհետ ապրեցան պերսևսի Հռոմայեցիքն զմակեդոնացիան ազատ արարին՝ ինքնօրէն ազիկամս թողին ամն ԺԳ ‖. hoc est, » Post interitum Persei, Romani libertate donarunt Macedonas, suo jure ad arbitrium vivere eos permittentes, annis XIV ».

2 Redundat apud Anon. τὸν μέγαν, *Magnum*: dehinc vero desiderantur sequentia, aut praepostere collocantur, ut patet e regione.

3 Hic itaque desinit Porphyrii locus; quem excipit Eusebius noster, in summam ejusdem calculum redacturus suo more laterculi modo. Anonymus praetermisit sequentem inscriptionem servato tamen laterculo.

4 Mendose apud Anon. ς'. VI. repetitur superior numerus Demetrii, pro ζ'. VII. ut constanter fert etiam Sync. p. 215. cum Canone, ad normam Porphyrii supra laudati. Idem dixeris de Meleagri tempore, quod omnes redigunt in menses II. μῆνας β'. ubi Anon. praefigit adhuc ἔτος α'. *annum I.* a praecedenti nimirum linea mutuatus; itidem redundat apud ipsum ἔτος α'. pro Antipatro.

Ժ. Սոսթենէս, ամն Բ։	x. Sosthenes, annis II.	Σωσθένης ἔτη β'.
ԺԱ. Ի. ՆահընշուԹեանն, ամն Բ։	xi. Anarchiae (sc. interregni) anni II[1].	Ἀναρχίας ἔτος α'. μῆνας β'.
ԺԲ. Ի. Նտիգոնոս գոնատաս, ամն ԼԳ։	xii. Antigonus Gonatas, annis XXXIII.	Ἀντίγονος ὁ Γονάτας ἔτη λδ'.
ԺԳ. Դէմէտրիոս, ամն Ժ։	xiii. Demetrius, annis X.	Δημήτριος (ὁ καλὸς) ἔτη ι'.
ԺԴ. Ի. Նտիգոնոս փուսկոս, ամն ԺԲ։	xiv. Antigonus Phuscus, annis XII.	Ἀντίγονος ὁ Φοῦσκος ἔτη ιβ'.
ԺԵ. Փիղիպպոս, ամն ԽԲ։	xv. Philippus, annis XLII.	Φίλιππος ἔτη μβ'.
ԺԶ. Պերսեւս, ամն Ը, և ամիսս Ը։	xvi. Perseus, annis X. et mensibus VIII.	Περσεὺς ἔτη ι'. μῆνας η'.
ԺԷ. Ընքնօրէն աղէկամուԹեանն, ամք ԺԹ։	xvii. Libertatis, vivendi suis legibus, anni XIX.	Αὐτονομίας ἔτη ιθ'.
ԺԸ. Սուտ փիղիպոս; ամ ա։	xviii. Pseudo-Philippus, anno I[3].	Ψευδοφίλιππος ἔτος α'.
Յետ որոց Հռոմայեցիք։	Post quos Romani.	(....)

Մակեդոնացւոց թագաւորք։

Thessalorum Reges.

Մակեդոնացւոց և եպիրացւոցն միևնոյն ցրաղումն ժամանակս նոյնք տիրեին՝ որք և մակեդոնացւոց. և առին ի հռոմայեցւոց զինքնօրէն աղէկամուԹիւն։ Յետ մատնելոյ ի պարտուԹիւն փիղիպպեայ ի Թետա ղևս ի տիտոսէ հռոմայեցւոց զօրավարէ, յետոյ և նոքա ևս ընդ հարկօք հռոմայեցւոց լինէին վասն նոցին իրաց՝ յաղագս որոց և մակեդոնացիք։ Ի ձանղի դարձեալ և սոցա յետ աղէքսանդրի՝ արիդէոս, որ և փիղիպպոս, տիրէ ամն Է։ Օ որ փոխանակ կէ կասանդրոս. և Թագաւորէ էպիրացւոցն և Թետաղացւոց ամն ԹԴ։ Յետ որոյ փիղիպոս նորին որդի ամս չորս։ Ի. պա և եղբարք նորին անտիպատրոս և աղէքսանդրոս ամն Բ. և ամիսս վեց։ Իսկ և դէմէտրոս անտիպատրեայ ամն Ջ, և ամիսս Ջ։ Յետ որոյ պիւռոս ամն Է, և ամիսս Է։ Ի. ասպա լիսիմաքոս ագաԹոկղեայ ամն Ջ։ Իսկ և պտղոմէոս՝ որ կոչեցաւն կերաւնոս՝ զտարի մի և ամիսս Ե։ Ի. պա և մէղեագրոս ամիսս Բ։ Յետ որոյ անտիպատրոս լիսիմաքեայ աւուրս խԵ։ Յետ որոյ սոս Թենէս ամ ա։ Ի. պա անտէրնչուԹեանն զերկեամ և ամիսս Բ։ Ի. պա և անտիգոնոս դէմէտրեայ ամն ԼԷ. և ամիսս Բ։

Ի. պա առ սոցին ամէն պիւռոս ած զզօրսն անտիգոնեայ, և սակաւ ինչ վայրաց տիրեաց. ի կռուի ի պարտուԹիւն մատնեալ դերդեայ ի դէմէտրեայ որդւոյ անտիգոնեայ. և յիւրացն և նա լուծանէր։ Ի. յետ սակաւ ինչ ժամանակի անտիգոնեայ մեռանելոյ՝ Թագաւորէր նորին որդի

Thessaliae et Epiro multo tempore iidem ipsi, qui et Macedoniae, dominati sunt; acceperuntque item libertatem a Romanis propriis legibus uti ad libitum. Postquam [3] Philippus a Tito Romanorum duce in Thessalia debellatus fuit, tum demum ipsi etiam eadem, qua Macedones, causa Romanorum tributarii facti sunt. Siquidem his quoque post Alexandrum Aridaeus, qui et Philippus, dominatur annis VII. Quem Cassander excipit, imperatque Epiro et Thessaliae annis XIX. Post quem Philippus ejus filius annis (lege, mensibus) quatuor [4]. Deinde et fratres ejus Antipater et Alexander annis II. et mensibus VI. Atque etiam Demetrius Antipatri (filius) annis VI. et mensibus VI. Post quem Pyrrhus annis IV. et mensibus IV. Postea Lysimachus Agathoclis (filius) annis VI. Nec non Ptolemaeus, qui Ceraunus dictus est, anno uno, et mensibus V. Deinde et Meleager mensibus II. Post quem Antipater Lysimachi (filius) diebus XLV. Post hunc Sosthenes anno I. Deinde Anarchia per biennium et menses II. Postea Antigonus Demetrii (filius) annis XXXIV, et mensibus II.

Dein vero sub horum annis Pyrrhus assumpto Antigoni exercitu, paucis quibusdam locis dominatus est. Praelio autem victus Derdiae a Demetrio Antigoni filio, rebus quoque (publicis) privatur. Et post breve tempus Antigono mortuo, regnavit ejus filius Demetrius annis X. Post quem Anti-

1 Iterum deviat Anon. legens ἔτος α'. μῆνας β'. *annum I. menses II.* Sed nobiscum facit Sync. p. 216. ἔτη β'. *annos II.* Si placet, praeter duos annos admitte et duos menses, ad normam videlicet alterius catalogi in serie regum Thessaliae.

2 Hic finem habet Anonymi fragmentum hucusque ex Scaligero transcriptum. Unde is alio se vertit extra propositum.

3 Haec periocha aequè potest in Arm. lectione connecti tam cum antecedentibus, quam cum subsequentibus verbis.

4 Hic certe erratum est, cùm pro *amsun*, *amn* amanuensis errore scriptum fuit; magna enim affinitas est inter se invicem.

(Locus Graeci textus)

գնմ արիոս ամն ՃԻ։ Յետ որոյ անմիջանօս գնմդրեայ, որ 'ի կիւբռնն չոգաւ, և աղիմնեայ գաւեր պաւղիկղիտեայ զարիսացւոյ ամն Թ։ Լքայեցւոց զօրավիդն և Թիկունք լինէր. և 'ի կռուին յաղթէր կղմնդեայ զակեգեմոնացւոց բռնաւորին. ազատէր 'զսպարտս, և Հանգոյն դից յաքայեցւոց աղգէն պատուի արժանի լինէր։

Յետ որոյ փիլիպոս գնմդրեայ Թագաւորեաց ամն իդ. և ամիս Թ։ 'ի պարտաւթիւն մնանեալ 'ի Թիտոսէ հռոմայեցւոց զօրավարէ։ Այլ Թեսաղացիք առին 'ի հռոմայեցւոց զաշխարհին ինքնօրէն ազիկամնւթիւն։ Ազգսպէս և այլք 'ի յունաց՝ որ էին հարկատուք փիլիպեայ։ Ա առաջին ամն անիշխանութեան էր 'ի Թեսաղիա։ Այլ յետոյ զօրավարք տարեւորք 'ի բազմութենէն ընտրէին։

Նա նախ ընտրեցաւ պաւսանիաս էքէկրատեայ փերեցի։ Լպա ամին տաս կրատեայ պիէրացի. առ որոյ սիտոս դարձաւ անդրէն 'ի հռոմ։ Լպա էակիդէս կաղղեայ մետրոպաւղիտացի։ Լպա էպիդրոմոս անդրոմաքեայ զարիսացի ամիս ը. և զնա յորդս տաբէոն եւնոմոս պողիկղեան զարիսացի ամիս է։ Վարձեալ եւնոմոս ամ ա։ Լպա էակիդէս կաղղեայ մետրոպողիտացի զերկրորդ ամն։ Լպա պրաւիղոս փաքսեայ կուտաւսեցի։ Լպա եւնոմոս պաւղիկղիտեայ զարիսացի զերկրորդ ամն։ Լպա անդրոսթենէս իտալէայ գորտոնացի։ Լպա Թրասիմաքոս աղէքսանդրի ատրագացի։ Լպա զաւռնտեմենէս դամնԹոնեայ փերեցի։ Լպա պաւսանիաս դամնԹոնեայ։ Լպա Թէոդորոս աղէքսանդրի արգացի։ Լպա նիկոկրատէս փաքսինայ կոտունեցի։ Լպա իպոլոքոս աղէքսիպայ զարիսացի։ Յետ որոյ կղէոմնեքիդէս էնեայ զարիսացի։ Լպա փիւբինոս արիստոմենեայ գումիեցի։ Յորում ամի փիլիպպոս արքայ վախճանեցաւ 'ի մակեդոնիա. և ետ զԹագաւորութիւնն որդւոյ իւրում պերսեայ։ Նա Թեսաղացւոց Թագաւորեաց՝ որպէս և ասացաք իսկ, ամն ՃԸ. և ամիս. Թ։ և մակեդոնացւոց ընդ ամենայն ամն խԲ. և ամիս Թ։ 'ի ՃորդԷ չորեքտասաներորդէ ոլոմպիադին երկրորդի ամին. 'ի ժամանակին՝ յորում առ յանձն փիլիպպոս

gonus Demetrii, qui Cyrenem profectus est, et Olympiadis filiae Polycleti Larissaei (filius) annis IX. Hic Achaeis auxilio atque subsidio fuit, et in certamine superat Clemenetem Lacedaemoniorum tyrannum, et Spartanos liberat: atque adeo a gente Achaeorum Deorum instar honorem sibi conciliare meruit.

Post quem Philippus Demetrii (filius) regnavit annis XXIII. et mensibus IX. Quin etiam in Thessalia a Tito Romanorum duce debellatus in acie fuit. Thessali vero, sicut alii quoque Graecorum, qui Philippi tributarii fuerant, acceperunt a Romanis libertatem, ut suis legibus viverent. Et quidem primo anno Anarchiam patitur Thessalia; deinde vero Duces annui ex multitudine eligebantur.

Primus ergo electus fuit Pausanias Echecrati (filius) Pherensis. Deinde Amyntas Cratis (filius) Pierensis; cujus diebus Titus iterum Romam reversus est. Postea Eacides Callae (filius) Metropolitanus. Dein Epidromus, Andromachi (filius) Larissaeus, mensibus VIII. reliquo vero anni spatio Eunomus Polyclitis (filius) [1] Larissaeus, mensibus IV. Rursum Eunomus anno I. Postea Eacides Callae (filius) Metropolitanus anno secundo. Postea Pravilus Phaxae (filius) Cutusaeus. Dein Eunomus Polyclitis (filius) Larissaeus, anno secundo. Deinde Androsthenes Italae (filius) Gortonaeus. Dehinc Trasimachus Alexandri (filius) Atraganus. Deinde Laontomenes Damathonis (filius) Pherensis. Eximde Pausanias Damothonis (filius). Deinceps Theodorus Alexandri (filius) Argivus. Postea Nicocrates Phaxinae (filius) Cotunensis. Deinde Ippolochus Alexippi (filius) Larissaeus. Post quem Cleomachides Aenei (filius) Larissaeus. Dein Phyrinus Aristomenis (filius) Gumphicus. Quo anno Philippus rex in Macedonia obiit, Perseoque filio suo regnum tradidit; quin etiam (sc. Philippus) Thessalis, ut dictum quidem est, imperavit annis III [2]. et mensibus IX. Macedonibus autem omnino, annis XLII. et mensibus IX. A centesimae decimae quartae Olympiadis anno secundo, quo tempore

1 Nominativum պողիկղեաւ accipe pro genitivo casu պողիկղեաւայ, aut պողիկղեաէ. ut patet ex aliis Eusebii locis habentibus եւնոմոս պողիկղեաեայ, vel tantum եւնոմոս. alioquin novum augeretur nomen in serie principum, quod facile animadverti potest.

2 In serie regum Thessaliae habentur anni XXIII. quod est rectius. Menses autem IX. qui adduntur in summa regni Macedonum, vix memorantur in serie regum; ex tempore ergo regum Thessaliae huc translati sunt, nisi ex praecedenti rege librarii vitio desumpti iterum fuerint.

զկրան , մինչև ցփիլիպպոսի դեմետրեայ վախճանն . որ կշռի Ճորդի յհանեբորդի ոգոմնիսադին յերկրորդումի , և ՚ի Ե երորդումի ամենեան : Եւ լինին ամք ՃԽԹ . և ամիսք Ե :

Philippus (Aridaeus) suscepit res (sc. publicas regni) usque ad Philippi Demetrii (filii) obitum; quod quadrat centesimae quinquagesimae Olympiadis anno secundo, mensique quinto, efficiuntur sane anni CXLIV. et menses V.

Ա՚նդամայն ՚ի թեսաղացւոց թագաւորք :

Cuncti reges Thessalorum.

ա . Ա՚րիդէոս՝ որ և փիլիպպոս , ամն Է :
բ . Կասանդրոս , ամն ԺԹ :
գ . Փիղիպպոս , ամիսս Դ :
դ . Ա՚նտիգոնոս և աղէքսանդրոս , ամն Բ . և ամիսս Զ :
ե . Դ՚եմետրոս , ամն Ջ . և ամիսս Զ :
զ . Պիւռոս , ամն Դ . և ամիսս Դ :
է . Լ՚ուսիմաքոս , ամն Զ :
ը . Պտղոմէոս՝ որ և կէրաւնոս , ամն ա . և ամիսս Է :
թ . Մ՚էղէագրոս , ամիսս Բ :
Ժ . Ա՚նտիպատրոս , աւուրս խե :
ԺԱ . Ա՚ոսթենէս , ամ ա :
ԺԲ . Ա՚նարքիայն , ամք Բ . և ամիսք Բ :
ԺԳ . Ա՚նտիգոնոս , ամն լգ . և ամիսս Բ :
ԺԴ . Դ՚եմետրոս , ամն Ժ :
ԺԵ . Ա՚նտիգոնոս , ամն Թ :
ԺԶ . Փիղիպպոս , ամն իգ . և ամիսս Թ :

I. Aridaeus, qui et Philippus, annis VII.
II. Cassander, annis XIX.
III. Philippus, mensibus IV.
IV. Antigonus, et Alexander, annis II. et mensibus VI.
V. Demetrius, annis VI. et mensibus VI.
VI. Pyrrhus, annis III. et mensibus IV.
VII. Lysimachus, annis VI.
VIII. Ptolemaeus, qui et Ceraunus, anno I. et mensibus V.
IX. Meleager, mensibus II.
X. Antipater, diebus XLV.
XI. Sosthenes, anno I.
XII[1]. Anarchiae (sive interregni), anni II. et menses II.
XIII. Antigonus, annis XXXIII. et mensibus II.
XIV. Demetrius, annis X.
XV. Antigonus, annis IX.
XVI. Philippus, ann. XXIII. et mens. IX.

Եւ յետ այսորիկ Ո՚ր՚բ՚ք այսոքիկ :

Պաւսանիաս . Ա՚մինտաս . Ա՚կակիդէս . Ե՚պիդրոմնս . Ե՚ւնոմնս . Ա՚կակիդէս զերկրորդն . Պրաւիղէս . Ե՚ւնոմնս զերկրորդն . Ա՚նդրոսթենէս . Թրասիմաքոս . Պաւսանիաս . Թէոդորոս . Ն՚իկոկրատէս . Իպպողոքէս . Կղէոմաքիդէս . Փիւրինոս . Փիղիպպոս :

Ac deinceps Duces isti.

Pausanias, Amyntas, Eacides, Epidromus, Eunomus, Eacides secunda vice, Praviles, Eunomus secunda vice, Androsthenes, Thrasimachus, Laontomenes, Pausanias, Theodorus, Nicocrates, Ippoloches, Cleomachides, Phyrinus, Philippus.

(Anonymus apud Scalig. pag. 61.)

Ա՚սիացւոց և ասորւոց թագաւորք :

Asianorum et Syrorum Reges [2].

Ασίας καὶ Συρίας βασιλεῖς (οἱ μετὰ τὸν μέγαν Αλέξανδρον.)

Փիլիպպոսի արիդեայ վեցերորդումի Հասեալոյ (ամի) Թագաւորութեանն ՚ի Ճ որդի և Եէ երորդի ո.

Philippo Aridaeo sextum Regni (annum) pertingente, CXV. Olympiadis anno tertio, Antigonus primum

Φιλίππου τοῦ Αριδαίου ἕκτον ἔτος καταγοντος τῆς βασιλείας ἐπὶ τῆς ἑκατοστῆς πεντεκαιδεκάτης Ολυμπιάδος

1 Librarii culpa ut alibi, hic quoque continuatur numerus marginalis XII. de Anarchia, sive interregno; et XIII. pro succedenti rege appositus; atque ita deinceps, cum excludendum esset interregni spatium dinumeratione nominum. Sed videtur antiqui exemplaris esse hoc mendum; ex quo nova absurditas in Gr. lectione Syncelli irrepsit, ita ut ejus amanuensis (nec enim Syncello ipsi tam ridiculum vitium tribuendum putamus) hoc interregnum Regem revera creaverit undecimo loco in serie Macedonici imperii, pag. 216. ubi ait: Μακεδόνων ιά. ἐβασίλευσεν Ἀναρχίας ἔτη β'. i. e. " Macedonum XI. regnavit Anarchias annis II ". Turpissimum sane indocti librarii vitium, qui genitivum casum vocis appellativae Ἀναρχία, hoc est *interregnum, spatium principatu carens*, proprium ratus nomen nominativi casus, praefixit ei, ut aliis regibus, verbum personae, *regnavit*. Quod sane facile advertens Goar Interpres Synbelli, interclusit parenthesi locum citatum, ejusque loco haec de industria reposuit in Lat. " Macedonum principis XI. loco, interregni anni 2 ". Satis bene ad mentem auctoris. Scaliger verò cum transcripsisset eundem Syncelli locum, p. 65. ita interpolavit Ἀναρχία ἔτη β'. sed servare debebat genitivum casum Ἀναρχίας.

2 Etiam hoc fragmentum nobis suppeditavit Anonymus Gr. Eusebii eclogarius, apud Scal. quamvis interruptum, atque magna ex parte mancum. Servat Anon. vel ipsam auctoris nostri inscriptionem, praeter ea, quae ipse addidit, " qui post magnum Alexandrum ". In textu sub initium gratis voluit Scal. legi ἀγοντος pro καταγοντος, melius tamen legit τῆς βασιλείας pro τὴν βασιλείαν.

զամպիադին յերրորդումն ամին, Ա-
նտիգոնոս նախ թագաւորեաց ասիացւոց ՚ի ՃԻԳ ամ. ընդ ամենայն կեցեալ ամն ՃՂ. ահաւոր քան զամենայն թագաւորս ժամանակին գտանէր. և մեռանէր ՚ի փախուցացւոց աշխարհին, ամենայն զօրաց առ ահին ՚ի վերայ նորա դիմելոց, ՚ի չորրորդումն ամի Ձորդի և ինանասաներորդի ոգոմ պիադին: Խոկ որդի նորին դեմետրիոս փախստական անկեալ յեփեսոս ապրէր. և յամենայն ասիացւոց վերեալ, քան զամենեսեան դժոգոհ թագաւոր կարծէին լինել ընա ՚ի պաշարմանն. ուստի և պաշարիչ ա-նուն կոչեցաւ յորջորջանաց: Թագաւորէ ամն ԼՃ. ընդ ամենայն ամն ՃՂ: ՚ի Ձորդէ ի երորդէ ոգոմպիա-դին առաջին ամին, զերկուս ամն ընդ հօրն թագաւորեաց. որք և այնք իսկ համարէին նմա ԼՃ ամ թագաւորութեանն: Ի բուռն անկեալ սե-ղևկեայ գերի երթայր ՚ի նիղիկիայ-ց աշխարհն, ՚ի չորրորդումն ամի Ձորդի ի երորդի ոգոմպիադին. և ՚ի պահեստի կայր առ նմա թագա-ւորաբար. որ մեռանէր ՚ի Ձորդի ի երորդի չորրորդի ոգոմպիադին ՚ի չորրորդումն ամին: Ա՚նտիգոնայ և դեմետրի զայս ձև օրինակի իրք վճա-րեին:

Կայր լեղիասատանի հանդէպ թրա-կացւոց կողմանցն լիւսիմաքոս թա-գաւորեաց. իսկ վերնոց կողմանցն և ասորւոց սեղևկոս. և ունէին երե-կոքեան Ձորդի չորեքտասաներորդի ոգոմպիադին յառաջնում ամին: Յո-րոց լիւսիմաքայ իրքն ՚ի բաց թողցին. քայց սեղևկեայ՝ թէ զիարդ և զի՞ր ձև օրինակի վճարեցան, պատմեսցին:

՚Ի գալ հասանել պտղոմէի առաջ-նոյ եգիպտացւոց արքայի ՚ի հինն գազա, ՚ի մարտ պատերազմի դա-մարեր ընդ դեմետրի անտիգոնեայ և յաղթեր, թագաւոր սեղևկոս կա-ցուցաներ ասորւոց և վերնոց կող-մանցն: Խոկ սեղևկոս իբրև չոգաւ ՚ի մեջ բաբբարոսաց և յաղթեաց, թագաւորեր. և անտի կոչեր նիկա-նոռ՝ որ է յաղթող. և ուներ զԹա-գաւորութիւնն ամն ԼՃ. սկսեալ ՚ի Ձորդէ և յեօթնասնեերորդէ ոգոմ-պիադին առաջնոյ ամին, և ձգեալ մինչև ՚ցՁորդ ի երորդ չորրորդն՝ ամին չորրորդի. և կեայր ընդ ամե-նայն ամն հինն. և խաբ գործեալ նմա ՚ի բաբելացւոց պտղոմէի՝ որ կոչեր կե-րաւնոս, մեռանէր:

Ո՚ր սա պայազատ սորին որդի ան-

regnavit in Asianos annis XVIII. annis integris LXXXVI. vitam agens. Is inter omnes (sui) temporis reges terribilior inventus fuit; mortuusque est in Phrygiae partibus, universo exercitu prae tremore in eum invadente, quarto anno centesimae decimae nonae Olympiadis. Filius autem ejus Demetrius fuga Ephesum se recipiens salvatur, et ab universa Asia destitutus, omnium ipse crudelissimus rex in obsessione credebatur: unde etiam cognomen ei Obsessor (Graecis, Poliorcetes) fuit. Regnat ergo et ille annis XVII. omnino annos agens LIV. A CXX. Olympiadis anno primo (incipiens), duos annos cum patre regnavit, qui etiam sibi in XVII. annos regni recensebantur. Anno (enim) quarto CXX. Olympiadis a Seleuco comprehensus, captivus ivit in Ciliciam, atque in custodia apud ipsum regio more demorabatur: quique CXXIV. Olympiadis anno quarto mortuus est. Antigoni et Demetrii hoc pacto res peractae sunt.

Ceterum in Lydia Thraciae partes versus Lysimachus regnavit. Superioribus vero in regionibus, et Syria Seleucus; ambo autem tenuerunt CXIV. Olympiadis anno primo: quorum ea, quae Lysimachum pertinent, seponantur; quae vero ad Seleucum, qualiter et quomodo nempe peracta fuerint, historiae tradentur.

Quum Ptolemaeus primus Aegyptiorum rex in veterem Gazam advenisset, ad bellum se contra Demetrium Antigoni (filium) accinxit; atque eo superato, Seleucum regem constituit Syriae, et superiorum partium. Seleucus autem adversum barbaros profectus vicit, et rex declaratur; atque inde Nicanor vocatus est, id est victor. Regnum autem tenuit annis XXXII. a CXVII. Olympiadis anno primo incipiens, et ad CXXIV. (Olympiadis) annum quartum usque protractum: vixit autem omnino annis LXXV. ac demum insidiis sibi comparatis ab amico Ptolemaei [1], qui vocabatur Ceraunus, interfectus est.

Hunc excepit filius ejus Antiochus

ἔτει τρίτῳ, Αντίγονος ὁ πρῶτος ἐβασίλευσε τῆς Ασίας, καὶ ἦρξε μὲν ἔτεσιν ὀκτωκαίδεκα, τὰ πάντα βιώσας ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα. φοβερώτατος δὲ τῶν τότε βασιλέων γέγονε, καὶ ἥνίσκει περὶ τὴν Φρυγίαν, πάντων αὐτῷ διὰ φόβον τῶν δυναστῶν ἐπιθεμένων, τετάρτῳ ἔτει τῆς ἑκατοστῆς ἐννεακαιδεκάτης Ολυμπιάδος. ὁ δ' υἱὸς αὐτοῦ Δημήτριος φυγὰς εἰς τὴν Εφεσον διεσώθη, καὶ τῆς Ασίας ἁπάσης ἀποσφαλείς, πάντων δεινότατος βασιλεὺς ἔδοξεν εἶναι ἐν τῇ πολιορκίᾳ. ἀφ' οὗ δὴ καὶ πολιορκητὴς ἐπεκλήθη. βασιλεύει δὲ καὶ αὐτὸς ἔτη ιζ'...

1 Nomen պտղոմէի in genitivo casu collocatum indicat, quod non ipse Ptolemaeus per se sustulerit Severum, sed amici ope. Verumtamen ex iis, quae praemissa sunt in serie regum Macedoniae, satis patet, quod ipse Ptolemaeus Seleuci amicus ipsum defraudavit, ita ut hic quoque legendum sit in ablativo պտղոմէէ, atque intelligendum *ab amico suo Ptolemaeo*; ut idem sit amicus nominatus Seleuci, qui et interemptor.

(Locus Graeci textus)

ex Apama (uxore natus), quae ex Persia erat; vocatusque est Soter, id est Servator. Anno autem primo centesimae vigesimae nonae Olympiadis obiit, cum vixisset omnino (annis) LXIV. dominatusque esset annis XIX. a CXXV. Olympiadis nempe anno primo, usque ad CXXIX. Olympiadis annum tertium.

Fuerunt ipsi a Stratonice Demetrii filia (liberi hi): mas Antiochus, et filiae Stratonica et Apama; ex quibus Apamam deportans [1] uxorem duxit, atque Stratonicam Demetrius rex Macedonum. Defuncto laudato Antiocho Sotere, Antiochus in imperium suffectus est, cognomento Theos, incipiens a CXXIX. Olympiadis anno quarto; quin etiam annis perdurans XIX. morbo corripitur, et CXXXV. Olympiadis anno tertio Ephesi diem obiit, cum omnino annis vixisset XL. Hic filios habuit II. Seleucum cognomento Callinicum, et Antigonum; filias quoque II. ex Laodice Achaei filia, quarum unam Mithridates, alteram vero Arathes uxorem duxerunt. Hunc excepit major natu filius Seleucus, qui, ut nuper diximus, cognominabatur Callinicus; regnare exorsus anno tertio centesimae tricesimae tertiae Olympiadis, tendit usque ad secundum annum CXXXVIII. Olympiadis, annis XXI. imperium regens.

Eo autem mortuo, succedit ei filius suus Seleucus, cognomento Ceraunus. Haec vero ita postmodum peracta sunt [2]. Tamen cum adhuc esset in vivis Callinicus Seleucus, Antigonus junior frater ejus noluit acquiescere, suisque rebus attentus esse; praesidia enim et suppetias ab Alexandro etiam habebat, qui Sardium urbem tenebat, quin etiam frater matris ejus Laodicae erat; nec non Galatas in ductus praeliis auxiliatores habuit. In Lydia, (ubi primum certamen contractum fuit) Seleucus vicit; sed neque Sardes, neque Ephesum cepit, Ptolemaeus enim urbem tenebat. Quum vero in Cappadocia adversus Mithri-

1 Verba haec sonant, » ex quibus Apamam deportavit fecitque uxorem «. ubi cum vix notetur alius, qui eam uxorem duxerit, ad ipsum Antiochum sermo refertur; si tamen vel ipsi Barbari non abhorruerint filiam uxorem ducere. Nisi dixeris aut cum Stratonica Apamam quoque Demetrio concessam, aut pro verbo *տարաւ*, *darav*, sc. *deportavit*, legendum aliquod nomen proprium.

2 Placuit pro *յետ որոյ*, *post quod*, legere, vel saltem intelligere *յետ ասոյ*, *postea*, (ut alibi etiam necesse fuit ita dijudicare) atque ideo cum praecedenti orationis parte id copulari variata interpunctione. Si quis tamen velit codicis vestigio insistere, ita verba sonant: » Verum hoc ita. Postquam (vel postea) contigit in vivis adhuc agente Callinico, etc «. Obscuritas cernitur etiam in sequentibus verbis.

(*Locus Graeci textus*)

datem secundus congressus fuisset, duae myriades ex suis a barbaris caesae, ipseque occisus periit. Ptolemaeus autem, qui et Triphon, partes Syriae occupavit: quae vero apud Damascum et Orthosiam obsessio facta erat, finem accepit centesimae tricesimae quartae Olympiadis anno tertio, quum nempe Seleucus eo descendisset. Antigonus vero Callinici frater, magnam Phrygiam peragrans ad tributa incolas coegit, ducesque exercitus adversum Seleucum misit: verum a suis voluptariis ministris, barbaris traditus fuit; ex quibus cum paucis se vindicans, Magnesiam proficiscitur, et crastina die aciem instruit, atque alios, a Ptolemaeo auxilii adjumento sibi comparato, vicit: et filiam Zielis uxorem ducit. Attamen CXXXVII. Olympiadis anno quarto bellum in Lydia bis aggressus, debellatus fuit; et e regione Coloae cum Attalo praelio commisso, quum anno primo centesimae tricesimae octavae Olympiadis in Thraciam fugere ab Attalo coactus esset, post praelium in Caria factum, moritur.

Seleucus autem, qui Callinicus vocabatur, Antigoni frater, obiit anno altero. Successitque illi filius ejus Alexander, qui Seleucum semetipsum nuncupavit, Ceraunus tamen ab exercitu appellabatur. Fratrem etiam habuit, cui nomen Antiochus. Tribus annis post patrem cum regnasset Seleucus, in Phrygia insidiis sibi per dolum paratis, a Nicanore quodam Galata occisus est, circa CXXXIX. Olympiadis annum primum. Huic suffectus fuit ejusdem frater Antiochus, exercitu a Babylone cum revocante; nuncupatusque est (supplendum, Magnus). Imperavit ergo is annis XXXIV. ab anno secundo CXXXIX. Olympiadis usque ad CXLVIII. Olympiadis annum secundum; (quo) in Susam, et in superiores Satraparum provincias se conferens, cum universis (copiis) caesus est in Elamitarum praelio: remanseruntque duo filii (ejus) Seleucus et Antiochus.

Ex quibus Seleucus patri successit CXLVIII. Olympiadis anno tertio; et duodecim annis regnans, usque ad primum annum CLI. Olympiadis pervenit: vixit autem annis integris LX. Huic defuncto, frater ejus successit Antiochus, qui Epiphanes vocatus est; regnatque annis XI. a tertio anno CLI.

անտիոքոս , որ կոչեցաւ Եպիփանէս. և Թագաւորէ ամն ժա. Յերրորդէ աճէն սկսեալ Ձ որդի Լիսանէրորդ ա. ռաջնորդ ողոմպիադին մինչև ցառաջին ամ Ձ որդի Ծ երորդ չորրորդ ո. ղոմպիադին : Յե զեպիփանէսն ան. տիոքոս՝ որ կայր և ս , փոխանակէ որդի իւր անտիոքոս , մինչդեռ բժ. ամեայ իսկ էր , որ կոչէր Եւպատովր. զտարի մի և ղվեց ամիս կեցեալ առ նովաւ Հօրն : Դեմետրիոս՝ զոր Հռո. մայեցւոց պատանդ տուեալ էր սե. ղևկեայ Հօր իւրոյ , փախուցեալ՝ի Հռոմ՝ գայր Հասանէր՝ի փիւնիկէ՝ի տրապաւղիս քաղաք. զլիսիա զոս. տիկան մնկանն , և զնոյն իսկ զան. տիոքոս սպանանէր , և Թագաւորէր՝ի չորրորդումն ամին Ձ որդի Ծ երոր. դի չորրորդի ողոմպիադին . և ունէր մինչև՝ ց Ձ որդ Ծ երորդ Է երորդ ո. ղոմպիադն՝ ց չորրորդ իսկ ամն . որոյ սովաերն կոչէր անուն յորջորջանաց. և տիրեաց՝ զբժ ամ. ՝ի կռիւ գըր. գռեալ ընդ աղէքսանդրի վան Թա. գաւորութեանն՝ վախճանէր . որ զօ. տարան ունէր՝ի վարձու , և՝ի պատե. մեայ զօրավիգն , և Թագաւորն և ս առտաղացւոց նման Թիկունք լինէին :

Տիրէ և աղէքսանդրոս ասորւոց յերրորդումն ամի Ձ որդի Ծ երորդի Է երորդի ողոմպիադին . և կալաւ զՀինգ ամ: և՝ի չորրորդումն ամի Ձ որդի լիսանէրորդի Ը երորդի ողոմ պիադին սպանանի : Պատերազմեալ ընդ պտղոմեայ օգնականի դեմետրի՝ որդւոյ դեմետրեայ առ անտիոք քա. ղաքաւ , ուր եղեն խառնուրդք ձակա. տուցն , անկեալ մեռանէր՝ի խառնն և պտղոմէոս . և յաջորդէր զպատե. բազմին՝ զորմէ ասացաւն իսկ՝ դեմետրիոս , որ էր որդի դեմետրի : Յետ Հասեալ՝ի միմեանս դեմետրի սե. ղևկեայ , և անտիոքայ որդւոյ աղէք. սանդրի յասորւոց և յանտիոք քաղա. քէ , յաղթէր դեմետրիոս , և Թագա. ւորէր յառաջնումն ամի Ձ որդի Է ե. րորդի ողոմպիադին : Յե՝ի միւս և ս ամն գումարէր զօրս , և խաղայր՝ի վերայ արշակայ՝ի բաբէղն և՝ի վե. րին աշխարհն : Յե՝ի միւսում և ս ամին՝ որ էր երրորդ ամ Ձ որդ Է ե. րորդ ողոմպիադին՝ ՝ի գերութիւն ըմբռնէր յարշակայ . զոր ետ տանել ՝ի պարթևս պահել : Ասաի և Նիկա. նովը կոչեցաւ , որ է յաղթող . քան. զի յաղթեաց անտիոքայ որդւոյ աղէք. սանդրի . և սիդիդես , քանզի գե. րի չոգաւ , յերկաթս կապեալ կայր՝ի պահեստի : Յե դեմետրի եղբայր կրտսեր՝ որ կոչէր անտիոքոս՝ի սի. դէ քաղաքի մնեալ , որ յայն սակս իսկ և սիդեացի կոչէր , խնդացաւ՝ Թէ եղբայրն դեմետրիոս յանցեաւ և՝ի կալանս է , դնայր՝ի սիդէ քաղաքէ ,

Olympiadis exorsus usque ad primum annum CLIV. Olympiadis . Epiphanem vero Antiochum adhuc viventem, filius ejus Antiochus adhuc duodecim annorum excepit, qui vocabatur Eupator, patre sub eo annum unum et menses sex vitam agente . Demetrius (vero) quem Romanis Seleucus pater ejus obsidem dederat, Roma aufugiens, Trapolim Phoeniciae urbem petiit, et Lysiam pueri tutorem, ipsumque Antiochum interfecit, et regnat anno quarto CLIV. Olympiadis; atque usque ad CLVII. Olympiadis annum quidem quartum tenuit (regnum), qui Soter cognominabatur; dominatusque est annis XII. Ad praelium vero pro regno adversum Alexandrum, qui extraneos mercenarios habebat, et a Ptolemaeo suppetiis, a regeque Attaliae sibi auxiliis comparatis, excitatus, obiit.

(Locus Graeci textus)

Potitur itaque et Alexander Syriae CLVII. Olympiadis anno tertio, obtinetque annis V. Quarto vero anno CLVIII. Olympiadis occiditur; quum nempe congressus fuisset cum Ptolemaeo adjutore Demetrii filii Demetrii, juxta Antiochiam urbem, ubi sane certaminis conflictus fuit, atque in turma promiscua cecidit, mortuusque est vel ipse Ptolemaeus. Bellum vero excepit laudatus Demetrius, qui erat filius Demetrii. (Itaque) Demetrio Seleuci, et Antiocho Alexandri filio ex Syria et Antiochia urbe invicem irruentibus, vicit Demetrius, regnatque CLX. Olympiadis anno primo. Anno autem secundo copiis collectis adversum Arsacem profectus est Babylonem, et in superiores regiones. Et anno altero, qui erat CLX. Olympiadis annus tertius, ab Arsace in captivitatem redactus est; qui ipsum in Parthiam servandum misit. Igitur, tum Nicanor vocatus fuit, id est victor, eo quod Antiochum Alexandri filium vicerat; tum Sidirites, quippe qui captivus ivit, ferroque vinctus in custodia erat. Frater vero Demetrii junior, Antiochus dictus, in Sidaque urbe educatus, quapropter Sideus utique vocabatur, quum intellexisset, quod frater suus Demetrius deliquit, atque in vinculis servatur, pergit a Sida urbe, adiensque Syriam tenuit CLX. Olympiadis anno quarto. Regnat ergo is quoque annis IX. Judaeosque

և զայր ուղէր զասորիս՝ Նորդի Հէ-
բորդի ողմպիադին ՚ի չորրորդումն
ամին. Թագաւորէր և սա ամն ինն.
և սա նուաձէր զՀրէշս ընդ ձեռամբ-
՚ի պաշարմանէն զպարիսպս քաղա-
քին քակէր, և զընտիր ընտիրս ՚ի
նոցանէն կոտորէր, յերրորդումն ամի
Նորդի Հէրորդի երկրորդի ողմ-
պիադին։

Իսկ ՚ի չորրորդումն ամի Նորդի Հէ-
րորդի երկրորդի ողմպիադին՝ եր-
կոտասան բիւրու գայր Հասանէր ար-
շակ. և սա խաբ կամէր գործել. ար-
ձակէր զեղբայրն նորա զդէմ զորիս՝
որ ՚ի գերութեան էր, յասորիս։
Այլ անտիոքոս՝ քանզի ձմեռն էին
Հաս ՚ի վերայ, յանձուկ տեղի ան-
կեալ ՚ի վերայ բարբարոսացն, և
սաստկացուցանէր զպատերազմն, խո-
ցեալ անկեալ մեռանէր, որոյ չէ ամ
էր ՚ի ծննդենէն։ Իսկ զնորին որդի
զսելևկոս զեկեալ զՀայ Հօրն Հասն-
բէն մնոտաղ Հասակաւ՝ առեալ արշակ
արքայ տանէր գերի. և Թագաւո-
րաբար պահէր։

Իսկ անտիոքայ Հինգերորդի լի-
նէր՝ երեք արուք, և երկու աղջկունք.
առաջին դուստրն և երկրորդ զսե-
լիկ կոչէին, քանզի նոյն անուն էր
երկոցունց. և երրորդ անտիոքոս.
որ ցասում ինքն և քորքն վախճանէին.
և չորրորդ՝ սելևկոս, զոր արշակն
կալաւ. և Հինգերորդ՝ անտիոքոս,
որ և կիզիկոս՝ առ կրատերայ ներ-
քինոյ մնանէր, առ երկիւղն դէմ-
արի փախուցեալ անկեալ՚ի կիզիկոս
կրատերեաւ Հանդերձ, և այլովք
ծառայիւք անտիոքայ. մին վախճա-
նեցաւ քերքն Հանդերձ. և Հուսկ
կրատերն միայն միայր անտիոքոս. որ
վասն այնորիկ իսկ և կիզիկէացի կո-
չեցաւ։ Այլ դարձեալ փիւսանգամ
դէմ զորիս՝ երկրորդ ամի Նորդի
Հէրորդի երկրորդի ողմպիադին՝
Թագաւորէր, զաման ամ՚ի միջի ՚ի
գերիս լեալ. իսկ և իսկ երբև դար-
ձաւ՚ի գերեացն՝ եգիպտացւոցն ուշ
առնէր. երթեալ Հասեալ՚ի պեղու-
սիոս՝ ՚ի գիմի Հարեալ նմա փիւսկայն
պաղումի՝ դառնայր, և զօրացն և իշ-
խանութեանն պատերազմելով. քան-
զի տակին գնաց։

Իսկ պաղումիոս ՚ի ցասման լեալ՝
առաքէր Թագաւոր ասիացւոց զա-

hic subegit per obsidionem [1], muros urbis demolitur, atque electissimos ipsorum trucidat anno tertio CLXII. Olympiadis.

Anno vero quarto (ejusdem) CLXII. Olympiadis cum duodecim myriadibus supervenit Arsaces: et dolo usus, fratrem ejus Demetrium, qui in captivitate erat, dimisit in Syriam. Antiochus vero instante hieme, loco angusto in barbaros irruit, atque praelium fortiter committit; (tamen) sauciatus cadit et moritur; cui a nativitate anni erant XXXV. Filium autem ejus Seleucum, qui patrem sequutus erat, tenera adhuc aetate, comprehensum [2], Arsaces Rex captivum [3] duxit, regioque more servat.

Porro fuerunt Antiocho quinto tres mares, et puellae duae. Prima filia et secunda Laodicae dictae sunt; idem enim utrique nomen erat: tertius vero Antiochus, qui ipse et sorores dolore obierunt; et quartus Seleucus, quem Arsaces cepit; quintus vero Antiochus, qui et Cyzicenus, quum apud Craterum eunuchum educebatur, prae timore Demetrii fuga se recepit Cyzicum cum Cratero, aliisque famulis Antiochi: unus enim cum sorore [4] obiit, et solus Antiochus natu minimus remansit, qui etiam propterea Cyzicenus vocatus fuit. Sed tamen Demetrius item (ab Arsace) dimissus CLXII. Olympiadis anno secundo, iterum regnat, annis decem interea captivitatem passus. Statim vero ut ex captivitate reversus est, in Aegyptios animum advertit: perveniens itaque Pelusium, cum obviam ei restiterit Physcus Ptolemaeus, reversus est, militibus quoque imperio obstantibus: odio enim ipsum habebant.

Ptolemaeus vero ira concitatus, regem Asiae misit Alexandrum, τὸν

(Anonymus apud Scalig. p. 61.)

En tibi, Optime Lector, Secundam Eusebiani operis Partem, sive *Chronicum Canonem*; de quo, praeter ea, quae in primae partis Praefatione fusius prosecuti sumus, quaeque in adnotationibus sequentis Εἰσαγωγῆς, *Introductionis* scilicet, atque in calce Canonis dicturi sumus, nonnulla sunt quae impraesentiarum breviter animadvertamus. Ac primum illud te latere nequaquam volumus, codicem nostrum haud omnino in hac parte integrum esse, sed pagellis nonnullis avulsis mancum alicubi esse atque mutilum; quod certe in tantae antiquitatis codice nemo harum rerum paulo peritior admirabitur. Quamvis autem ea quae desiderantur, haud multa sint, haud tamen parvi momenti haberi debent: quorum tamen jacturam quo minus doleamus facit Hieronymiana Chronici interpretatio, unde quaecumque in codice nostro intercisa sunt, facili negotio suppleri possunt. Haec autem sunt quae sequuntur (sicut etiam propriis in locis distincte notentur).

I. Pars exigua Catalogi Canonem praecedentis, puta Opusculi inscripti *Series Regum*; quod quidem non novit Scaliger, at Vallarsius ex optimis Mss. eruit, et ante Canonem collocavit. Et illud quidem etiam in nostro codice habetur, attamen initio et fine caret quodam modo.

II. *Prologus* vel *Prooemium Eusebii* in Canonem, una cum ipso Canonis initio ad annum Abrahae 344. desideratur, scilicet quinternione (ut ajunt) avulso.

III. Desunt praeterea pagellae binae in ipso Canonis medio; quarum prior annorum LXX. spatium, ab anno Abrahae 1030. ad annum 1100. complectebatur, altera annos LV. ab anno ejusdem 1166. ad annum 1221.

IV. Denique postrema codicis pagella distracta adhuc anni sunt XXVI. siquidem codex desinit in annum Diocletiani 16. cum tamen Eusebius ad vicennalia Constantini opus suum omnino produxerit.

Atque haec lacunae illae sunt, quae temporum injuria habentur in nostro codice, quas tamen ex D. Hieronymo universas supplevimus, consentientibus Eclogariis Eusebii Armenis Samuele, Asolico, etc; ita ut integrum Eusebii Chronicon bipartitum, jamdiu a doctis viris desideratum nunc primum in hac nostra editione omnino habeatur.

Quod vero attinet ad Latinam Canonis versionem, merito eruditorum omnium offensionem incurrere ac invidiam subire videremur, si post Hieronymum Latinorum Patrum longe disertissimum novam ejusdem translationem moliri ausi fuissemus. At cum multa S. Doctor, quod in Praefatione monuimus, de suo addiderit, multa libere et ad sensum tantum transtulerit, nonnunquam etiam in codicem inciderit ab eo, quem Armenus Interpres secutus est, discrepantem, profecto in una Hieronymi versione consistere nequaquam nobis licebat, qui ipsum Armeniacum codicem Latinè etiam *ad verbum* exhibere constitueramus. Hoc itaque temperamento usi sumus, ut sicubi Latina Hieronymi verba Armenicis omnino responderent, ea integre ac bona fide repraesentaremus; sicubi vero ab Armeniis discreparent, tunc novam ipsi versionem (verbalem semper) adornaremus: quae etsi Hieronymianae impar videri posset, ipsum tamen Eusebium pressius sequeretur.

Ad Graeca vero fragmenta quod attinet, (praeter dicenda in sequentibus pag. 33. in not.) jam diximus in Praefatione nihil nos ex Scaligero, parum vero ex Vallarsio adjumenti accepisse, cum ille omissis locorum indicationibus eadem protulerit, multa ex corrasis undecumque variorum auctorum ramentis congesserit, nonnulla etiam suo marte confinxerit, hic vero pauca prorsus certa, multa incerta ad paginae calcem injecerit. Porro quantum ab utriusque collectione nostra haec distet, quam sincere atque integre a nobis proferatur (parce tamen, paucis nimirum *ad verbum* selectis, paucioribus *ad sensum* usurpatis), cognoscet quisque per se.

Haec habuimus, quae te, Optime Lector, in praesentia moneremus. Vale et fruere feliciter labore nostro.

Nostri autem, qui Chronica scripserunt, prius Eusebius, post Hieronymus, qui utique praecedentes aliquos historicos in hac opinione secuti sunt, post annos amplius, quam trecentos, jam secundo Argivorum Phoroneo rege regnante, Ogygii diluvium fuisse commemorant.

S. August. de Civit. Dei. L. XVIII. c. 8.

ISAGOGE

AD SECUNDAM PARTEM CHRONICI

SIVE

IN CHRONICUM CANONEM

EUSEBII CAESARIENSIS

PRAEFATIO S. HIERONYMI PRO LATINA VERSIONE.

EUSEBIUS HIERONYMUS

VINCENTIO ET GALLIENO SUIS SALUTEM.

Vetus iste disertorum mos fuit, ut exercendi ingenii causa Graecos libros Latino sermone absolverent, et quod plus in se difficultatis habet, poemata illustrium virorum, addita metri necessitate, transferrent. Unde et noster Tullius Platonis integros libros ad verbum interpretatus est: et cum Aratum jam Romanum hexametris versibus edidisset, in Xenophontis Oeconomico lusit. In quo opere ita saepe aureum illud flumen eloquentiae scabris quibusdam [1] et turbulentis obicibus retardatur, ut qui interpretata nesciunt, a Cicerone dicta non credant. Difficile est enim alienas lineas insequentem non alicubi excidere [2]: arduum, ut quae in aliena lingua bene dicta sunt, eundem decorem in translatione conservent. Significatum [3] est aliquid unius verbi proprietate, non habeo meum, quo id efferam: et dum quaero implere sententiam, longo ambitu vix brevia spatia consumo. Accedunt hyperbatorum anfractus, dissimilitudines casuum, varietates figurarum: ipsum postremo suum, et, ut ita dicam, vernaculum linguae genus. Si ad verbum interpretor, absurde resonat: si ob necessitatem aliquid in ordine, vel in sermone mutavero, ab interpretis videbor officio recessisse.

Itaque, mi Vincenti carissime, et tu Galliene, pars animae meae, obsecro, ut quicquid hoc tumultuarii operis est, amicorum, non judicum animo relegatis: praesertim cum et notario, ut scitis, velocissime dictaverim, et difficultatem rei etiam divinorum voluminum instrumenta testentur, quae a LXX. Interpretibus edita, non eundem saporem in Graeco sermone custodiunt. Quamobrem Aquila, et Symmachus, et Theodotion incitati, diversum pene opus in eodem opere prodiderunt: alio nitente verbum de verbo exprimere, alio sensum potius sequi, tertio non multum a veteribus discrepante. Quinta autem, et sexta et septima Editio, licet quibus censeantur auctoribus, ignoretur: tamen ita probabilem sui diversitatem tenent, ut auctoritatem sine nominibus meruerint. Inde adeo venit, ut sacrae literae minus comptae, et dure sonantes videantur, quod diserti homines interpretatas eas de Hebraeo nescientes, dum superficiem, non medullam inspiciunt, ante quasi vestem orationis sordidam perhorrescant, quam pulchrum intrinsecus rerum corpus inveniant. Denique quid Psalterio canorius? quod in morem nostri Flacci, et Graeci Pindari, nunc Jambo currit, nunc Alcaico personat, nunc Sapphico tumet, nunc semipede ingreditur. Quid Deuteronomii et Isaiae cantico pulchrius? quid Salomone gravius? quid perfectius Job? Quae omnia hexametris et pentametris versibus, ut Josephus et Origenes scribunt, apud suos composita decurrunt. Haec cum Graece legimus, aliud quiddam sonant: cum Latine,

1 Deest apud Scaligerum *quibusdam*.

2 Scal. legit *excedere*, alii ferunt *excidere*.

3 Quaedam Mss. *signatum*, pro *significatum*: sicut etiam *efficiam*, pro *efferam*.

penitus non cohaerent[1]. Quod si cui non videtur linguae gratiam interpretatione mutari, Homerum ad verbum exponat Latinum[2]. Plus aliquid dicam, eundem in sua lingua prosae verbis interpretetur, videbit ordinem ridiculum, et poetam eloquentissimum vix loquentem.

Quorsum ista? Videlicet ut non vobis mirum videatur, si alicubi offendimus, si tarda oratio aut consonantibus asperatur, aut vocalibus hiulca (vel divisa) fit, aut rerum ipsarum brevitate constringitur, cum eruditissimi homines in eodem opere sudaverint: et ad communem difficultatem, quam in omni interpretatione caussati sumus, hoc nobis proprium accedat, quod historia multiplex est, habens barbara nomina, res incognitas Latinis[3], numeros inexplicabiles, virgulas rebus pariter ac numeris intertextas, ut pene difficilius sit legendi ordinem discere, quam ad lectionis notitiam pervenire[4].

Ut autem manifesto cognoscatur indicio, ad quem numerum historia quaeque pertineat, has distinctiones positas Lector advertat, ut si ad primum numerum Regni primitus adnotati historia referenda est, primam literam in Explanatione historiae contempletur: et siquidem eam ex minio viderit, illi tempori applicandam, vel anno sciat, quem suggesserit numerus similiter eodem minio figuratus. Si vero numerum non puro minio, sed mixto nigro notatum esse perviderit, secundae lineae numero debetur historia. Si autem tertio numerorum ordini applicandum est quod fuerit adscriptum, medium puro minio numerum, et partem reliquam ex solo nigro expressam conspicabitur. Quarta numeri linea nihil habebit ex minio, sed indicio erit, quod sibi historia debeatur cum minio facta litera in principio enodationis historiae, quae etiam superioribus signis subdenda est[5], nihilominus apparebit, nullo superius memoratorum signorum in numeris respondere[6]. Sin vero non minio, sed mixtim nigro rubroque litera fuerit expressa, refulgens ex rubro numerus in quintam numerorum lineam poterit adverti. Et ita sexta linea numeri ut secunda, septima ut tertia designabitur, octava quoque ut quarta apparenti litera bicolori. Cum vero nec in numeris, nec in Explanatione historiae ullum illorum, quae praediximus, signorum fuerit, nona linea quod annotatum fuerit, vendicabit. Non tamen omnia hujusmodi requirenda[7] sunt necessario, cum minor est numerus linearum. Unde praemonendum puto, ut prout quaeque scripta sunt, etiam colorum diversitates serventur, ne quis irrationabili aestimet voluptate oculis tantum rem esse quaesitam, et dum scribendi taedium fugit, labyrinthum erroris intexat. Id enim elucubratum est, ut Regnorum tramites, qui per vicinitatem nimiam pene mixti erant, distinctione minii separarentur, et eundem coloris[8] locum quem prior membrana signaverat, etiam posterior servaret.

Nec ignoro multos fore, qui solita libidine detrahendi omnibus, quod vitare non potest, nisi qui omnino nil scribit, huic volumini genuinum dentem infigant. Calumniabuntur tempora, convertent ordinem, res arguent, syllabas eventilabunt. Et quod accidere plerumque solet, negligentiam librariorum ad auctores refe-

1 Scal. *haerent*, nonnulli etiam *inhaerent*. Verum non abs re videtur hic monere benignos Lectores, quicquid jure disserat S. Doctor de Sacris Scripturis externas in linguas translatis, omnino fere aliter sentiendum esse de Armeniacae Versionis integra Scriptura. Namque tam pura, tamque elegans in Sacris Litteris nitet Haicana (sc. Armena) lingua, ut totius litteraturae Haicanicae facile princeps et habeatur et sit: tanta in eis suavitas et tam concinna syntaxis, ut non solum caelestia et divina oracula dixeris, sed etiam certam addiscendae linguae regulam, atque deliciosam voluptatem spiritus sermonisque simul accipias. Sed ne longior in his videar, de nostra lectione ea quodammodo intelligenda sunt, quae Hieronymus dicit: *Quid Deuteronomii et Isaiae* (tam) *Cantico* (quam integro libro) *pulchrius? quid Salomone gravius? quid perfectius Job?* Quod si quis incredibilem hanc duxerit comparationem, (excepta variatione prosae), uno verbo rem nos perfecturos esse speramus, cum profecto testamur, Armenios minime posse taedio ullo affici in legendis Sacris Scripturis, ubi alii cum oraculis ultrò mentem adhibeant, non tanta affici voluptate propter dicendi genus se apertè fateantur. Sed haec aliò potius pertinere videntur, quam ad praesens opus. Qualis verò sit interpretatio Eusebii nostri, jam in praefatione primae partis satis dictum est.

2 Nonnulli legunt cum Scal. *exprimat in Latinum*. Illud verò inferius *vel divisa*, Scal. minime novit, et Vallarsius quidem aegrè praefert.

3 Hac de re potiori jure Armenum Interpretem, maxime verò nationis librarios conqueri posse sciant Lectores. Si enim Hieronymus Latinus cum suis non ita distans a Graecis moribus, maximè vero familiaris antiquitatibus Hellenicis, adeo abhorret ab his rebus tamquam barbaris nominibus, et traditionibus quae Latinis incognitae fuerint, quid de Armeniis dixeris interiore in Orientis parte degentibus? Ne itaque mirum tibi accidat, si uspiam Armenus Interpres in similibus rebus offendat: omnino verò veniam concedas et librariis, quibus incognita vel nomina Graeca, barbara visa sunt. Haec interim universim praenotanda fuerunt, concedente vel ipso Hieronymo, ne in Canone ipso de quovis nomine, a librariis depravato, adnotationis locus sit.

4 De his virgulis quid divinandum in una vel altera Canonis interpretatione, haeret aqua, ut ajunt. Primum enim Latini codices dissimiliter inter se ferunt virgulas et lineas annorum rerumque. Armenus verò codex, qui a cunctis posterioribus vocatis Latinae lectionis exemplaribus procul distat, quamvis aliquatenus accedere videtur ad priora nominata exemplaria, non ita tamen cohaeret, ut certe dijudicari possit prisca auctoris dispositio circa virgulas totius Canonis. Verum haec difficultas magis patebit suo loco, ubi virgulae ipsae oculis cernuntur. De coloribus verò diversis, in quorum explicatione fusè prosequitur Hieronymus, omnino nos tacere praestat. Noster enim codex nullo alio utitur colore, praeter nigrum de more, et nonnunquam etiam colore rubro in denotandis rebus praecipuis, veluti si litteris majusculis exarasset. Ita ut jure dubitare quis possit, Eusebiusne iis a S. Doctore memoratis coloribus usus fuerit, an ipse Hieronymus ad difficultatem lectionis elevandam id primus excogitaverit: quandoquidem utroquo modo potest accipi illud dictum, » Ut autem manifesto cognoscatur indicio, ad quem numerum historia quaeque pertineat, has distinctiones positas Lector advertat «. Optarem, adderet, *a me*, vel *ab auctore ipso*. Primo magis nos sensu intelligimus, cui favent et illa Hieronymi inferius dicenda verba: » Id enim elucubratum est, ut Regnorum tramites, qui per vicinitatem nimiam pene mixti erant, distinctione minii separarentur «. De secundo alii viderint, cum interim nulla afferri possit hujus rei probatio a quovis codice. Adde quod editores omnes omnino colores neglexerunt, et virgulas singulas singuli ad fidem sui codicis diverso modo digesserunt. Sed de his consule, si lubet, et adnotationes Scaligeri, et Vallarsii, si quid tamen certi haurire poteris. Nobis certam hic demonstrationem praebere videtur D. Hieronymus, se minime applicasse interpretationi primae partis Chronici Eusebiani, sed solius secundae, Canonis scilicet, cujus nempe dumtaxat describit conditionem in tota sua praefatione, ut vides.

5 Scal. non novit illa: *quae etiam superioribus signis subdenda est*.

6 Aliis, *respondente*, sicut et in sequentibus, quibusdam *mixtum*.

7 Scal. *omnes hujusmodi requirendae*; quod minus placet.

8 Deest apud Scal. nomen *coloris*. At paulo post redundant ista, *ex adverso positi numeri signarent, vel etiam*, etc.

rent. Quos cum possem meo jure repercutere, ut si displicet, non legant: malo breviter placatos dimittere, ut et Graecorum fidem, suo auctori adsignent, et quae nova inseruimus, de aliis probatissimis viris libata cognoscant [1].

Sciendum etenim est, me et Interpretis et Scriptoris ex parte officio usum; quia et Graeca fidelissime expressi, et nonnulla quae mihi intermissa videbantur, adjeci, in Romana maxime historia, quam Eusebius, hujus conditor libri, non tam ignorasse, ut pote eruditissimus, quam ut Graece scribens, parum suis necessariam perstrinxisse, mihi videtur. Itaque a Nino et Abraam usque ad Trojae captivitatem pura Graeca translatio est. A Troja usque ad vicesimum Constantini annum nunc addita, nunc mixta sunt plurima, quae de Tranquillo, et caeteris illustribus Historicis curiosissime excerpsimus. A Constantini autem supradicto anno usque ad consulatum Augustorum Valentis VI. et Valentiniani iterum, totum meum est. Quo fine contentus, reliquum tempus Gratiani et Theodosii latioris historiae stilo reservavi: non quo de viventibus timuerim libere et vere scribere: timor enim Dei hominum timorem expellit; sed quoniam debachantibus adhuc in terra nostra Barbaris, incerta sunt omnia.

(*Explicit Praefatio Hieronymi.*)

OBTESTATIO (UT DICITUR) EUSEBII [2].

Ορκίζω σε τὸν μεταγραφόμενον τὸ βιβλίον τοῦτο κατὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ, καὶ κατὰ τῆς ἐνδόξου παρουσίας αὐτοῦ, ἧς ἔρχεται κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς, ἵνα ἀντιβάλῃς ὃ μετεγράφω, καὶ κατορθώσῃς αὐτὸ πρὸς ἀντίγραφον τοῦτο, ὅθεν μετεγράφω, ἐπιμελῶς. καὶ τὸν ὅρκον τοῦτον ὁμίως μεταγράψῃς, καὶ θήσῃς ἐν τῷ ἀντιγράφῳ.

Adjuro te, quicumque hos descripseris libros, per Dominum nostrum Jesum Christum, et gloriosum ejus adventum, in quo veniet judicare vivos et mortuos, ut conferas quod scripseris, et emendes ad exemplaria ea, de quibus scripseris, diligenter: et hoc adjurationis genus similiter transcribas, et transferas in eum codicem, quem descripseris.

1 De fide interpretationis Hier. egimus paulo ante in praefatione nostra, sicut et de criticorum supervacaneo examine; sed haec evidentius probentur in cursu Canonis.

2 Quamdiu caremus Graeco, vel saltem Armeno aditu, seu prooemio Canonis, non ita facile decernendum putamus, utrum Eusebius ipse, vel Hier. tantum (juxta non omnes, multos tamen codices) hac usus fuerit obtestatione a S. Irenaeo desumpta. Audiendus hic Vallarsius ita de hac re proferens. pag. 10. (postquam Graecè et Latinè eam excudisset). » Hujus (inquit) obtestationis auctor S. Irenaeus est, qui eam, referente Eusebio lib. v. Ecclesiasticae Histor. c. 20. et Nicephoro L. IV. c. 30. suo de Ocdoade operi subjunxit, ad falsariorum manus, et Scribarum deprecandam incuriam. Ita vero delectatus est isto ἐπιορκήσεως exemplo Eusebius (adde, aut Hieronymus), ut illam et iisdem plane verbis sibi duxerit describendam .... Confer quam Ruffinus suae libri περὶ Ἀρχῶν interpretationi praeposuit, verbis paulo exaggeratis, ejusmodi adjurationem ».

(Appendix incerti auctoris, vel Anonymi Latini, juxta nonnulla Hieronymi exemplaria [1].)

EXORDIUM LIBRI.

Incipiunt tempora totius saeculi, regesque omnium gentium, quibus locis, quibusque temporibus in suis provinciis, et quantum regnaverint, vel si quid memoriae dignum per generationes, nativitates, et regna, et ducatus, per omnem actum Judicum, et omnium regum Juda, et aliorum, qui non ex eadem tribu regnaverunt, et per regnum Assyriorum, caeterarumque gentium, et tempora Dictatorum cum Consulibus ordinariis. Sed et tempora Imperatorum, et Caesarum, et quibus temporibus historiographos fuisse dixerunt: sed et successiones eorundem, quod per ordinem rerum superius declaratum est. Quorum universa tempora, gesta, sive apud Hebraeos, vel apud Graecos, vel apud Romanos, sive apud Barbaros, caeterasque gentesque gesserunt, vel constituerunt, per historias in hoc libro plenissime demonstrantur: quod et in libro hoc (Scal. Higini) historiae singulae conscriptae declarant, deorum generationem, vel singulorum progeniem, sive his temporibus ipsis antelatis, quae gesserunt, et tempora Olympiacorum, ex quo primus agon gymnicus constitutus, quos Graeci Olympias appellant. Et quo tempore adventus fuit Salvatoris nostri Jesu Christi, sive passio ejus; simulque et nomina Episcoporum Ecclesiarum numero quattuor, hoc est, Romanorum, Alexandriae, Jerosolymorum, et Antiochiae, qui per easdem civitates Metropoles provinciarum Episcopi, quantum temporis singuli sederint, vel qui eorum Episcopatus sui tempore martyrio coronatus sit, sive tempora persequutionum, quibus temporibus Ecclesiae dissipatae sint. Sed et tempora regum Macedonum Alexandriae, et quoto agone Olympiacorum, vel quibus temporibus, seu Consulibus finem Alexander fecerit Judaeis, vel Vespasianus insequutionem, sive destructionem templi eorum miserit, et tributa eis constituit.

II. Numeratio temporum non solum ante hominum genus, sed etiam ante lumina ipsa, atque stellas esse, cognoscitur. Nam cum primum fecit Deus caelum et terram, cum ipsis quoque elementis, quae in his elementis condita sunt, id est, aqua et spiritus, abyssosque: et tenebris, necdum luminibus neque sideribus constitutis, dixit Deus: Fiat lux: et facta est lux. Et vidit Deus lucem, quia bona est, et separavit Deus inter lucem et tenebras, et vocavit Deus lucem diem, et tenebras vocavit noctem: et factum est vespere et mane dies unus. Hic primus dies saeculi, non primus dierum omnium. Ideoque non primus, sed unus nominatus est. Secundo autem die factum est firmamentum in medio aquarum, quod et divisit inter aquam et aquam. Tertio autem die congregatae sunt aquae, quae sunt sub caelo, in congregationem unam, et apparuit arida, quam Deus Terram nominavit, atque congregationes aquarum appellavit Maria, herbamque produxit terra, et lignum fructiferum cum semine suo. Quarto igitur die facta sunt luminaria duo in firmamento caeli, ut luceant super terram ad inchoationem diei et noctis, et ut dividant inter diem, et noctem, et sint in signa, et tempora, et dies, et annos, et sint in splendorem firmamenti caeli, et luceant super terram. Quibus ita perfectis, manifestum est luminibus ipsis antecedere lucem tribus diebus. Unde mihi videntur Aegyptii, caeteraeque gentes hoc sequentes decretum, quattuor annis impletis, diem integrum superfluum adjicere, quem etiam Bissextum nominavere. Nam cum tres dies istos computare qui sint, atque recogitare voluerimus, unius anni centesimam vigesimamque partem istam esse cognoscimus. Centesima autem et vigesima dies invicem computata, ista tertia pars esse anni dignoscitur. Tertia ergo addita parte annali quadriennio, dies integer completur, atque ad partium partes, menses atque anni superflui computantur, quos Hebraei quidem Embolismos vocare solent, Aegyptii autem exaltationes siderum atque stabilitates appellant: imo Bissextum ob rememorationem lucis atque dierum et noctium, quae luminibus triduum antecesserunt, celebratur, ideo quod tres dies sine auctore Sole processerunt.

III. Nos igitur tempora conscribimus, non quae sunt saeculi mundi, neque luminum aut siderum, neque fructuum, aut lignorum, aut piscium, sed generationem hominum, cujus primus fuit Adam, factus sexto die. Quinto autem die dixit Dominus: Educant aquae reptilia animarum vivarum, et volatilia caeli. Et factum est sic. Et fecit Deus belluas, et cetos, et omnem animam vivam repentem, quas eduxerunt aquae secundum suum genus, et omnem volatilem secundum genus suum. Et vidit Deus quia bona sunt, et benedixit ea Deus, et dixit: Crescite et multiplicamini, et replete aquas, quae sunt in Mari, et volatilia multiplicentur super terram. Et factum est vespere, et mane dies quintus. Sexto autem die dixit Dominus: Educat terra animam vivam secundum genus suum, quadrupedia et reptilia, bestias terrae secundum suum genus. Et vidit Deus quia bona sunt, et dixit: Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, et habeat potestatem piscium maris, et volatilium caeli, et omnium jumentorum, et totius terrae, et omnium reptilium quae sunt super terram. Et fecit Deus hominem, secundum imaginem Dei fecit eum: masculum et feminam fecit eos, et benedixit eos, dicens: Crescite et multiplicamini, et replete terram, et dominamini ejus, et habete potestatem piscium maris, et volatilium caeli, et omnium reptilium, quae sunt super terram. Quomodo autem Deus eum, et unde fecerit, post alia dicit: Et finxit hominem Deus de limo terrae, et sufflavit in faciem ejus spiritum vitae, et factus est homo in animam viventem. Et iterum post alia: Et dixit Dominus Deus: non est bonum hominem solum esse, faciamus ei adjutorium secundum eum. Et post alia: Adae autem non est inventus adjutor similis illi: Et immisit Deus soporem in Adam, et obdormivit: et apprehendit unam costam de latere ejus, et replevit locum carne ejus. Et aedificavit Dominus costam, quam sumpsit ab Adam, in mulierem, et adduxit eam ad Adam videre quid eam vocaret. Et dixit Adam: Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea. Haec vocabitur Virago, quia de viro suo sumpta est. Ex his duobus omnis hominum multitudo procreata est. Unde etiam nos dinumerationem temporum facientes incipimus.

IV. Adam. Eva. Adam autem vocavit nomen mulieris suae Eva, quod interpretatur vita, quia ipsa est mater viventium. Adam autem cognovit Evam uxorem suam, et concipiens peperit Cain, et dixit: Acquisivi hominem per Deum, et adjecit fratrem illius parere Abel. Et factus est Abel pastor ovium, Cain vero agricola. Igitur cum uterque de suorum laborum fructibus immolarent, apparerent autem obla-

1 *Sub initio totius sui operis Chronologici propria sententia intrudit Scaliger istud opus, Eusebii nomine in Lat. Cod. Hier. habitum*, Exordium libri *ab aliis vocitatum, quod Scal. putat introductionem esse prioris Eusebiani Chronici partis, interjecta identidem fictitia illa conjectura*, multa desunt. *Vallarsius autem collocat medio loco inter prooemium Eusebii, et initium Canonis. Nos hic collocavimus obiter post Hieronymi Praefationem, ante nimirum Seriem regum; cui adjungatur a nobis Prooemium Eusebii sicut introductio ad Canonem.*

Poteramus quidem penitus dissimulare hanc appendicem Anonymi, non solum quod illa desit in codice Arm. verum etiam quod nec in omnibus Hier. Codd. habeatur, atque ideo ad trutinam a quibusdam revocatur. Maximè ab Hieronymo de Prato prolixe demonstratur eam abhorrere ab Eusebii ingenio et eruditione, sicut etiam a Latio Hieronymiaco; quod et nobis certissimum videtur: praesertim quod Anonymus iste, ut Latinus, in serie posterorum Adam usurpat calculum Hebraicum, non verò τῶν LXX. ex adverso in serie posterorum Noe usurpat quidem calculum Graecum, extra tamen hypothesin Eusebii, inducens nimirum et generationem Cainan secundi. Omitto quod Eusebius praefixerat vix acturum se de statu rerum ante exitum Adam ex paradiso; at anonymus fuse prosequitur antecedentia insulso loquendi modo, calculisque commentitiis. Nihilominus duplici de causa noluimus in nostra editione desiderari hanc appendicem Anonymi. Prima causa est suspicio maxima, quod eo spatio, ubi lacuna patet in nostro codice inter finem libri primi et initium secundi, fortasse aliquid simile huic Exordio libri secundi intercidisse putandum sit: neque obstat, quod desit etiam in quibusdam Hier. codicibus; namque vel Series regum desideratur in multis Hier. libris, reperitur tamen in nonnullis, haud secus ac in nostro codice. Secunda vero causa fuit fragmentum aliquod ab eclogariis Eusebii repetitum. Eclogarios intelligo, alterum ex Graecis, alterum ex Armeniis, Syncellum sc. et Samuelem; quorum verba de propagatione trium Noe filiorum mox usurpabimus. Unum nos molestia afficit, quod multum variant inter se, qui ediderunt Hier. in lectione hujus Exordii; quo tamen neglecto, recudimus sine varietate lectionum, juxta solam nimirum editionem Roncallii Vallarsianam (exceptis manifestis librarii erroribus), idque minutis characteribus, ut incertae auctoritatis.

tiones Abel acceptabiles magis coram Domino, tactus Cain invidia, insolens fratrem innocentem interemit, cujus morte genitor consternatus, ac sublatus in tempora, ab amplexu conjugis abstinuit Adam. Cum vero esset annorum CL. genuit Seth, deinde alios mares et feminas. Fuerunt autem anni ejus DCCCCXXX. Seth autem cum esset annorum CXXX. genuit Enos: deinde in tempus alios mares et feminas. Fuerunt autem anni ejus DCCCCXII. Enos vero cum jam esset nonagenarius, genuit Cainam: deinde alios filios et filias. Fuerunt autem anni ejus DCCCCV. Cainam vero cum esset septuagenarius genuit Malaleel: deinde alios filios et filias. Fuerunt omnes anni ejus DCCCCX: Malaleel quadragenarius genuit Jareth: deinde alios filios et filias. Fuerunt anni ejus DCCCXCV. Jareth in CLXII. anno genuit Enoch: deinde in tempora alios filios et filias. Fuerunt anni ejus omnes DCCCCLXII. Enoch autem LXV. anno genuit Mathusalem: deinde alios filios et filias. Vir fuit justus, vixit in humanis annis CCCLXV. et assumptus est. Mathusalem vero in CLXXXVII. anno genuit Lamech: deinde alios filios. Omnes anni ejus DCCCCLXIX. Lamech autem anno CLXXXII. genuit Noe, qui interpretatur consolator ab operibus manuum nostrarum in terra, cui maledixit Dominus: et deinde alios filios et filias. Fuerunt omnes anni vitae ejus DCCLXXVIII. Superiori tempore Cain fratricida ob divinam indignationem profugit ad orientalem plagam, et consedit apud regionem Eden. Cognovit autem uxorem suam, et genuit Enoch, ad cujus proprium nomen fundavit urbem in vocabulo filii. Porro Enoch genuit Gaidad, qui genuit Maviael, qui genuit Mathusalem, qui genuit Lamech, qui ex argumento vaticinatus divinam ultionem septuplam fuisse in Cain propter homicidium fratris; in se autem septuagies septies futuram ob necatum a se adolescentem sui vulneris in livore. Iste Lamech duxit sibi binas uxores, Adda scilicet, et Sella. Ex Adda genuit Jobel, qui primum intra tentorium habitaculis moram gessit. Ex eadem genuit Jubal, qui fuit citharoedorum primus. Ex Sella genuit Thobel, qui mirabilis malleator fuit in omni fabrili arte metallorum.

V. Noe vero cum D. esset annorum, genuit Sem, Cham, et Japhet. Et cum multiplicassent homines super terram valde, ac ducerent uxores speciosas, in quarum formam exardescerent in concubitum, prout cujusque libido fuit, ex quibus Gigantes viri famosi potentes a saeculo geniti in populos flagitiosos crescerent, proclives in omne facinus, spreto divino timore, sine cultu religionis. Cum foret autem Noe solus justus placens Deo in generationibus suis, decrevit Deus servari de quaquumque specie, ad reparandum semen cujuslibet animantium: caetera autem universa per Diluvium perdere ac ulcisci, ab homine usque ad pecus, tam volatilium, quàm reptantium super terram. Instituit ergo Noe fabricari Arcam ex lignis elaboratis, et levigatis tabulamentis: altam XXX. cubitis, latam L. longam CCCX. et in cubitu consumatam, bitumine linitam intrinsecus et extrinsecus, divisam in mansiunculas et tristega.

In quam sic dispositam introivit Noe cum filiis, et uxoribus suis, ac introduxerunt nutu Dei ex omnibus animantibus mundis, ex feminis septena, ex immundis vero bina: escam similiter juxta propriam cujuslibet naturam convenientia ad vescendum pabula. Septimo autem die ab ingressu Arcae, quae fuit XVII. mensis secundi, excesserunt aquae terminos et confinia naturae, tantaque vis imbrium largissimorum est exorta, tam ingens aquarum abyssus invasit continuo incremento per dies quadraginta, scissis cataractis caeli, donec nedum superficiem totius orbis, sed universa montium cacumina sub undis involverent cubitis XV. altiores. Porro Arca ferebatur super aquam, ex qua consumpta est omnis caro, quae movebatur super terram, volucrum, animantium, bestiarum, omniumque reptilium, quae reptabant super terram, universi homines, et cuncta in quibus erat spiraculum vitae. Obtinueruntque aquae terras CL. diebus; et recordatus est Deus Noe, et omnium animalium, quae erant cum eo in Arca, adduxitque spiritum super terram, et cessavit aqua, et adaperti sunt fontes abyssi, et cataractae caeli: et cessavit pluvia de loco, et deficiebat aqua descendens de terra, et diminuebatur aqua post CL. dies, et sedit Arca in septimo mense XVII. die mensis super montes Ararath. Isti montes in Armenia superiore sunt secus Persas. Aqua autem magis diminuebatur, usque ad decem menses; decimo autem mense, primo die mensis visa sunt capita montium. Et factum est post XL. dies, aperuit Noe fenestram arcae quam fecerat, et dimisit corvum videre, si cessasset aqua a facie terrae; et exiens non est reversus ad eum. Et sustinuit donec siccaretur aqua a terra, et dimisit columbam a se, videre si aqua cessasset a facie terrae, et non inveniens columba requiem pedibus suis, reversa est ad eum in arcam: quia aqua erat super omnem faciem terrae. Extendens autem manus suas Noe accepit eam, et induxit eam apud se in arcam. Et sustinuit adhuc septem dies alios, et iterum dimisit columbam de arca, et reversa est ad eum columba ad vesperum, et habuit folium olivae cum surculo in ore suo. Et intellexit Noe, quia cessavit aqua a facie terrae. Et sustinuit Noe adhuc septem dies alios, et dimisit columbam, et non est ausa reverti ad eum. Tenuit ergo diluvium terram, donec siccaretur annum integrum. Postquam introivit autem Noe in arcam, septimo die inclusit Deus de foris fenestram Arcae, et XL. diebus, et XL. noctibus facta est pluvia, stetitque aqua CL. dies. Post istos dies clausi sunt fontes abyssi, et coepit aqua diminui. Septimo autem mense sedit Arca super montem Ararath. Diminuebatur autem aqua usque XI. menses. Prima autem die hujus mensis capita montium reliquorum visa sunt, et caetera ut supra. Postea Noe denudavit arcae tectum post annum integrum, et hoc ipsum Scriptura significat dicens: Et factum est in primo et DC. anno vitae Noe, primo die mensis, cum minuisset aqua a facie terrae, denudavit Noe tectum arcae, quod fecerat; et vidit quod defluxisset aqua a facie terrae. In secundo autem mense VII. et XX. die mensis siccata est terra; et Noe, et uxor ejus, et filii ejus, et uxores filiorum suorum cum eo, omnes bestiae, et omnia pecora, et omnia reptilia, quae moventur super terram, secundum genus suum, et omnia volatilia secundum genus eorum exierunt de Arca.

Ab Adam usque ad Diluvium sunt anni MMCCXLII. Secundum Hebraeorum numerum, anni MDCLVI. Et facti sunt omnes dies Noe anni DCCCCL. et mortuus est.

Filii Noe [1].

VI. Sem, Cham, et Japhet.

1 *Huc ergo spectat locus duorum Eclogariorum, sc. Syncelli Gr. et Samuelis Arm. qui duo ferè unanimiter transcripsisse videntur similia, si non ab Africano, ab hoc textu, qui Eusebii vulgò creditur apud Latinos: ita tamen ut ambo magis inter se, quam cum Lat. Hier. cod. congruant, quod testantur verba ipsa eclogariorum laudatorum modo sequenti.*

Ա. Ասաւել եւէս անուն, յառաջին համեմ տրանիխեան։	*Samuel Presbyter Aniensis in prima parte Chronicorum.*	*Georgius Syncellus Chronographus. p. 56 = 39.*
Սեմայ Ծնան որդիք Ե.	Sem (filio Noe) nati sunt filii V.	Ε'κ τοῦ Σὴμ τοῦ πρωτοτόκου υἱοῦ Νῶε ἐθνη κε'. οὕτως.
Էղամ. և. ի նմանէ էլիմացիք։	Elam; et ab eo Elimaei.	α'. Αρφαξάδ, ἀφ' οὗ Χαλδαῖοι.
և Ասուր. և. ի նմանէ ասորեստանեայք։	Et Asur; et ab eo Assyrii.	β'. Ελὰμ, ἀφ' οὗ Ελυμαῖοι.
և Աղբաքսադ. և. ի նմանէ քաղդեացիք։	Et Arphaxad; et ab eo Chaldaei.	γ'. Ασσὺρ, ἀφ' οὗ Ασσύριοι.
և Ղուդ. և. ի նմանէ զաղդացիք (լիւդացիք)։	Et Lud; et ab eo Lazonii (marg. Lydi).	δ'. Λουδ, ἀφ' οὗ Λυδοί.
և Արամ. և. ի նմանէ արամացիք, որ և ասորիք անուանին։	Et Aram; et ab eo Aramaei, quique Syri nominantur.	ε'. Αρὰμ, ἀφ' οὗ Σύροι.
Էս որդիք արամայ։	Et filii Aram.	Υἱοὶ Αρὰμ.
Հուս. և. ի նմանէ զաղացիք։	Hus; et ab eo Lagii.	ϛ'. Ως, ἀφ' οὗ Τραχωνῖται.
և Իդուէլ. և. ի նմանէ Հնուէլացիք։	Et Enul; et ab eo Enulii.	ζ'. Ουλ, ἀφ' οὗ Μαγαρδοί.
և Գաթեր. և. ի նմանէ գասփենացիք։	Et Gather; et ab eo Gasphenii.	η'. Γαθὲρ, ἀφ' οὗ Αρμένιοι.
և Մասոք. և. ի նմանէ մոսեհեացիք։	Et Mosoch; et ab eo Mosenii.	θ'. Μοσὸχ, ἀφ' οὗ Μεσήνιοι.
Էս որդի արփաքսադայ սաղա.	Filius autem Arphaxadis Sala.	Υἱοὶ Αρφαξάδ.
և որդի սաղայի Էբեր. և. ի նմանէ եբրեացիք։	Et filius Salae Eber; ab eoque Hebraei.	ι'. Καϊνὰν, ἀφ' οὗ Γασφηνοί.
Էս որդիք Եբերայ՝ Փաղէկ. և. ի նմանէ կարգն աբրահամեան. և. Յեկտան։	Et filii Eber, Phalec, a quo ordinatur generatio Abrahae; et Jectan.	ια'. Σαλὰ, ἀφ' οὗ Κοσαῖοι. ιβ'. Εβὲρ, ἀφ' οὗ Εβραῖοι.

Filii Sem.

Elam, unde Elamitae.
Assur, unde Assyrii.
Arphaxad, unde Arabi. (al. Aradii.)
Lud, unde Lydii.
Aram, unde Syri; Aramei autem Syriaci dicuntur. Filii Aram, Us, et Ul, et Gater, et Mosoch gentes barbarorum sunt secus Persas.

Filii Cham.

Chus, unde Aethiopes.
Mestre, unde Aegyptii.
Furfur (al. Phutphut), unde Aethiopum gens.
Chanaanaei, (unde) Chananaei.
Filii autem Chus, Saba, unde Sabaei dicti. Ab ista terra regina venit videre sapientiam Salomonis. Evilat, gens Evilea.

Եւ յեկամայ Լևին որդիք գ՟.
Ասաքինն եզմովդաթ, և՝ ի նմանէ Հնդիկք։
և Սաղէք. և՝ ի նմանէ բակտրիանոք։
և Ասարմովթ. և՝ ի նմանէ արաբացիք։
և Յարաք. և՝ ի նմանէ յարաքացիք։
և Զոգոռամ. և՝ ի նմանէ կամէղացիք։
և Եղեզ. և՝ ի նմանէ արիանացիք։
և Դեկղա. և՝ ի նմանէ կեդրուսացիք։
և Գեբաղ. և՝ ի նմանէ սկիւթացիք։
և Աբիմէլ. և՝ ի նմանէ վրկանիկք։
և Սաբէի. և՝ ի նմանէ արաբացիք առաջին։

Jectani autem fiunt filii XIII.
Primus Elmodad; et ab eo Indi.
Et Salech; ab eoque Bactriani.
Et Asarmoth; ab eoque Arabes.
Et Jarach; ab eoque Jarachii.
Et Zodoram; ab eoque Camelii.
Et Jezel; ab eoque Arianei.
Et Decla; ab eoque Cedrusii.
Et Gebal; ab eoque Scythi.
Et Abimiel; ab eoque Hyrcani.
Et Sabei; ab eoque Arabes primi.

ιγ՟. Φαλὲκ, ἀφ՟ οὗ Βακτροί.
ιδ՟. Ελμωδὰδ. ἀφ՟ οὗ Ινδοί.
ιε՟. Ιεκτὰν, ἀφ՟ οὗ Μαδιναῖοι.
ις՟. Αραβωὰθ (vel Σαρμωὰθ), ἀφ՟ οὗ Αραβες.
ιζ՟. Ιέουρὰμ, ἀφ՟ οὗ Καμήλιοι.
ιη՟. Δερὰ, ἀφ՟ οὗ Μῆδοι.
ιθ՟. Ιεζιὰ, ἀφ՟ οὗ Αριαδνοί.
κ՟. Δεκλὰ, ἀφ՟ οὗ Κεδρούσιοι.
κα՟. Γεμὴλ (vel Γεβὴλ), ἀφ՟ οὗ Σκύθαι.
κβ՟. Αβιμεὴλ, ἀφ՟ οὗ Υρκανοί.
κγ՟. Σαβὰ, ἀφ՟ οὗ Αραβες Ινδῶν (infrà, ἀρχαῖοι).
κδ՟. Οὐφεὶρ, ἀφ՟ οὗ Οὐαρναῖοι.
κε՟. Εὐειλὰ, ἀφ՟ οὗ γυμνοσοφισταί.

Եւ տայ Ովփիր, և՝ Եւիղա, և՝ Յովբաբ. և՝ ի նմանէ արամացիք։
և Զեւղա. և՝ ի նմանէ գիմնոսոփիստայք։
և Յովաբ. և՝ ի նմանէ արադացիք։
Սոքունքին սպառ որդիք յեկամայ եղեալ փոսի կայ։ Եւ ելն բնակութիւն սոցա՝ ի մասեաց՝ մինչև գալ՝ ի սպերիայ լեառն արևելից։ Եւ այլաւ ասի, թէ և բնակութիւն ամենայն որդւոցն սեմայ՝ ի բակտրոնէ մինչև՝ յարևմտեան, որ մինչև ընդ ասորիս և ընդ եգիպտաս և ընդ ծովն կարմիր, ի բերանոյ ծովուն՝ որ է յանդիման ասիոյ, այսինքն հնդկաց աշխարհին։

Omnes isti filii Jectan fratris Phalec. Fuit autem habitatio istorum a Masis usque veniatur in Spheram montem Orientis. Alibi vero dicitur, quod habitatio omnium Sem filiorum est a Bactris usque Rhinocorura Syriam, et Aegyptum, et mare rubrum disterminantia, ab ore maris, quod est è regione Asiniae, Indiae videlicet.

Οὗτοι πάντες ἐκ τοῦ Σὴμ καταγονται, ὧν ἡ κατοικία ἐστὶ κατὰ μῆκος κόσμου, ἀπὸ Βακτρῶν καὶ Ινδικῆς, ἕως Ρινοκορούρων τῆς ὁριζούσης Συρίαν, καὶ Αἴγυπτον, καὶ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν, ἀπὸ στόματος τοῦ κατὰ Αρσινόην τῆς Ινδικῆς, (κατὰ πλάτος μὲν ἀπὸ Περσίδος καὶ Βακτρῶν, ἕως Ινδικῆς)....

Որդիք քամայ Ե՟.

Ասաքինն Քուշ. և՝ ի նմանէ քուշացիք։
և Մեսրայիմ. և՝ ի նմանէ եգիպտացիք։
և Փուդ, և՝ ի նմանէ տրոգլադացիք։
և Քանաան, և՝ ի նմանէ ափրիացիք, և փիւնիկեցիք։

Filii Cham v.

Primus Chus: et ab eo Chusii.
Et Mestraim: et ab eo Aegyptii.
Et Phud: et ab eo Troglitae.
Et Chanaan: et ab eo Aphrii, Phoenicesque.

Εχ τοῦ Χὰμ τοῦ δευτέρου υἱοῦ Νωε ἐθνη λβ՟. οὕτως..

Τίοὶ Χὰμ (....)

α՟. Χους, ἐξ οὗ Αἰθίοπες.
β՟. Μεστραὶμ, ἐξ οὗ Αἰγύπτιοι.
γ՟. Φοὺδ, ἐξ οὗ Τρωγλοδύται.
δ՟. Χαναὰν, ἐξ οὗ Χαναναῖοι (.....)

Եւ որդիք քուշայ։

Սաբա.
Եւիլա.
և Սաբաաթի.
և Իեգմայ.
և Սաբակաթայ։

Et filii Chus.

Saba.
Evila.
Et Sabaath.
Et Regma.
Et Sabacatha.

Τίοὶ Χους (....)

ε՟. Σαβὰ, ἐξ οὗ Σαβάτ.
ς՟. Εὐιλὰ, ἐξ οὗ Γαγγινοί.
ζ՟. Σαβαθὰ, ἐξ οὗ Σαβῖνοι.
η՟. Ρεγμὰ, ἐξ οὗ Ιχθυοφάγοι.
θ՟. Σαβαθακὰ, ἐξ οὗ ...

Եւ որդիք ռեգմայ։

Սաբա,
և Ջուդադան։
Դարձեալ ասէ ածային գիրն, Քուշ ծնաւ զՆեբրովթ. նա սկսաւ լինել սկայ ....։
Եւ մեսրայիմ հայր եգիպտացոցն ծնանի զՂուդիմ. և՝ ի նմանէ ելիպացիք.
և զԱինեիմ. և՝ ի նմանէ պամփիլացիք.
և զԱբիմ. և՝ ի նմանէ լիբիացիք.
և զԵնեփթաղին.
և զՊաթրոսաեիմ. և՝ ի նմանէ կրետացիք.
և զՔասլոիեիմ, և՝ ի նմանէ լիկիացիք, յորմէ ելին փղշտացիք.
և զԿափթորիմ. և՝ ի նմանէ դակիացիք։

Et filii Regma.

Saba.
Et Judadan.
Iterum dicit Divina Scriptura: Chus genuit Nebroth; ipse coepit esse gigas ....
Mestraim autem pater Aegyptiorum generat τὸν Ludiim; a quo Elidii.
Et Sineim; a quo Pamphylii,
Et Albim; a quo Libyes.
Et Nephthalim.
Et Patrosoniim; a quo Cretenses.
Et Chasliniim; ab eoque Licaei: unde exierunt Philistei.
Et Capthorim; et ab eo Dacaei.

Τίοὶ Ρεγμὰ.

ι՟. Σαβὰ, ἐξ οὗ Μαρμαρῖται.
ια՟. Ιουδαδὰν, ἐξ οὗ Φοίνικες.
ιβ՟. Νεμβρωδ, ἐξ οὗ γίγαντες.
ιγ՟. Λουδιεὶμ, ἐξ οὗ ...
ιδ՟. Νεμετιεὶμ, ἐξ ὧν ....
ιε՟. Λαβιεὶμ, ἐξ ὧν (marg. Λιβύες).
ις՟. Νεφθαβιεὶμ, ἐξ ὧν ....
ιζ՟. Πατροσονιεὶμ, ἐξ ὧν ....
ιη՟. Χασλονιεὶμ, ἐξ ὧν ....
ιθ՟. Φυλιστιεὶμ, ἐξ ὧν ...
κ՟. Καφθονιεὶμ, ἐξ ὧν (...)

Եւ քանաան ծնաւ

ԶՍիդոն զանդրանիկ իւր. և՝ ի նմանէ սիդոնացիք։
և զԲեեւսացին.
և զԻեբուսացին.
և զԱմորհացին.
և զԳեդեգեսացին.
և զԵւհացին.
և զԱրուկացին. ուստի արուդացիք.
և զԱմինացին.

Chanaan autem genuit

τὸν Sidon primogenitum suum; a quo Sidonii.

Et Chetaeum.
Et Iebusaeum.
Et Amorrheum.
Et Gergesaeum.
Et Chevaeum.
Et Arucaeum; unde Tropolitae.
Et Aminaeum.

Τίοὶ Χαναὰν, ὧν πρωτότοκος Σιδὼν,

κα՟. Σιδὼν, ἐξ οὗ Σιδώνιοι.
κβ՟. Χατλαῖος, ἐξ οὗ (marg. Χετταῖοι).
κγ՟. Ιεβουσαῖος, ἐξ οὗ Ιεβουσαῖοι.
κδ՟. Αμορῥαῖος, ἐξ οὗ Αμορῥαῖοι.
κε՟. Γεργεσαῖος, ἐξ οὗ Γεργεσαῖοι.
κς՟. Εὐαῖος, ἐξ οὗ Εὐαῖοι.
κζ՟. Αρουκαῖος, ἐξ οὗ (marg. Αρουκαῖοι).
κη՟. Ασεννεῖος, ἐξ οὗ ....

Filii Iaphet.

Gomer (al. Gamer), et Magog, et Madai, et Jaynan, Elissa, et Thobel, et Mosoth, et Thiras. Filii Gamer (al. Gomer), Aschonez (al. Aschenaz), unde gentes Gothicae.

Nationes Sem.

VII. Arphaxad genuit Salam, Sala autem genuit Heber, unde Hebraei. Filii autem Heber, Phalec, et Jectan. Jectan autem genuit Elmodad, et Saleph, et Asarmoth, et Jareth, et Adoram, et Aizal, et Decla, et Abimael, Saban, et Uphir, et Evilat, et Jobab. Hi omnes sunt filii Jectan. Et facta est habitatio ipsorum a Masse usque dum veniatur in Sephar montem orientis. Hi filii Sem in tribus suas, secundum linguas suas, in regiones suas, et nationes suas.

Nationes Cham.

VIII. Sabatha, et Regma, Sabathaca. Filii autem Regma, Seba, et Dadan. Chus autem genuit Nemroth. Hic coepit esse gigas super terram, venator ante Dominum. Et factum est initium regni ejus Babylon, Arach (al. Oreg.) et Acad, et Jacar, et Chalanne, in terra Senaar, ubi statuit Nabuchodonossor statuam suam. Et Mesaraim (al. Mestrem) genuit Ludim, et Anamiim, et Labiim, et Nephthuiim, et Phetrusiim (al. Patrosoniim), et Celuim (al. Casloniim): unde egressus est inde Philistiim et Caphthurim. Chanaan autem genuit Sidona primogenitum, et Cethaeum, et Jebusaeum, et Amorrhaeum, et Gergesaeum, et Arachaeum (al. Arucheum), et Samaraeum, et Amathaeum. Hi sunt filii Cham in tribus suas, secundum linguam suam, et in terris suis, et gentibus eorum.

Nationes Japhet.

IX. Gomer, et Magog, et Madai, et Jaynan, et Thobal, et Mosoch, et Thiras. Et filii Gomer, Aschonez, et Riphath, et Thogorma. Et filii Jaynan Elissa, et Tharsis, Citii, Rhodii. Ab his divisae sunt insulae gentium in terra eorum, unusquisque secundum linguam suam in tribubus suis, et gentibus suis.

X. Sem filius Noe cum esset annorum c. genuit Arphaxad secundo anno post diluvium. Et vixit Sem postquam genuit Arphaxad annis d. et genuit filios et filias, et mortuus est. Arphaxad cum esset annorum cxxxv. genuit Cainam. Et vixit Arphaxad postquam genuit Cainam, annis ccccxxx. et genuit filios ei filias. Cainam cum esset annorum cxxx. genuit Sala. Et vixit Cainam postquam genuit Sala, annis cccxxx. et genuit filios et filias, et mortuus est. Sala cum esset annorum cxxx. genuit Heber. Et vixit Sala postquam genuit Heber, annis ccc. et genuit filios et filias, et mortuus est. Heber cum esset annorum cxxxiv. genuit Phalec. Et vixit Heber postquam genuit Phalec, annis cccLxx, (al. ccLxx.) et genuit filios et filias, et mortuus est. Phalec cum esset annorum cxxx. genuit Rhagau. Et vixit Phalec postquam genuit Rhagau, annis ccix. et genuit filios et filias, et mortuus est. Rhagau cum esset annorum cxxxii. genuit Seruch. Et vixit Rhagau postquam genuit Seruch, annis c. (al. ccvii.) et genuit filios et filias, et mortuus est. Seruch cum esset annorum cxxx, genuit Nachor. Et vixit Seruch postquam genuit Nachor, annis

և ԱՒրբագիան. և 'ի նմանէ արտագային.
և ԱՒմրին, և 'ի նմանէ որթոսեցիք.
և ԱՒմաթի, և 'ի նմանէ ամաթուսացիք. (....)
Ընդ ամենայն՝ լԲ. (.....) Եւ այլուր ասի, թէ բնակութիւն սոցա յարեւմտից մինչև 'ի գադիրան ընդ կողմ հարաւոյ.

Et Auradeum; a quo Aradaei,
Et Samrin; a quo Orthosaei.
Et Amathi; a quo Amathusii. (....)
Omnes xxxii. (....) Alibi autem dicitur, quod habitatio istorum a Rhinocororis usque ad Gades per meridiem.

κδ'. Αράδιος, ἐξ οὗ Αραδες.
λ'. Σαμοραῖος, ἐξ οὗ Ορθοσιασται.
λα'. Αμαθί, ἐξ οὗ Αμαθούσιοι.
Οἱ πάντες σὺν τῷ Χάμ λβ'. Τούτων δὲ ἡ κατοικία, ἀπὸ Ρινοκορούρων ἕως Γαδείρων, τὰ πρὸς νότον. (...)

Ընդ որդիս Յափեթի.

Գամեր, և 'ի նմանէ գամիրք.
և Մագովգ, և 'ի նմանէ կելտք և գալատացիք.
և Մադա, և 'ի նմանէ մարք.
և Յաւան, և 'ի նմանէ հելլէն և յոնիք.
և Եղիսա. և 'ի նմանէ թեսսալք.
և Մոսոք. և 'ի նմանէ լիւրիկեցիք.
և Թիրաս. և 'ի նմանէ թրակացիք.
և Քեւտիմ. և 'ի նմանէ մակեդոնացիք.

Filii Japheth.

Gamer, et ab ipso Gimmeri.
Et Magog, ab ipsoque Celti et Galatae.
Et Mada, ab ipsoque Medi.
Et Javan, ab ipsoque Elleni et Jones (Graeci).
Et Elisa. Et Thobel, ab ipsoque Thessali.
Et Mosoch, ab ipsoque Illyrici.
Et Thiras, ab ipsoque Thraces.
Et Cheteim, ab ipsoque Macedones.

Υἱοὶ Ιάφεθ (...)

α'. Γόμερ, ἐξ οὗ Καππάδοκες.
β'. Μαγώγ, ἐξ οὗ Κέλτοι, οἱ καὶ Γαλάται.
γ. Μαδαί, ἐξ οὗ Μῆδοι.
δ'. Ιωυάν, ἐξ οὗ Ελληνες, οἱ καὶ Ιωνες.
ε'. Θωβέλ, ἐξ οὗ Θετταλοί.
ς'. Μοσόχ, ἐξ οὗ Ιλλυριοί.
ζ'. Θείρας, ἐξ οὗ Θρᾷκες.
η'. Χεττελείμ, ἐξ οὗ Μακεδόνες.

Եւ որդիք Գամերայ.

Աշքանազ. և 'ի նմանէ սարմատք.
և Րիփաթ. և 'ի նմանէ սորոմատք.
և Թորգոմ. և 'ի նմանէ հայք.

Filii autem Gamer.

Aschanaz, et ab ipso Sarmatae.
Et Rhiphat, et ab ipso Sauromatae.
Et Thorgom, et ab ipso Armenii.

Οἱ υἱοὶ Γάμερ τοῦ υἱοῦ Ιάφεθ.

θ'. Ασχανᾶς, ἐξ οὗ Ρηγῖνες.
ι'. Ριφάθ, ἐξ οὗ Σαυρομάται.
ια'. Θοργαμά, ἐξ οὗ Αρμένιοι.

Եւ որդիք Յաւանայ.

Եղիսա, և 'ի նմանէ սիկիլացիք և աթենացիք.
և Թարսիս. և 'ի նմանէ վիրք և սուրբինացիք.
և Կիտիս, ասասի հռոմք և լատինացիք, և ռոդացիք.

Filii vero Javan.

Elisa, et ab ipso Siculi, et Athenienses.

Et Tharsis, a quo Iberi, et Tyrinaei.
Et Citiis, unde Romani, et Latini, et Rodii.

Οἱ υἱοὶ Ιωυάν (marg. Ιαυάμ.)

κβ'. Ελισσά, ἐξ οὗ Σικελο'.

κγ'. Θαρσεῖς, ἐξ οὗ Ιβηρες.
κδ'. Κίτιοι, ἐξ οὗ Λατῖνοι, οἱ καὶ Ρωμαῖοι.
κε'. Ρόδιες, ἐξ οὗ Ρόδιοι.

Եւ ի սոցանէ մեհենեցան կղզիք ազգաց յերկիր իւրեանց։ Ընդ ամենայն ազգ եՃ։

Եւ աշխարհ սորա 'ի մարաց մինչև 'ի սպանիա. որ ձգի մինչև 'ի յովկիանոս, և հայի ընդ հիւսիսոյ։ Եւ ապա թաւալ ագռա ծով, և սահմանս նոցա 'ի մարաց ընդ կողմ հիւսիսոյ մինչև 'ի գադիրան. և ձգին 'ի պատամիոս գետոյ մինչև 'ի մասաուսիա, որ ի հելեոն։

Ex τούτων ἀφορίσθησαν νῆσοι τῶν ἐθνῶν ἐν τῇ γῇ αὐτῶν (...). ὁμοῦ ἔθνη ἑβδομήκοντα δύο (...). Τὰ δὲ τοῦ Ιάφεθ ἔθνη ἀπὸ Μηδίας ἕως τοῦ ἑσπερίου Ωκεανοῦ κατέσπαρται βλέποντα πρὸς βορρᾶν. Μῆδοι, Αλβανοί (etc. ferè 50. nomina....) ἐστι δὲ κατὰ μῆκος τὰ ὅρια ἀπὸ Μηδίας ἕως δυτικοῦ Ωκεανοῦ τὰ πρὸς βορρᾶν. ὅρος δὲ ἀπὸ Ταναΐδος ποταμοῦ, ἕως Μαστουσίας τῆς κατὰ ἥλιον (vel Ηλιον).

1 *Quis non videt magnam esse affinitatem inter hos eclogarios, et inter Latinum Anonymum repertum in nonnullis Hieronymi codicibus? Contra vero quis non videt majorem inter ipsos elucere similitudinem in describendis singulis nationibus, quae desiderantur in Lat. lectione Hier. sicut etiam in epilogis, qui pariter apud Hier. desiderantur? Ita ut fatendum omnino sit, aut mutilatam esse interpretationem vel editionem Hieronymi, aut Samuelem, et Syncellum, qui pleniorem referunt lectionem, non ex Eusebio, sed ex Africano, aut ab altero auctore haec mutuatos fuisse. Si primum concedas, Eusebio adscribendum putabis hoc Exordium libri quoad sensum. Si secundum, incertum ejus auctorem dixeris.*

cc. et genuit filios et filias, et mortuus est. Nachor cum esset annorum LXXIX. genuit Thare. Et vixit Nachor postquam genuit Thare, annis CXXV (al. CXXIX.) et genuit filios et filias, et mortuus est. Thare cum esset annorum LXX. genuit Abram, et Nachor, et Aram. Aram autem ante conspectum patris sui mortuus est, reliquitque filium, qui nominabatur Loth, quem socium habuit Abram. Ab anno Diluvii usque ad nativitatem Abrae sunt anni MLXXII. Thare iste post mortem filii sui Aram adduxit omnes suos de sua regione et provincia Assyriorum, ubi nati fuerunt, et Abraam, et Nachor, et Aram mortui filium, et venit in terram Charan (al. Chanaan), et habitavit ibi annis CCV. et mortuus est in Charan, ubi habitavit in regione Chananaeorum. Hujus Thare anno XXVIII. Assyriorum rex primus Belus mortuus est, quem Assyrii Deum nominaverunt, et alii dicunt Saturnum, atque filio suo regnum tradiderunt: vocabatur autem Ninus. Hujus Thare anno XLIX. Sicyoniorum in Graecia regnavit Europs, defuncto Aegialeo, qui primus Sicyoniorum regnavit: ex quo tepritorium Peloponnesiorum Aegialea vocabatur.

XI. Nachor vir, Melcha conjux. Filii Melchae, Ox, Baux, Camuel, Cazat, Axau, Pheldas, Jeldat, Bathuel. Iste est, qui supra Bathuel, ex quo Rebecca: haec est uxor Isaac. Concubina (Nachor) Regma. Filii Regmae, Chaman, Tabee, Thocos, Maacha. Nascuntur ergo ex Nachore et Melcha uxore filii octo, atque neptis Rebecca, quae fuit uxor Isaac: et ex Regma concubina nascuntur filii quattuor. Omnes ergo filii Nachor duodecim.

Abraam maritus, Sara uxor. Isaac filius. Filii Isaac, Esau, Jacob. Concubina Agar, ancilla Sarae. Ex Agar Ismael. Filii Ismael, Nabeoth, Cedar, Nabdeel, Massa, Masna, Iduma, Masse, Codar, Theman, Jethur, Naphas, Cedma. Cethura uxor Abrahae. Filii Cethurae sex, Zambram, Iectan, Madat, Madiam (al. Maziam), Iesboch, Sobe. Filii Iecdan tres, Saba, Theba, Dadan. Filii Maziam quinque Sephar, Gephar, Enoch, Abira, Regali. Filii autem Dadan quinque, Raguel, Nabdeel, Assurum, Latusim, Jomim.

Μωϋσέα γένος Εβραῖον προφητῶν ἁπάντων πρῶτον ἀμφὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, λέγω δὲ τοῦ Χριστοῦ, ἀμφί τε τῆς τῶν ἐθνῶν δι' αὐτὸν θεογνωσίας χρησμοὺς καὶ λόγια θεῖα γραφῇ παραδεδωκότα τοῖς χρόνοις ἀκμᾶσαι κατὰ Ιναχον εἰρήκασιν ἄνδρες ἐν παιδεύσει γνώριμοι, Κλήμης, Αφρικανός, Τατιανὸς τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου, τῶν τε ἐκ περιτομῆς Ιώσηππος καὶ Ιοῦστος, ἰδίως ἕκαστος τὴν ἀπόδειξιν ἐκ παλαιᾶς ὑποσχόντες ἱστορίας. Ιναχον δὲ τῶν Ιλιακῶν ἔστησαν ἑπτακοσίοις πρεσβεύειν. Ελληνικῶν δὲ φιλοσόφων, ὃς τις ποτε ἦν ἐκεῖνος ἀνὴρ ὁ τὴν καθ' ἡμῶν συσκευὴν προβεβλημένος, ἐν τῇ δ'. τῆς εἰς μάτην αὐτῷ πονηθείσης καθ' ἡμῶν ὑποθέσεως, πρὸ τῆς Σεμιράμεως χρόνων τὸν Μωσέα γεγονέναι φησίν. βασιλεύει δὲ Ασσυρίων ἡ Σεμίραμις πρόσθεν ἔτεσι ν'. πρὸς τοῖς ρ'. ὥστε εἶναι κατὰ τοῦτον τῶν Τρωϊκῶν Μωσέα πρεσβύτερον ν'. καὶ ὀκτακοσίοις ἔτεσιν. Ἐγὼ δὲ περὶ πολλοῦ τὸν ἀληθῆ λόγον τιμώμενος, καὶ τὸ ἀκριβὲς ἀνιχνεύσαι διὰ σπουδῆς προυθέμην, ἔνθεν ὁρμηθεὶς ἐν μὲν τῇ πρὸ τούτης συντάξει ὕλας ἐκπορίζων ἐμαυτῷ, χρόνων ἀναγραφὰς συνελεξάμην παντοίας, βασιλείας (τε) τῶν Χαλδαίων, Ασσυρίων, Μήδων, Περσῶν, Λυδῶν, Εβραίων, Αιγυπτίων, Αθηναίων, Αργείων, Σικυωνίων, Λακεδαιμονίων, Κορινθίων, Μακεδόνων, Ρωμαίων, Συρακοσίων, Καρχηδονίων, Μασσαλιωτῶν, Περγαμηνῶν, Ιουδαίων, Αλεξανδρέων, Αντιοχέων, Ιεροσολυμιτῶν, Ιταλιωτῶν, Καππαδόκων, Ἀρμενίων, Περσῶν, Παρθυαίων, Ἀδιαβηνῶν, Ἀτραηνῶν, Ἀραβ

niorum, Corinthiorum, Thessalorum, Macedonum, Latinorum, qui postea Romani nuncupati sunt [1]. (. . .)

In praesenti autem stilo eadem tempora contra se invicem ponens, et singularum gentium annos dinumerans, ut quid cuique coaetaneum fuit, ita curioso ordine coaptavi [2]. Neque me fugit, in Hebraeis codicibus dissonos aetatum annos inveniri, plusque vel minus [3], prout interpretibus visum est, lectitari: sequendumque illud potius, quod exemplariorum multitudo in fidem traxit. Verum utquumque quis volet computet, et reperiet Inachi temporibus, quem primum Argis regnasse ajunt, Patriarcham Hebraeorum fuisse Israelem, a quo duodecim Judaeorum tribus Israelis vocabulum sortitae sunt: Semiramim autem et Abraam contemporales fuisse, manifestum est. Nam Moses, licet junior supradictis sit, omnibus tamen, quos Graeci antiquissimos putant, senior deprehenditur. Homero scilicet et Hesiodo, Trojanoque bello, ac multo superior Hercule, Musaeo, Lino, Chirone, Orpheo, Castore, Polluce, Aesculapio, Libero, Mercurio, Apolline, et caeteris diis gentium, sacrisque vel vatibus, ipsius quoque Jovis gestis, quem Graecia in arce divinitatis collocavit [4]. Hos, inquam, omnes quos enumeravimus, etiam post Cecropem Diphyem primum Atticae regem fuisse convincimus. Cecropem autem praesens historia Mosi coaetaneum ostendit, et antecedere Trojanum bellum annis CCCLXXV. Quod, ne cui dubium videatur, sequens ratio sic probabit.

լոց գործոյս զՀամօրէն ինձ [1] Թագաւորաց զԺամանակս նախանշանակեցի, քաղդէացւոց, ասորեաստանեայց, մարաց, պարսից, լուդացւոց, հեբրայեցւոց, եգիպտացւոց, աթենացւոց, արգիւացւոց, սիկիւոնացւոց, լակեդեմոնացւոց, կորնթացւոց, թեսաղացւոց, մակեդոնացւոց, լատինացւոց, որք յետոյ հռոմայեցիք յորջորջեցան (. . .):

Իսկ յառաջիկայդ ոՃ (կամ ոՃամ) զնոյն ժամանակս հանդէպ միմեանց առընթեր եդեալ, և զիրարանցիւր ազգաց զամս ՚ի Թիւ արկեալ, Թէ ո՞ւմ հասակակից գասա, զայսօրինակ հետաքննին (կամ կանոնաւոր) կարգաւ յերիւրեցի: Իսկ չեմ ինչ անաչեզակ, Թէ առ հեբրայեցի մատեանս անմիաբան գտանին ամք հասակաց (կամ գարուց), սակայն կամ նուազ, որպէս և զիարդ տեսեալ եղև վերծանել Թարգմանչաց, և հետևելի գոլ զոյն առաւել, զոր արժանահաւատ ընծայք բազմութիւն օրինակաց: Իսկզբ արդ երկոտասան ցեղք հրէից զիսրայէլ անուն ընկալան. և զայս միտամ և զբրահամ ժամանակակից լինել յայտ է: Իսկ մովսէս մինչև Թէպետև կրտսերագոյն իցէ քան զնա եհասանեալ, բայց քան զամենեսին՝ ըզբս յոյժ ամենայնիւ հինս համարին, երիցագոյն գտանի. այսինքն քան զՀամերոս, և զՀեսիոդոս, և քան զտրոյական պատերազմ. և յոյժ վերագոյն քան զՀերակղէս, զմինոս, զղինոս, զբերսեն, զորփէոս, զկաստորն և զպոլղուքս (որ են դիոսկուրք), և զասկղեպիոս, զբաքոս, զերմէս, զապողոն, և քան զայլ դիս հեԹանոսաց, և զօրքազանութիւնս կամ զիշձս, և քան զարամազդայ զկռաւին զգործս, զոր յուշադատն յամենն ածութեան զետեղեցոյց: Օ սուտս ամենեսին ասեմ, զորս ՚ի Թիւ արկաք, յետոյ լինել քանզ ցուցանեմք և քան զկեղծս երկոցս զառաջին Թագաւոր առտիկեայ. իսկ զկեղծսդ պատմութիւնս առաջիկայ Հասակակից մովսէսի ցուցանեմ գոլ, և յառաջիկ քան զտրոյականն պատերազմ յՀե ամաք: Իսկ զի մի երկբայելի ումեք եբևեսցի այդ, առաջիկայս քան այսպիս Հաւատարմագոյս:

1 Supplendum ex Gr. vel ipsis, qui Hieronymum ediderunt, non adversantibus, *simul fiunt* XV *(regna)*. Sed minime ferenda est Scaligeri assertio absoluta, cum statuit; ait enim: » de quibus (quindecim) regnis duo perjerunt in Canone, Chaldaicum, et Thessalicum «; non enim *perierunt*, sed ultro omissa, vel interclusa sunt: haud enim dicit auctor se in canone quindecim regna posita, sed ea priori quidem in libro praemisisse, ex quibus quicquid scitu dignum possit erui, et in Canonis normam reduci, hic peracturum. Atqui Canon initium ducit a Nino et Abraamo; Chaldaicum verò regnum ab Eusebio memoratum diu ante fuit; id enim pertinet ad imperium Chaldaeorum, quos ante diluvium extitisse juxta profana commentaria primo illo libro prodiderat: quomodo ergo vult Scaliger eos post Ninum collocari in Canone? Sin autem alios requirit Chaldaeorum reges in Canone reponendos, facile potuit Chaldaeorum nomine Assyrios in Canone repertos intelligere, atque ita statim reperiret, quod periisse dolet. Idem de Thessaliae regibus dicendum est, etenim Thessalos hic memoratos auctor primo libro jam dixerat non alios habuisse reges, quam eos, qui in Macedonas regnabant. Ignoscendus profecto hic error esset Scaligero, ut pote cui prior liber praesto non erat, nisi ipse se eum habere putavisset, neque tam libere locutus fuisset, tamquam omnia sibi nota essent. Adde quod poterat haec nullo negotio consequi vel ex Gr. fragmentis, quae in usum prioris partis ipse congesserat.

2 Haec lectio, quam et Vallarsius tenet *συντάξιν*, probat et alteram paulo superiorem, ubi quamvis Goar, *προτάξει* legat, Scal. tamen *συντάξει* legerat. Quod autem dicit Vall. de Scal. » Penes eundem *συντάξει*, quod vereor ne ipse ex praeconcepta opinione rescripserit pro *προτάξει* «, nihil est; nam quodvis nomen eligat, non inficias ibit librum integrum intelligi, neque ut ipse ait, *praeviam operis ordinationem*, qualem putat praefationem cum exordio libri. Librum, inquam, integrum: si enim Canon, Epitome, sive Breviarium anterioris partis a cunctis appellatus, *Liber* sine controversia dici potest, priorem partem, prolixam quidem, hoc nomine non appellabimus? Verum ut huriane Vallarsius erravit, ita inhumaniter Scaliger et Clericus contra D. Hieronymum exarserunt, eo quod latiori sensu integrum sermonis membrum ita reddiderit: *ita curioso ordine coaptavi*; quasi vir ille doctissimus ignoraret verum sensum Gr. lectionis Χρονικοῦ Κανόνος *συντάξιν ἐποιησάμην*. sc. *Chronici Canonis constructionem confeci*. Ut enim prudenter putat Vallarsius, p. 15. a. » Qui ea (Eusebii vocabula) nescierit, illum, manifestum est, Graece penitus nescisse. E contrario quam probe calluerit magnus Hieronymus Graecas literas, nihil opus est dicere. Constatque adeo, noluisse illum verbis contentiosius inhaerere, sicque paululum ablusisse, quando nullum erat boni sensus dispendium «. Utinam ubique hac ratione constantissima uteretur Vallarsius, neque, ut passim, gratis concertaret de verbis paulo aliter ab Hieronymo redditis.

3 Non minus Graeca, quam Latina hujus loci lectio, animos lectorum utriusque nationis agitavit commovitque contra Eusebium. Quum enim certissimum sit, inquiunt, septuaginta seniorum traditionem annis progredi *abundantioribus*, ut contra, Hebraicum textum *minutioribus*, quomodo ergo polliceri potest Eusebius *ἐλάσσω*, seu *minorem* sequi dinumerationem, cum reapse ubique alteram usurpare soleat *πλεονά-*

Ἰώνων, Θετταλῶν, Μακεδονίων, Λατίνων, οἷς ὕστερον γέγονεν ἐπίκλην ὄνομα Ρωμαῖοι. ὁμοῦ γίνονται ιέ.

Ἐν δὲ τῷ παρόντι ἐπὶ τὸ αὐτὸ τοὺς χρόνους συναγαγών, καὶ ἀντιπαραθεὶς ἑκάστῳ ἔθνει τῶν ἐτῶν ἀριθμόν, Χρονικοῦ Κανόνος σύνταξιν ἐποιησάμην. Εὑρών τε παρ' Εβραίοις διαφόρους τῶν χρόνων ἀποδόσεις, τὴν μὲν πλεονάζουσαν, τὴν δὲ ἐνδέουσαν, τάυτην μετῆλθον. πλὴν ἀλλὰ καὶ οὕτως κατὰ μὲν Ιναχον, ὃν πρῶτον Ελληνες Ἄργους βασιλεῦσαί φασι, τὸν Εβραίων προπάτορα Ισραὴλ γενόμενον εὗρον, ἐξ οὗ τὸ δωδεκάφυλον τοῦ Ιουδαίων ἔθνους τῆς τοῦ Ισραὴλ ἐπωνυμίας ἠξιώθη. Κατὰ δὲ Σεμίραμιν τὸν Αβραὰμ Χαλδαῖον μὲν τὸ γένος, ἄλλως γε ἄνδρα θεοφιλῆ καὶ πρῶτον τῶν παρ' Εβραίοις προφητῶν εἶναι πεπιστευμένων. Μωσέα δὲ, φιλαλήθως εἰπεῖν, τούτων μὲν νεώτερον, τῶν δὲ παρ' Ελλησιν ἀρχαιολογουμένων πρεσβύτατον, Ομήρου λέγω, καὶ Ησιόδου, καὶ αὐτῶν τῶν Τρωϊκῶν, καὶ ἔτι Διοσκόρων, Ασκληπίου, Διονύσου, ἡρώων τε πάντων, Ερμοῦ τε καὶ Απόλλωνος, τῶν τε λοιπῶν παρ' Ελλησι θεῶν, μυστηρίων τε καὶ τελετῶν, Διός τε αὐτοῦ πράξεων τῶν παρ' Ελλησι μνημονευομένων. Τούτων γὰρ ἁπάντων τὴν ἱστορίαν νεωτέραν τῆς Κέκροπος ἡλικίας παῖδες Ελλήνων παραδεδώκασι. Μωϋσέα δὲ ἡ παροῦσα ἐξέτασις τῶν χρόνων γενέσθαι κατὰ Κέκροπα τὸν διφυῆ, ὃν πρῶτόν φασι τῆς Αττικῆς βασιλεῦσαι, συνίστησι πρὸ τῶν Ιλιακῶν ἀμφὶ τν'. ἔτη . . .

Նիւթս որոնելով անձին՝ զժամանակաց մատենագրութիւնս ժողովեցի ամենազիս, և զնպատասխանութիւնս քաղդէացւոց, ասորեստանեայց, մարաց, պարսից, լիւդացւոց, եբրայեցւոց, եգիպտացւոց, աթենացւոց, արգիացւոց, սիկիւռնացւոց, լակեդեմոնացւոց, կորնթացւոց, թեսաղացւոց, մակեդոնացւոց, լատինացւոց, որոց յետոյ եղև մակածոյ անուն Հռովմայեցիք. միանգամայն լինին ԺԵ.

Իսկ յառաջիկայդ՝ ի միասին զժամանական ժողովեալ, և հանդէպ միմեանց առընթեր եդեալ համեմատութեամբ զառիւրաքանչիւր ազգի ամացն զնիւ, զհամանական կանոնին արարի զշարադրգութիւն։ Իւ գտեալ առ եբրայեցիս՝ երկրորդս զժամանակացն արուեստիւնս, զոմն առաւելեալ, և զոմն նուազեալ, ընդ այս անցի։ Իսկ սակայն և այնպէս առ ինաքն սիւ, զոր առաջին թագաւորեալ արգիացոց ասէն հեղինէացիք, զերբայեցւոց գնախահայրն գիսրայէլ լեեալ գտի. յորմէ երկոտասանացեղ հրկից ազգն գլխովին իսրայէլ անուան եղև արժանի։ Իւ առ շամիրամ մինչ զաբրահամ, թէպէտև քաղդէացի յազգէ, բայց այր ՚ուծասէր, և առաջին գոլ մարգարէից՝ որ առ եբրայեցիս, հաւատացեալ։ Իսկ զմնվնէս, Հմմարասսիւթեամբ ասէ, թէպէտև կրտսերագոյն քան զսուսա, բայց երկայնագոյն քան զառ հեղինէացիս հնախօսեալսն առ հասարակ, քան զհամերոս ասեմ, և զհեսիոդոս, և քան զտրոյացիսն անգամ, և և քան զդիոսկուրս, և զասկղեպիոս, զդիոնիսոս, և զդիւցազունս ամենայն, և զերմէս և զապողն, և քան զայլ դիս հեղինէացւոց, զնորհուրդս և զնուէրս, և քան զարամազդայ իսկ զգործս յիշատակեալս առ հեղինէացիս։ Իսկ ման զի զսոցա ամենեցուն զպատմութիւն կրտսերագոյն քան զկնկրոպոյ հասակ առանձն մանկունք հեղինէացւոց. իսկ զմիմեսէս առաջիկայս շարադասութիւն ժամանակաց առ կեկրոպաս երկբռսիս, զոր առաջին ասէն թագաւորել ատտիկեայ, հասատատ, յառաջ քան զիեսիանս իբր յԸ. ամաք . . .

ζουσαν, seu *ampliorem?* Hinc disceptatio, hinc altercatio criticorum tum inter se, tum cum auctore concertantium. Syncellus Graecus in Eusebium passim invehitur. Scaliger nunc Eusebium, nunc Syncellum incusat. Vallarsius autem Scaligerum cum aliis reprehendit. Auget litem apud recentiores Hieronymi liberior interpretatio, novam quae sententiam affert. Sed omnia (ni fallor) nullius ponderis figmenta dicenda sunt, quia pro fundamento habent falsam illam conjecturam, quod Eusebius traditionem hic aliam attulerit a traditione Septuaginta. Nam ex priori libro evidenter patet auctorem omnino sibi statuisse Judaico textui τῶν LXX interpretationem esse anteferendam; quandoquidem verò variae occurrunt lectiones in variis τῶν LXX codicibus, eam sibi hic proponit eligendam lectionem, quae minorem complectitur annorum dinumerationem; eamque solam lectionem absolute *Hebraicam veritatem* vult nominari, atque *Hebraei Codicis* titulo decorari: ita ut minime dubitandum sit, eum hic neutiquam de Judaico textu, sed tantum de lectionibus τῶν LXX. variantibus verba fecisse; etiamsi privatas Judaeorum traditiones, ut de annis Judicum, sibi conciliandas in Canone persuasum habuerit, ut videbis suo loco. Quo concesso, ut necesse videtur concedendum, evanescunt omnia criticorum argumenta. Et quidem minor est Eusebii Chronometria quoad annos, quos alii Septuaginta Seniorum imitatores tenent, ut apertissime patet: secundum enim Eusebium ab orbe condito usque ad Christum natum anni numerantur 5199. at secundum alios supra 5280 usque ad 5500. Verum enim vero ea magis lectio, quae ab Eusebio usurpata est, in Ecclesia magis in usu erat, quippe quae in plurimis habebatur codicibus, quocirca Hier. explicate apposuit *exemplariorum multitudinem*. (dummodo non ita legerit etiam in autographo suo.) Haec omnia, quae diximus, affirmat et alterum Hier. Codicis additamentum, *plus vel minus, prout Interpretibus visum est*; quo minime potest intelligi textus Judaicus, sed sola Interpretatio Graeca varie habita, vel variatim a commentatoribus accepta. Tota ergo litis causa ex eo orta est, quod minus animadverterunt critici alium esse textum Judaicum, et alium Hebraicum: primus enim Originalem textum solum inducit, secundus interpretationes etiam continet, et magis pro istis aliquando accipitur apud Eusebium, ut in I. quoque parte monuimus.

4 Plus aequo Scal. reprehendit in Hieronymo periphrasin *in arce divinitatis collocavit*, cum S. Interpres Graecorum profanam superstitionem ironice extollere voleus, per metaphoram rem manifestam exponendam voluerit; aliter poterat quidem verbum verbo reddere. Quare etiam Vallarsius frustra nititur, ut eam in Gr. textu sententiam excogitet, quam apud Hier. legit: nam velit nolit, Gr. vox. *μνημονευομένους*, nihil aliud latine significat, nisi *commemoratus, memoriae mandatus*. Igitur nescio qui ausus sit Vall. p. 18. a. haec dicere: „ Graecus tamen habet ad verbum: *quem*, sive, *cujus gesta Graecia summopere celebrat* „. Sed quis non videt nullum in Gr. vestigium esse vocabulorum *summopere* et *celebrat*; nisi et ipse fateatur, non verbum, ut pollicetur, sed tantummodo *sensum* expressisse juxta Hier.

Quadragesimo secundo anno imperii Augusti [1] CHRISTUS natus est: quintodecimo Tiberii anno praedicare orsus est. Si quis igitur retrorsum annorum supputans numerum, alterum Darii regis Persarum quaerat annum, sub quo templum Jerusalymorum, quod a Babyloniis destructum fuerat, instauratum est, reperiet a Tiberio usque ad Darium annos DXLVIII. Darii quippe secundus annus sexagesimae quintae Olympiadis anno primo fuit: et Tiberii XV. in ducentesimam primam Olympiadem incurrit. Fiunt ergo inter Darium et Tiberium Olympiades CXXXVIII. anni DXLVIII. quadriennio in una Olympiade supputato.

Ի քառասներորդ երկրորդ ամի ինքն՝ կալուԹեան աւգոստեայ՝ Ի՞ն ծնաւ. ի հնգետասաներորդ ամի տիբերեայ քարոզել սկսաւ. արդ եԹէ ոք ի վեր կոյս անդր հաշուեսցի զԹիւ ամացն, զերկրորդ աին դաբեհի պարսից արքայի խնդրեսցէ, առ որով տաձարն երուսաղէմի կործանեալն ի բաբելացւոց նորոգեցաւ, գտցէ ի տիբերեայ մինչև ի դարեհ աին շինը։ Ա աին զի երկրորդ աին դարեհի եղև յառաջնում ամի կԷ. ըորդի ողոմպիադին. և հնգետասանեներորդն տիբերեայ անկանի ի մ՚ը ողոմպիադն։ Ի՞պա լինին ընդ միջ դաբեհի և տիբերեայ ողոմպիադք ՃՀԸ. ամք շինը. չորեքամեայ զի ողոմպիադն հաշուեսցի։

Deinde secundo Darii anno LXX. desolationis templi annus expletur, a quo usque ad primam Olympiadem retrorsum numerantur Olympiades LXIV. anni CCLVI. Qui similiter supputantur a supradicto desolationis templi anno usque ad L. annum Oziae regis Judaeorum, sub quo Isaias et Osee fuerunt. Itaque prima Olympias in Isaiae, et reliquorum incurrit aetatem, qui cum eo prophetaverunt. Rursum si a prima Olympiade ad superiora tempora et usque ad captivitatem Trojae proveharis, invenies annos CCCCVI. quos et nos in priore Opusculo digessimus, ut curiosissima Graecorum historia conscribit. Item apud Hebraeos a supradicto Oziae anno et temporibus Isaiae Prophetae, usque ad Samson, et tertium annum Labdon Judicis, supputabis annos CCCCVI. Samson autem est, quem in corporis robore Herculi similem ferunt posteri Judaeorum. Et mihi videntur non multum inter se distare tempore, si quidem ambo circa Trojae captivitatem fuerunt.

Ի՞պա յերկրորդ ամի դարեհի՝ եօԹանասներորդ ամ աւերածոյ տաձարին կատարի. յորմէ մինչև ցառաջին ողոմպիադն յետս կոյս հաշուին ողոմպիադք կդ. ամք մ՚ծգ։ Որ և նոյնպէս հաշուին ՚ինախատացեալ աին աւերածոյ տաձարին մինչև ՚ց՚ծ երորդ աին ոզիայ արքայի յուդայ. առ որով եսայիաս և ովսէէ եղեն։ Ի՞ւ այսպէս առաջին ողոմպիադն անկանի ի հասակ եսայեայ, և այլոց՝ որք ընդ նմա մարգարէացան։ Վարձեալ՝ եԹէ յառաջին ողոմպիադէ ի վերագոյն ժամանակս, և մինչև ցառուն որովայ ձգեսցես, գտցես ամս նշ. զորս և մեք յառաջին գործ մեր կարգեցաք. և զգուշագոյն պատմուԹիւն յունաց շարագրէ։ Որպէս և առ հեբրայեցիս ի նախատացեալ աէն ոզիայ և ի ժամանակաց եսայեայ մարգարէի մինչև ի սամփսոն, և ցերրորդ աին զաբդոնի դատաւորի հաշուեսցես ամս նշ։ Իսկ սամփսոն է, զոր յուժի մարմնոյն նմանս հեբակղն պատմեն լինել զաւակք հրէից։ Ի՞ւ ինձ երևին ոչ յոյժ բացական լինել յիբերեայ ժամանակաւ, վասն զի երկոքեանն իսկ էին զաւուրըք առնմանն որովայ։

Post hoc iterum ad priora convertere, et cum CCC. tibi et XXIX. annos pes retroactus impleverit, Graecorum Cecropem Diphyem, et Mosem invenies Hebraeorum. Nam a XLV. Cecropis anno usque ad captivitatem Trojae, et ab LXXX. aetatis Mosi anno, in quo populum Israeliticum de Aegpyto eduxit, usque ad Labdon, et Samson Judices, computantur anni CCCXXIX. Itaque sine ulla ambiguitate Moses et Cecrops, qui primus Atheniensium rex fuit, iisdem fuere temporibus.

Ետ այսորիկ միւսանգամ դարձ յառաջինսն, և յորժամ քեզ Յ, և իՀ աին լցուսցէ յետադարձուԹիւնդ, գտցես զյունացն կեկրոփս երկրայս, և զմովսէս Հեբրայեցւոց։ Վանզի ի խե ամէն կեկրոպայ մինչև ցառուն որովայ, և ի Ճ ամ Հասակին մովսէսի, յորում ՀՀան յեգիպտոսէ զժողովուրդն իսրայէլեան, մինչև ցղաբդոն և ցսամփսոն դատաւորս Հաշուին ամք յԻՀ։ Ի՞պա ուրեմն առանց իրիք երկրայուԹեան մովսէս և կեկրոփս, որ եղև առաջին ԹագաւորաԹեանացւոց, առ նովքն ժամանակօք եղեն։

Porrò iste est Cecrops Diphyes indigena, sub quo primum in arce Oliva orta est, et Atheniensium urbs ex Minervae appellatione sortita nomen.

Որդ՝ սա է կեկրոփս երկրայս երկրածին, առ որով նախ ի բարձրաւանդակի ԱԹենեայի բուսաւ. և ԱԹենացւոց քաղաքն յանԹեռասայ կոչմանէն անուն էառ։

1 Mirum in modum, ubi primum desinit Gr. fragmentum a Syncello hucusque citatum, statim (post nempe illam lineam desideratam, *Quod, ne cui dubium videatur, sequens ratio sic probabit*) subsequitur alterum, quod sane occurrit non apud eclogarium eundem, sed penes Eusebium in Praep. Evang. Lib. x. cap. 9. p. 483. B. ubi hunc locum citare voluerat: consule locum cum antecedentibus et sequentibus, haud enim

(Ipse Euseb. Praep. Evang. Lib. x. cap. 9.)

Συντρεχόντων ὁμολογουμένως τῶν χρόνων Αὐγούστου Ρωμαίων αὐτοκράτορος, καὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν γενέσεως, ἀρχήν τε τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας τοῦ Χριστοῦ ποιησαμένου κατὰ τὸ πεντεκαιδέκατον ἔτος Τιβερίου Καίσαρος, εἴ τις ἀπὸ τούτου συναγαγεῖν ἐθέλοι τὸν τῶν ἐτῶν ἀριθμόν, προϊὼν ἐπὶ τοὺς ἀνωτέρω χρόνους, τοὺς μέχρι Δαρείου τοῦ Περσῶν βασιλέως, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἀνανεώσεως τοῦ ἐν Ιεροσολύμοις νεῶ, ἣ γέγονε μετὰ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον τοῦ Ιουδαίων ἔθνους, εὕροι ἂν ἀπὸ Τιβερίου ἐπὶ τὸ δεύτερον ἔτος Δαρείου, ἔτη φμή. Δαρείου μὲν γὰρ τὸ δεύτερον κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς ξέ. Ολυμπιάδος καταντᾷ, Τιβερίου δὲ τὸ πεντεκαιδέκατον τῆς Ρωμαίων βασιλείας κατὰ τὸ τέταρτον τῆς σγ'. Ολυμπιάδος συμπίπτει. Γίνονται τοίνυν αἱ μεταξὺ Δαρείου τοῦ Πέρσου, καὶ Τιβερίου τῶν Ρωμαίων βασιλέως, Ολυμπιάδες ρλζ'. αἳ συνάγουσι χρόνον ἐτῶν φμή. τετραετείας τῇ Ολυμπιάδι λογιζομένης.

Ἐπεὶ δὲ κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος Δαρείου τὸ ἑβδομηκοστὸν ὑπῆρχε τῆς ἐρημίας τοῦ ἐν Ιεροσολύμοις νεῶ, (καθὼς τὰ τῆς Εβραίων ἱστορίας παρίστησι,) κἀντεῦθεν πάλιν ἀνατρεχόντων, ἀπὸ μὲν τοῦ δευτέρου ἔτους Δαρείου, ἐπὶ τὴν πρώτην Ολυμπιάδα, ἔτη συνάγοιτ' ἂν σνς'. Ολυμπιάδες ξδ'. Τοσαῦτα δ' ἂν εὕροις τὰ ἀπὸ τοῦ ὑστάτου ἔτους τῆς ἐρημίας τοῦ δηλωθέντος ἱεροῦ, ἐπὶ τὸ ν'. ἔτος Οζίου τοῦ τῶν Ιουδαίων βασιλέως ἀνιών, καθ' ὃν ἐπροφήτευον Ησαΐας καὶ Ωσηέ, ὅσοι τε τούτοις γεγόνασι σύγχρονοι. ὥστ' εἶναι τὴν πρώτην καθ' Ελληνας Ολυμπιάδα σύνδρομον τῷ προφήτῃ Ησαΐᾳ, καὶ τοῖς τούτου συγχρόνοις. Πάλιν δὲ ἀπὸ τῆς πρώτης Ολυμπιάδος, ἐπὶ τοὺς ἔμπροσθεν ἀνιὼν χρόνους, μέχρι τῆς Ιλίου ἁλώσεως, εὑρήσεις ἔτη συγκεφαλαιούμενα υἡ. ὡς αἱ παρ' Ελλησι τῶν χρόνων ἀναγραφαὶ περιέχουσι. καὶ καθ' Εβραίους ἀπὸ πεντηκοστοῦ ἔτους Οζίου τοῦ Ιουδαίων βασιλέως ἀνιὼν ἐπὶ τὸ τρίτον ἔτος Λαβδὼν τοῦ παρ' Εβραίοις γενομένου κριτοῦ, τὸν ἴσον συνάξεις ἀριθμὸν ἐτῶν υἡ. ὥστ' εἶναι τὴν Ιλίου ἅλωσιν κατὰ τοὺς Λαβδὼν τοῦ Κριτοῦ χρόνους, ἑπτὰ ἔτεσι πρότερον, ἢ Σαμψὼν ἄρξαι Εβραίων, ὃν κατὰ τὴν τοῦ σώματος ἀλκὴν ἀνυπόστατον γένεσθαί φασιν ἐοικότα τῷ βοωμένῳ παρ' Ελλησιν Ηρακλεῖ.

Καὶ ἐντεῦθεν ἐπὶ τοὺς ἀνωτέρω βαδίζων ἐν ταυτῷ τε συναγαγὼν ἀριθμὸν ἐτῶν υ'. εὕροις ἂν κατὰ μὲν Εβραίους Μωσέα, κατὰ δὲ Ελληνας Κέκροπα τὸν γηγενῆ...

Նա զի խոստովանեալ է ընթացակիցն լինել ժամանակաց ազգոստեայ հռովմայեցւոց իւրնակալի, և փրկչին մերոյ Ծննդեանն, որպէս և սկիզբն աւետարանական վարդապետութեան քոյ արարաւ առ Հնդետասանեւերորդ ամաւ տիբերեայ կայսեր, եթէ ոք առ յայտնեալ ժողովել կամիցի զամացն զՀաւիս, յառաջ խաղալով ի վերագոյն անդր ժամանակս, մինչև ի դարեհ արքայ պարսից, և ցոր առ նուաւ նորոգութեան տաճարին երուսաղէմի, որ եղև յետ ի բաբելոնէ գարձի հրէից ազգին, գոցէ արգեօք ի տիբերեայ ցերկրորդ ամն գարեհի ամն շնը։ Վ.անզի երկրորդն (ամ) գարեհի հանդիպի ըստ առաջնոյ ամի կէ երորդի ոլոմպիադի. և Հնգետասաներորդն տիբերեայ թագաւորութեանն ի վերայ հռովմայեցւոց՝ անկանի ի չորրորդն մ՚ի ոլոմպիադի։ Նա արդ՝ լինին ընդ մէջ գարեհի պարսկի, և տիբերեայ հռովմայեցւոց արքայի ոլոմպիադք ՀՂԴ. որք գումարեն զժամանակ շնը ամաց, չորեքհազեայ հաշուելոյ ոլոմպիադին։

Նա զի զերկրորդ ամաւ գարեհի՝ եօթանասներորդն գտանի աւերածոյ տաճարին՝ որ յերուսաղէմ, (որպէս իրք երբայեցւոց պատմեն թէանն կայուսյա նեն), եթէ և աստուստ վերսին ի վեր ընթացիս, յերկրորդ ամն գարեհի ցառաջին ոլոմպիադն՝ ամք գումարին մ՚ծդ, ոլոմպիադք կէ։ Այսպէսի արգեօք գոցես (ասն) և ի վերջին ամ աւերածոյ նախատաճարին, ՚ց ծ երորդ ամն ոլոմպ արքայի յուդայ ի վեր խաղալով. առ որով մարգարէանալին եսայիաս և ովսէէ, և այք սոցա եղեն ժամանակակիցք. որպէս թէ լինել առաջնոյ ըստ հեղգէնացւոց ոլոմպիադի՝ զուգընթաց մարգարէին եսայեայ և ժամանակակցաց նորա։ Վարձեալ յառաջին ոլոմպիադին ի վերագոյն անդր գիմելով ժամանակս, մինչև ցառաւմն իղիմի, գտանիցես ամն բովանդակեալս նմ. որպէս առ հեղգէնացիս գրութիւնք ժամանակացն պարունակեն. և ըստ երբայեցւոց ի յիսներորդ ամէ ոլոմպ արքայի յուդայ ի վեր խաղացեալ ցերրորդ ամն զարգահի առ երբայեցիս եղելոյ գատաւորի, զՀաւասարն գումարեսցես թիւ ամաց նմ։ որպէս զի լինել առաւմն իղիմի առ ժամանակաբ զարգահի գատաւորի, եօթն ամք յառաջագոյն քան զասիսանին իշխել երբայեցւոց. զոր ըստ մարմնոյն ուժոյ անպարտելի լինել ասեն, նմանեալ համբաւելոյն առ հեղգէնս հերակղի։

Նա անտի ի վերագոյնս անդր երթեալ, և ընդ նմին գումարեալ զթիւ ամաց նն, գտանել գտանես ըստ երբայեցւոց գմանէս, և ըստ հեղգէնացւոց գկէկ րոյ երկրածին։ . . .

(Syncell. pag. 122. et ex Canone Euseb.)

Οὗτος ἐστὶν Κέκροψ ὁ διφυὴς. ἐπὶ αὐτοῦ ἡ ἐν τῇ ἀκροπόλει Ἐλαία πρώτως ἐφύη. οὗτος ἀπὸ τῆς Αθηνᾶς τὴν πόλιν Αθήνας ὠνόμασεν. ὃς πρῶτος

Նա կէկրոփս երկբոյս. առ որով ձիթենի ի բարձրաւանդակի քաղաքին նախ բուսաւ. և յաթենասայ զանունք քաղաքն անուանեաց։

obscure designat se similia in Chronico Canone declarasse, maximè cum dixerit p. 484. D. ταῦτα μὲν οὖν ἀποδεικτικῶς ἐν τοῖς προηθεῖσιν ἡμῖν Χρονικοῖς Κανόσιν εὕτως ἔχοντα συνέστη. i. e. „Verum haec certis argumentis in Chronicis Canonibus jam a nobis elaboratis, sic stabilita reperiuntur“.

Hic primus omnium [1] Jovem appellavit, simulacra reperit, aram statuit, victimas immolavit, nequaquam istiusmodi rebus in Graecia unquam visis. Caetera quoque, quae apud Graecos mira jactantur, posteriora Cecropis annis deprehenduntur. Si autem Cecropis, consequenter et Mosi, qui cum Cecrope fuit.

Post hunc enim scribitur diluvium sub Deucalione, incendium sub Phaethonte, Erichthonius Vulcani et terrae filius, Dardanus qui Dardaniam condidit: de quo Homerus:

» Quem primum genuit caelesti Jupiter arce «.

Liberae quoque raptus, et Europae: sacra Cereris atque Isidis: delubrum in Eleusina: frumenta Triptolemi: regnum Trois:

» Cujus Dii natum Ganimedem ad sidera raptum

Vina Jovis magni voluerunt fundere mensis «.

Quo tempore quoque Tantalus et Tityus fuerunt, et Apollo natus est. Nam Latona Jovis conjux tempore Tityi fuit. Latonae autem et Jovis Apollo filius. Post quos Cadmus Thebas venit:

» Qui Semelem genuit, de q[illegible] pulcherrima proles

Liber condignam partu tulit edita frugem «.

Porro Liber, et reliqui, quos mox inferemus, post CC. annum Cecropis fuerunt. Linus scilicet, et Zettus, et Amphion, Musaeus, Orpheus, Minos, Perseus, Aesculapius, gemini Castor et Pollux, Hercules, cum quo Apollo servivit Admeto. Post quos facta est Trojanae urbis eversio: quam Homerus longo sequitur intervallo. Homerus autem Solone et Thalete Milesio, caeterisque, qui cum iis septem Sapientes appellati sunt, multo prior reperitur. Deinde Pythagoras exstitit, qui se non Sapientem, ut priores, sed Philosophum, idest, amatorem sapientiae, dici voluit. Quem secutus Socrates, Platonem erudivit, a quo famosa in partes Philosophia divisa est. Horum singulos juxta ordinem sequentis historiae suis locis inferemus.

Igitur Moses cunctos quos supra memoravimus, antecedit: qui aetate Cecropis fuisse monstratus est. Ab LXXX. autem anno Mosi, et egressu Israel ab Aegypto, rursus ad superiora conversus, usque ad primum annum Abraae, reperies annos DV. Quos similiter a XLV. anno Cecropis usque ad Ninum et Semiramim Assyriorum principes supputabis. Primus quippe omni Asiae, exceptis Indis, Ninus Beli filius regnavit.

Itaque manifestum est, Abraam Nini aetate generatum, juxta cum tamen numerum, quem contractiorem editione vulgata sermo praebet Hebraeus. Verum in curiositate ne cesses: et cum divinam Scripturam dili-

Ա՛ա նախ քան զամենեսին զՕ՛ևս (կամ զդիոս) կոչեաց· դրօշեալս եդիտ, սեղան կանգնեաց, զոհս զոհեաց, ուր ոչ երբէք այսպիսի իրք՝ ի յունաստան աւետեալ էին։ Եւ այլ ևս՝ որ ինչ միանգամ առ յոյնս զարմանալիք՝ ի պարծանս առեալ լինին, յետագային քան զամն կեկրոպեայ գտանին։ Եւ եթէ կեկրոպեայ, ապա և մովսէսի՝ որ ժամանակակից էր կեկրոպեայ։

Ա՛անգիր յետ այսր գրի ջրհեղեղն՝ որ առ գեկալիոնաւ, հրդեհն առ փայեթոնաւ, երիքթոնիոս հեփեստեայ և երկրի որդին, դարդանոս՝ որ զդարդանիա շինեաց· զորմէ Հոմերոս,

— Օ՛ր նախ ծնաւ յերկնային ամբոցն արամազդ։ Եւ պերսեփոնեայ յափշտակութիւն, և եւրոպայ· խորհուրդք դեմետրի և խնդեայ· մեհեանն յէլևսին· ցորեանք (կամ արմտիք) արիսթոմոնայ· թագաւորութիւն տրոյայ·

— Օ՛որոյ գիքն զծնունդ զգանիմեդէս յաստեղս յափշտակեցին· զի

գինիս՝ կամեցան, պաշտեսցէ սեղանոյ՝ մեծին արամազդայ։

Յորում ժամանակի և տանտաղոս և տիտիոս եղեն, և ապողոն ծնաւ· վասն զի զետոյ կին արամազդայ առ տիտիոսիւ էր· և զետոյէ և արամազդայ որդի եղև ապողոն։ Յետ որոց կադմոս՝ ի թեբաս եկն·

— Որ զսեմեղէ ծնաւ· և՝ ի չքնաղ մերկ աստղ զաւակ

գիոնիսոս՝ ի լոյս ընծայեալ՝ զարժանին ծննդեան երբէք արդիւնս։

Ա՛րդ գիոնիսոս, և այլքն՝ զորս՝ ի մեծոյ յառաջ բերցուք, ի՛. ամաք յետոյ եղեն քան զկեկրոպս· այսինքն են զինոս, զեթոս, ամփիոն, մուսէոս, որփէոս, մինոսն, պերսէս, ասկղեպիոս, երկուորեակքն կաստոր և պողիկևտիս, հերակղէս, ընդ որում ապողոն ծառայեաց աղմետի։ Յետ սոցա եղև կործանումն քաղքին տրոյայ· որում Հոմերոս գչետ գոյ երկար միջոցաւ։ Իսկ Հոմերոս քան զսողոն և զթաղէս միլէսացի և զորս ընդ նմա զեօթն իմաստունս անուանակոչեալս յոյժ վաղագոյն գտանի։ Ա՛պա եկայ պիւթագորաս, որ զանձն ոչ իմաստուն, որպէս առաջինքն, այլ փիլիսոփոս, այսինքն է իմաստասէր՝ ընտրեաց կոչել։ Որում զչետ եկեալ սոկրատ՝ վարժապետ եղև պղատոնի, յորմէ հռչակաւորն իմաստասիրութիւն՝ ի մեսսենս մասունս բաժանեցաւ։ Օ՛րոտա իւրաքանչիւր բան կարդի առաջնիկայ պատմութեանս յառաջ բերցուք՝ ի տեղիս իւրեանց։

Ա՛պա ուրեմն մովսէս քան զամենեսին նախայիշատակեալս յառաջէ, այն՝ որ առ կեկրոպաւ լինել յայտեալ եղև։ Իսկ՝ ի ՃամՀ մովսէսի, և յելեկն իսրայէլի յեգիպտոսէ, վերստին՝ ի վեր կոյս անդր դարձեալ՝ մինչև յառաջին աին աբրահամու՝ գտցես աին չԸ։ Եւ նոյնչափ աին՝ ի խե ամՀ կեկրոպայ մինչև՝ ի նինոս և՝ ի շամիրամ թագաւորս ասորեստանեայց գումարեսցես։ Ալ աան զի զառաջինն ամենայն ասիոյ, բայ՝ ի հնդկայ, նինոս որդի բելոսի թագաւորեաց։

Եւ այսպէս յայտ է, թէ աբրահամ առ նինոսիս ծնաւ, բայց ըստ այնմ Տաղուի, զոր համառօտագոյն քան զՀասարակ տրւողութիւն ընծայեցուցանել քանն էր բայական։ Ա՛յլ դու մի դադարեր անհոգ (կամ՝ ի խոյզս)

1 Sequentia quoque particularia fragmenta ex eodem Eusebii libro desumpta sunt; sicut etiam non pauca apud Syncellum cernuntur. Verum tota editio Gr. a nobis non ita juxta Scaligerum facta est, quantum ad propriam lectionem Eusebii. Praep. Evang.

(Euseb. Praep. x. 9. usque ad 12.)

Λέγεται Ζῆνα κεκλῆκέναι τὸν Θεὸν, μὴ πρότερον οὕτω παρ' ἀνθρώποις ὠνομασμένον. ἔπειτα βωμὸν παρ' Αθηναίοις ἱδρύσαι πρῶτος, καὶ πάλιν πρῶτος Αθηνᾶς ἄγαλμα συστήσασθαι, ὡς οὐδὲ τούτων ἐκ παλαιοῦ ὑπαρχόντων. Κατώτερα δὲ τῶν Κέκροπος ἱστορεῖται χρόνων τὰ παρ' Ελλησι θαυμαζόμενα (...)

Γίνεται γὰρ μετὰ Κέκροπα ὁ κατὰ Δευκαλίωνα κατακλυσμὸς, καὶ ἡ ἐπὶ Φαέθοντος ἐκπύρωσις, Εριχθονίου τε γένεσις, καὶ ἡ ὑπὸ Δαρδάνου τῆς Δαρδανίας κτίσις, ὃν πρῶτον, φησὶν Ομηρος,

— Τέκεται νεφεληγερέτα Ζεύς
Κόρης τε ἁρπαγὴ, καὶ Δήμητρος μυστήρια, καὶ ἡ τοῦ ἐν Ελευσῖνι τεμένους καθίδρυσις, Τριπτολέμου γεωργία, Τρωός τε βασιλεία.

— Οὔ νίὸν ἀνηρείψαντο θεοὶ, Διὶ οἰνοχοεύειν.

Τιτυὸς δὲ συνεχρόνισε Ταντάλῳ. καὶ μὴν ἡ Λητὼ κατὰ Τιτυὸν γίνεται. καὶ Απόλλωνος γένεσις.

— Λητὼ γὰρ ἥλκυσε Διὸς κυδρὴν παράκοιτιν.

Κάδμος τε ὁ Σεμέλης πατὴρ εἰς Θήβας ἔρχεται.

— Καδμείη δὲ ἄρα Σεμέλη τέκε φαίδιμον υἱὸν
Μιχθεῖσ' ἐν φιλότητι Διόνυσον πολυγηθῆ,

* * * *

Τούτων οὖν ἁπάντων πρεσβύτερος γεγονὼς συνίσταται Μωσῆς, ὡς ἂν κατὰ Κέκροπα τὴν ἡλικίαν ἀκμάσας. Απὸ δὲ τοῦ π'. Μωσέως (...) πάλιν ἀνιὼν ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος ζωῆς Αβραὰμ, εὑρήσεις ἔτη φέ. τοσαῦτα δὲ ἀπὸ τοῦ δηλοθέντος ἔτους τῆς Κέκροπος βασιλείας τὸν ἀνωτέρω χρόνον ἀπαριθμούμενος, ἐπὶ Νίνον ἥξεις τὸν Ασσύριον, ὃν πρῶτόν φασιν ἁπάσης τῆς Ασίας, πλὴν Ινδῶν, κεκρατηκέναι.

Ὥστε εἶναι τὸν Αβραὰμ κατὰ τοῦτον ....

ἐν οἷς οὐδὲν ἐπίσημον γεγονὸς ἱστορεῖται παρ' Ελλησι....

οὔπω τότε Αθηναίων οὔτε τὴν πόλιν, οὔτε τὴν προσηγορίαν ....

(Residua, quae desunt in Gr. supplenda ex Lat. Hier.)

Ար և նախ ասի Ովս կոչել զնոճ, որ ոչն յառաջագոյն առ՝ ի մարդկանէ; այսպէս էր անուանեալ. և ևս բազին յաթենս կանդնել զառաջինն. և դարձեալ նախ յաթենս դրօշել հաստատել. ապ՝ ի վաղնջուց և ոչ մի յայսցանէ կայր; Եւ յետագոյն քան զկեկրոպայ ժամանակս պատմիչ՝ որ ինչ միանգամ առ հեղինես զարմանալիք (...)

Վասնզի յետ կեկրոպայ լինի ջրհեղեղն՝ որ առ դևկալիոնաս, և հրդեհն՝ որ առ փայեթոնտա. և Ծնունդ երիքթոնի, և որ՝ի դարդանոսէ դարդանիայ չինութիւն. զոր նախ՝ ասէ Հոմերոս,

— Ծնանի ամպապարոյկ արամազդ՝
Եւ աղջկանն հափշտուծի, և դեմետրի խորհուրդք. և ձնունդն մեհենի յեղեսոն. արիպագոմեայ մշակութիւն, և արուեստ թագաւորութիւն.

— Ո՛րոյ զորդին՝ ի վեր յափշտակեցին դէք՝
դիմեպաշտ լինել արամազդայ՝
Եւ սիսիոս ժամանակակից եղև առտաղոսի. որպէս և զէտով առ սիսիոսիս եղանի. և ապողոնի ծնունդ.
— Վասնզի զդէտով ձգեաց արամազդ զչքնաղն
՝ի լճակից՝
Եւ կադմոս հայրն սեմեղեայ՝ ի թերաս գոյ.
— Վասնզի կադմեանն սեմեղ՝ ծնաւ զորդի մեծ
ճապպիճաս, զդխնիոս զաւարթագուարձ՝ ի
խառնուրդ սիրելութեան՝

* * * *

Ընդ՝ ամենեցուն սոցա երիցագոյն լեալ հաստատի մեսխէս, որպէս այն՝ որ առ կեկրոպաւ՝ ի չորս հարեալ՝ իսկ՝ ի ձ ամէ մեսխէսի (...) վերատին՝ ի վերկոյս անդր խաղացեալ ցառաջինն ամն կենաց աբրահամ, գացես ամն չէ. և նոյնչափ՝ ի նախամանօահ ամէ կեկրոպայ թագաւորութեանն գ՝ի վեր կոյս ժամանակին հաշուեալ, ցխնիոս գայցես առաբեստանեայն. զոր նախ ասէն ամենայն ասիոյ՝ բաց՝ ի հնդկաց՝ ալբեալ՝

Որպէս թէ լինել աբրահամու առ սոսա . . . .

յորս ոչինչ նշանաւոր եղեալ պատմի առ հեղինես . . .

չև ևս յայնժամ ամենայնում՝ ոչ քաղաք, և ոչ յորջորջումն . . . .

(Վեցերորդ բանին պակասեալ է հայ. բայց՝ ի լատ. գիրսն.)

genter evolveris, a nativitate Abraae, usque ad totius orbis diluvium, invenies retrorsum annos DCCCCXLII. Item a Diluvio usque ad Adam MMCCXLII. in quibus nulla penitus nec Graeca, nec Barbara, et ut loquar in commune, gentilis reperitur historia.

Quamobrem praesens Opusculum [1] ab Abraam et Nino, usque ad nostram aetatem inferiora tempora persequetur: et statim in principio sui Hebraeorum Abraam, Assyriorum Ninum et Semiramim proponet. Quia neque Athenarum adhuc urbs, neque Argivorum regnum nomen acceperat, solis Sicyoniis in Graecia florentibus: apud quos temporibus Abraae et Nini Europem secundum regnasse ferunt. Quod cur etiam nos putemus, ex sequentibus demonstrabitur. Si enim diligenter enumeres ab ultima aetate Nini, usque ad Trojae captivitatem, invenies annos DCCCXXXIV. Item in Sicyone a XXII. anno regis Europis usque ad supradictum tempus, eosdem annos invenies DCCCXXXIV. Apud Hebraeos quoque a nativitate Abraam usque ad Labdon et Samson Judices Hebraeorum, qui Trojanis temporibus populo praefuerunt, aeque supputabis annos DCCCXXXIV. Item apud Aegyptios ab aetate Nini et Semiramidis, quo tempore sexta decima jam Dynastia Thebaei Aegyptiis imperabant, usque ad vicesimam Dynastiam, et regem Aegypti Thuorin, qui ab Homero Polybus vocatur, sub quo Troja capta est, colliguntur etiam supradicti anni DCCCXXXIV.

Igitur consequenter in libelli fronte ponimus uno eodemque tempore Abraam, Ninum, Semiramim, Europem, Aegyptiorum Thebaeos. Et haec quidem ita se habere, ut praefati sumus, posterior textus ostendet.

Nunc illud in cura est, ut etiam Hebraeorum annos in quattuor tempora dividamus. Ab Abraam usque ad Mosen: a Mose usque ad primam aedificationem templi: a prima aedificatione templi, usque ad secundam instaurationem ejus: ab instauratione ejus, usque ad adventum Christi Domini. A nativitate quippe Abraae, usque ad Mosen, et egressum Israel ex Aegypto, computantur anni DV. A Mose, usque ad Salomonem, et primam aedificationem templi, anni CCCCLXXIX, secundum minorem tamen numerum, quem tertius Regnorum liber continet. Nam juxta volumen Judicum supputantur anni DC. A Salomone vero, usque ad instaurationem templi, quae sub Dario Persarum rege facta est, colliguntur anni DXII. Porro a Dario, usque ad praedicationem Domini nostri JESU CHRISTI, et usque ad quintum decimum annum Tiberii principis Romanorum, explentur anni DXLVIII. Itaque simul fiunt ab Abraam, usque ad quintum decimum Tiberii annum, anni MMXLIV. Similiter a Nino et Semiramide, usque ad Mosen et Cecropem, anni DV. A Cecrope, usque ad captivitatem Trojae, anni CCCLXXV. A captivitate Trojae, usque da primam Olympiadem, anni CCCCVI. A prima Olympiade, usque ad secundum Darii annum, et instaurationem templi, anni CCLVI. A secundo Darii

և յորժամ զյաճեղէն գիրս փութով յուզեսցես, ՚ի ծննդենէն աբրահամու մինչև ՚ի համաշխարհական ջրհեղեղն գտցես ետուս կոյս ամս պակաս։ Պարձեալ ՚ի ջրհեղեղէ ցադամ (ամս) համրէ. յորս ամենևին՝ ոչ յունաց, և ոչ բարբարոսաց, և առ հասարակ ասացից՝ ոչինչ հեթանոսական պատմութիւն գտանի։

Վասն որոյ առաջիկայս գործ յաբրահամէ և ՚ի նինոսէ մինչև ցաւուրս մեր ընդ յետագայ ժամանակս ընթանայ. և անդէն ՚ի սկզբան իւրաւ առաջի դնէ զհեբրայեցւոցն զարբահամ, և զասորեստանեայցն զնինոս և զշամիրամ։ Վասն զի դեռ՝ ոչ աթենացւոցն քաղաք, և ոչ արգիւացւոց թագաւորութիւնն անուն էր առեալ, բայց միայն սիկիւոնացիք ծաղկեալ էին ՚ի յունաստան. առ որս ՚ի ժամանակսն աբրահամու և նինոսի զեւրոպն՝ երկրորդ թագաւորեալ ասեն։ Եւ թէ ընդէր և մեք նոյնպէս համարիցիմք, ՚ի յաջորդ բանիցդ քաջայայտ ցուցցի։ Օ՛ի եթէ զգուշութեամբ ՚ի հաշիւ արկանիցես, ՚ի յետին աւուրց նինոսի մինչև ցառաւնն տրոովայ, գտցես ամս պՂԴ։ Նոյպէս և ՚ի սիկիւոն՝ ՚ի իւր ամ եւրոպայ աբբայի ցայն ժամանակ՝ զնոյն ամս պՂԴ գտցես։ Եւ առ հեբբայեցիս ՚ի ծննդենէ աբբրահամու մինչև ցղաբդոն և ցսամիսոն գատաւորս եբբայեցւոց, որք առ տրոովական ժամանակօք վերակացու եղեն ժողովրդեան, նոյնպէս գտմարեսցես ամս պՂԴ։ Պարձեալ առ եգիպտացիս յաւուրց անտի նինոսի և շամիրամայ, յորում ժամանակի վեշտասաներորդ հարստութեամբ թեբացիք տիրէին եգիպտացւոց, մինչև քսանեերորդ հարստութիւնն, և ցթագաւորն եգիպտոսի Թուորիս անուն, որ ՚ի հոմերոսէ պողբեոս կոչի, առ որով տրոովա առաւ, գտմարին նախասացեալ ամքն պՂԴ։

Վասին իրի ՚ի ձակատ գրոցս դնեմք ՚ի մի և ՚ի նոյն ժամանակի զաբբահամ, զնինոս, զշամիրամ, զեւրոպս, և զթեբացիս եգիպտացւոց։ Եւ թէ այս այսպէս է, որպէս ասացաքն, առաջիկայս շարագրութիւն ցուցցէ։

Ցայժմուս այն փոյթ կայ առաջի, զի և զերբրայեցւոց ամն ՚ի չորս ժամանակս բաժանեսցուք։ Ցաբբահամ մինչև ՚ի մովսէս. ՚ի մովսիսէ մինչև ցառաջին շինուածն տաճարին. յառաջին շինուածէ անտի տաճարին մինչև երկրորդ նորոգութիւնն. և ՚ի նորոգութենէ անտի մինչև ՚ի գալուստ քրիստոսի տեառն մերոյ։ Իբր զի ՚ի ծննդենէն աբրահամու մինչև ցմովսէս և ցելս իսրայէլի յեգիպտոսէ հաշուին ամք չԾ։ ՚Ի մովսիսէ մինչև ցսողոմոն և ցառաջին շինուածն տաճարի ամք ՆՀԲ. բայց ըստ փոքր թուոյ, որ յերրորդ գիրս թագաւորութեանց. քանզի ըստ գրոց դատաւորաց հաշուին ամք ՈՀ։ Իսկ ՚ի սողոմոնէ մինչև ՚ի նորոգութիւն տաճարի, որ եղև առ դարեհիւ պարսից արքայիւ, գտմարին ամք չՀբ։ Եւ ՚ի դարեհէ մինչև ՚ի քարոզութիւն տեառն մերոյ յսի քրիստ, և մինչև ցհնգետասաներորդ ամն տիբերիոսի կայսերութեանն, կատարին ամք չԼը։ Եւ արդ լինին միաս համուռ յաբրահամէ մինչև ՚ի հնգետասաներորդ ամն տիբերիոսի, ամք սՂԴ։ Իսկ նոյն օրինակի ՚ի նինոսէ և ՚ի շամիրամայ մինչև ցմովսէս և ցելկրոպս ամք չԼ։ ՚Ի կեկրոպայ մինչև ցառաւնն տրոովայ ամք յՀԵ։ Ցառաւնէ տրոովայ ցառաջին ոլոմպիադն՝ ամք ՆՂ։ Ցառաջին ոլոմպիադէ երկրորդ ամն դարեհի և ցնորոգութիւն տաճարին՝ ամք մԾգ։ Ցերկրորդ ամէ դա-

1 Gaudet Vallarsius *opusculi* nomine, quasi vero hocce titulo Canonis, integer liber anterior supprimi possit, haec subdens in annot. p. 28. ad a. ν Nec porro (ait) alia totius Eusebiani Operis materies est, neque adeo nisi huncce unum Chronicorum librum praesentis Opusculi nomine denotavit ω. Cujus argumento non verbo, sed Libro ipso priori satis responsum a nobis esse ducimus; nec enim ulterius nobis, sed Eusebio ipsi par erit jus suum defendere.

anno, et instauratione templi, usque ad quintum decimum annum Tiberii Caesaris, anni DXLVII. Fiunt simul a Nino et Semiramide, usque ad quintum decimum Tiberii annum, anni MMXLIV. quos et ab Abraam, usque ad Tiberium ostendimus supputatos. A Tiberii autem quindecimo, (*addit Hieronymus*, usque ad decimum quartum annum Valentis, quo interiit, numerantur anni CCCLI. Itaque fiunt anni istius historiae MMCCCXCV)[1].

Et ne longus ordo numerorum aliquid forte turbationis afferat, omnem annorum congeriem in decadas caecidimus, quas ex singularum gentium historiis congregantes sibi invicem facimus esse contrarias, ut facilis praebeatur inventio, cujus Graeci aetate, vel Barbari, Prophetae, et Reges, et Sacerdotes fuerint Hebraeorum? Item qui diversarum gentium falso crediti Dii: qui Heroes: quae, quando urbs condita: qui de illustribus viris Philosophi, Poetae, Principes, Scriptoresque variorum operum extiterint? et si qua alia digna memoria putavit Antiquitas. Quae universa in suis locis summa cum brevitate ponemus.

(Explicit prologus Eusebii in Canonem[2]*.*

բեհի, և՝ ի նորոգութենէն տաճարին մինչև ցհնգեւտասաներորդ ամն տիբերեայ կայսերի՝ ամք շնհ։ | Լինին միանգամայն՝ ի նինոսէ և՝ ի շամիրամայ մինչև ցհնգեւտասաներորդ ամն տիբերեայ՝ ամք սխգ. որչափ և յաբրահամէ ցտիբերը գումարեալս յուցաք։ Իսկ՝ ի հնգեւտասաներորդէն տիբերեայ (յաներ Հերմէաս, մինչև ցչորրորդ ամն վաղեսի, յորում կործաւ, հաշուին ամք չծա. և այսպէս լինին ամք պատմութեանս այսորիկ ՘ՑՂՀ)։

Յոր ոմն երկաբանիցդ կարդ թուոց չիմանալիւն ինչ արգելաք բերիցէ, զբամնդակ ամացն գումար՝ ի տասնեակս արտհեցաք, զորս յիւրաքանչիւր ազգացն պատմութեանց հաւաքեալ՝ համդէպ միմեանց կարգեցաք, զի գիւրին ընծայեսցի գիւտն, որոյ յոմանի կամ բաբբարոսի յաւուրս մարդաբեր և թագաւորք և քահանայք երբայեցւոց լեալ իցեն. և ևս՝ ոյք զանազան ազգաց սուտանուն աստուածք, ոյք դիւցազունք, ոյք քաղաք երբ չինեցաւ. ոյք՝ ի հոյակապ արանց խմաստասէրք, քերթողք, իշխանապետք, և մանաւանդ իրք այլևայլ գործոց եղեալ իցեն. և ևթէ այլ ինչ արժանի յիշատակի վարկաւ հնութիւնն։ Ցայս ամենայն յիւրեանց տեղիս կարճ՝ ի կարճոյ նշանակեսցուք։

(Կատարեցաւ յառաջաբան Եւսեբի ի կանոնս։)

1 Hic procul dubio Eusebius scripserat ad suum propositum, " *A Tiberii autem quindecimo usque ad Vicennalia Constantini Augusti, anni* CCC. *Itaque fiunt anni istius Canonis (incipientis a primo anno Abrahae)*, MMCCCXLIV ". Quibus si adjungas annos 51. transactos a vicesimo anno Constantini usque ad interitum Valentis, exurgit summa Hieronymi 2395. Et contra si addas ad calculum Eusebii annos transactos ab Adam usque ad Abraam, 3184. amplius comprehensos in prima Chronici parte, exurgit summa perfecta totius Chronologiae Eusebianae 5528. vel 5518. sive 5519. ut obiter notavimus in calce P. I. pag. 196. Sed de his et alibi redibit sermo.

2 De hinc ad Canonem accessuris, Observandum primum, quod jam monuimus paulo ante pag. 24. not. 1. Titulum videlicet Canonis ita commodius a nobis inscriptum esse, quo melius etiam variantes Hieronymi codices inter se conciliari possint.

Observandum secundo: Inter varias Hier. editiones Latinas, Scaligeranam potius a nobis usurpatam sciant velim Lectores, quamvis paulo aliter dispositam; quoniam, ut alibi diximus, illa sola eo propius accedit ad formam codicis Armeni in sequentibus, quo magis ad autographum accedere creditur, atque ab Hieronymo similiter digestum esse non dubitatur. Siquidem procul dubio antiquioribus usus est Scaliger codicibus, quos *Priores* appellat, quosque jure sequendos sibi persuasit. *Posteriores* verò codices, quibus alii editores Hier. usi sunt, et nostra aetate etiam Vallarsius et Roncallius (cujus adeas velim adnotationem pag. 75. et 76. nobis faventem), quatuor vel sex columnis ambas simul implent paginas, ut possint sub unoquoque regno res eò pertinentes collocare. Ejusdem formae est et MS. Venet. S. Marci, quod ipsi vidimus. Verum omnia exemplaria Latina epocham Abrahae decenni spatio praetercurrunt hoc pacto. x. xx. xxx. etc, Sed quia codex noster assidua continuatione procedit in sequentibus, ita placuit ut et ab initio opus incipiat; neque dubitamus, quin ita omnino et in Gr. autographo ab Eusebio res disposita fuerit, ut sit basis, vel potius Canon Canonis, qui tot numeris diversis descendit. Quo simul demonstratur seriem Abrahamiticam, Hebraeorum nempe, in prima linea a sinistra lectoris esse collocandam, ut fert constanter codex Arm. haud secus ac editio Scaligeri Latina, ubi alii Hier. editores, primo loco reponunt seriem Assyriorum, secundo Sicyoniorum, tertio Hebraeorum, et quarto Aegyptiorum: quod ut a prioribus abhorret exemplaribus, ita et a nostro codice omnino distat. Item Scal. servavit fidem MSS. quae numeros quoslibet Latinis characteribus exponebant I. II. V, X. L. C. etc. neque aliter scribere potuit Hier. ubi alii Arabicis, uti vocant, notis excudere voluerunt, 1. 2. 5. 10. etc. annorum continuationes: quam novitatem vel inviti et nos secuti sumus ob angustiam columnarum; alioquin primo consilio nobis placeret non discedere a vestigiis MSS. praesertim quod et codex noster solitis Armeniacis characteribus ubique utitur ա. բ. գ. դ. etc. ut et Graecis solitum est α. β. γ. δ. etc. Item nobiscum facit editio Scal. eo quod, ut in nostro codice, ita etiam apud eum prolixae historiae collocantur plena in linea, interruptis virgulis. Differt tamen in eo, quod cuncta verba historica ubique a dextra reponit, cum codex noster quaedam a dextra, quaedam a sinistra collocet. Sed ne multum laboremus in explicandis differentiis inter editionem nostram aliorumque, Lectores ipsos moneamus liceat, ut si lubet, adeant editiones Scal. et Vall. et Roncall. etc.

Observandum tertio: De Graecis fragmentis in Canone ipso usurpandis, non aliter potuisse nos satisfacere veritati et fidei cujusvis fragmenti, nisi ipsos textus a singulis auctoribus selectos integre edendo; quamvis enim facile poteramus cum Scal. et Vall. quaedam verba mutare, ut omnino exurgeret ea lectio Eusebiana in textu Graeco, quae in Lat. vel Arm. habetur, minime tamen id tentare voluimus. Itaque quamquam Scal. et Vall. quaecumque fragmenta conati sunt, nonnullis interpolatis, conciliare cum Latina lectione, (idque uterque juxta suam editionem) nos tutius rati sumus sine ulla variatione ab ipsis fontibus citare verba auctorum Graecorum, adjecta tantum aliquando parenthesi de quibusdam vocibus, quae facile intelliguntur, aut supprimendae sunt juxta nostram lectionem: in primis verò distinctionem deposuimus inter fragmenta, quae ad sensum tantummodo, vel quae ad verbum accedunt, quorum primum non adeo valet apud eruditos, ut secundum; quare miror alios (Scal. nempe et Vall.) indistincte utroque usos fuisse modo, Armeniaca vero fragmenta, non tantum Armeniorum gratia repetenda duximus, sed potius ut lectio Eusebiana confirmaretur. Ubi sane supervacaneum nobis visum est Graeca interpretari in Lat. cum nota sit ea lingua omnibus eruditis Occidentis. Armeniaca contra necesse habuimus Latinè quoque exponere: ut mox videbis.

Observandum ultimo loco, quod dehinc adnotationes nostras noluimus sub singulis collocare paginis, ne impedimento sint dispositioni ipsius Canonis cum Fragmentis, sed placuit adjicere in calce totius Canonis ordine continuo, citando certum numerum anni Abraham, ad quem respiciat adnotatio quaesita: tempus est ergo ingrediendi in Canonem, ea conditione, quam polliciti sumus paulo superius. pag. 23.

ԵՒՍԵԲԻՈՅ ՊԱՄՓԻԼԱՑԻ

ԿԵՍԱՐԱՑԻՈՅ

ՔՐՈՆԻԿՈՆ ԿԱՆՈՆ

ՈՐ ԵՒ ԺԱՄԱՆԱԿԱԿԱՆ ԿԱՆՈՆՔ։

Ասորեստանեայց առաջին Թագաւոր Նինոս (բեղեան) Թագաւորեաց ամենայն ասիացւոց՝ բաց ՚ի Հնդկաց, ամս ծբ։ ՚Ի իջ. ամի Թագաւորութեան սորա ծնաւ արքահամ. Իսկ յեւսագս երկրորդ Թագաւոր սիկոնացւոց տիրեաց եւրոպս ամս խե։ ՚Ի սորա իջ. ամի Թագաւորութեանն ծնաւ արքահամ։ Նա առ եգիպտացիս ժղ. երկրորդ իշխանութիւն էր, զոր և հարստութիւն կոչէն. և ՚ի ժամանակի աստի Թագաւորէին նոցա Թեբացիք ամս ՟ռ՚։

Ընդ Նինեայ Թագաւորութեամբ ասորեստանեայց՝ ՚ի վերջին աւուրս նորա ծնանի արքահամ։

ԵԲՐԱՑԵՑ. ԻՈՑ ԱԲՐԱՀԱՄ	ԱՍՈՐԵՍ. ՑԱՆԵԱՑ ՆԻՆՈՍ	ՍԻԿՈՆԱՑ. ԻՈՑ ԵՒՐՈՓՍ	ԵԳԻՊ. ՏԱՑԻՈՑ ԹԵԲԱՑԻՔ
ա	խգ.	իբ	ա

Ընդ Նինեայ Թագաւորութեամբ ասորեստանեայց, յեգիպտոս Թեբացիք Թագաւորէին։

՚Ինոս չինեաց զնինոս քաղաք յերկիրն ասորեստանեայց, զոր եբրայեցիք Նինուէ կոչեն։ Ընդ Նինեայ Թագաւորութեամբ ասորեստանեայց՝ առաջին Թագաւոր եգիպտոս սիկոնացւոց էգիաղևս ամս ծբ. յորմէ եգիաղիա կոչեցաւ՝ որ այժմ պելոպոննէսոս անուանի։ Յետ որոյ երկրորդ՝ եւրոպս, որ և ՚ի կանանիս նախ գահեցաւ։

Ընդ արքահամ յազգէ քաղդէացի զառաջին հայոցն անցուցանէ ած. քաղդէացիս։ Ընդ եբրայեցիս մինչև ՚ի ծնունդն արքահամու հարիւրն ամք հազար բիւնհարիւր և չետուն. քանզի յազգատոյ մինչև ջէբհնէզ գնեն ամս ՟ռ՚ծ՟ղ. և անտի մինչև ցարքահամ, մղ։ Ամին իրք ի յօբելեանք հարուածն ՚ի ծնունդն նէն արքահամու (ցազգամ). քանզի մի յօբելեանն է չետուն ամ։

բ	խգ.	իգ.	բ
գ	խե	իդ.	գ
դ	խզ	իե	դ
ե	խէ	իզ	ե
զ	խր	իէ	զ
է	խթ	իը	է
ը	ծ	իթ	ը
թ	ծա	ա	թ
ժ	ծբ	ար	ժ

Ընդ արքահամ։ յեբրայեցւոյ է. Ընդ հիւրամ, ամս իէ։

ժա	ա	ար	ժա
ժբ	բ	արգ.	ժբ
ժգ	գ	արդ	ժգ
ժդ	դ	արե	ժդ
ժե	ե	արզ	ժե
ժզ	զ	արէ	ժզ
ժէ	է	արը	ժէ
ժը	ը	արթ	ժը
ժթ	թ	ար	ժթ
ի	ժ	իաա	ի
իա	ժա	իբգ	իա

Ջյազգատոմ մեզ՝ արքայ բակտրիացւոց՝ Ճանապի. ընդ որում պատերազմ եաս նիկոս։

Ընդ արքահամ յեբրայեցիս կին նիկոսի շամիրամ, զորմէ անբաւ իրք պատմին. որ և զասիա կալաւ. և ընդդէմ յորգամեան Թան Ջուրց Թումբս կանգնեաց, և զքաղաքամ քաղաքս աշխարհին բաբելացւոց շինեաց վերստին։

Fragmenta Arm. ad verbum, vel ad sensum.

* ՚Ի կանոնի անգ գտանս զնինոս և զշամիրամ, և զարքահամ, և զվեցտասնևերորդ հարքաստութիւն եգիպտացւոց ‖ Թումբ. արծր. ե. ։ ։ In ipso Canone (Eusebii) reperies Ninum ac Semiramidem, et Abraham, decimamque sextam Aegyptiorum Dynastiam (sibi invicem concurrentes) ա. Thoma Arzerunius. Lib. I. cap. I.

* Բէլ ամենայն ասիասանի Թագաւորէ՝ բաց ՚ի հնդկաց, ամս կբ։ ՚Նինոս նոյնպէս յետ բէլայ, ամս ծբ։ ՚Ի իջ. ամին նինոսի ծնանի Թագաւոր զարքահամ... Սիկոնացւոց առաջին ՚ի եժ ամին բէլայ կացեալ Թագաւոր եգիպտոս ամս ծբ։ Եւրոպս ամս խե։ ՚Ի իբ ամին եւրոպսի ծնանի արքահամ... ժղ. հարստութիւն Թեբացւոցն՝ Ը Թագաւորաց, ամս ՟ռ՚։ ժղ.ամ՚ հարստութիւնս կշռի ըստ ամին արքահամու ‖. Ցամուէլ անեցի ՚ի քրոն ։ ։ Belus omni Asiae regnat, exceptis Indis, annos LXII. Ninus itidem post Belum, annos LII. In XLIII. anno Nini Thara generat Abraham... Sicyoniorum primus anno Beli XV. constitutus rex Aegialeus annis LII. Europs annis XLV. In XXII. anno Europis Abraham nascitur... XVI. Dynastia Thebaeorum. V. regum, annis CXC. Haec XVI. Dynastia aequiparatur I. anno Abrahae ա. Samuel Aniensis in Chron.

EUSEBII PAMPHILI

CAESARIENSIS

CHRONICUS CANON

SIVE TEMPORUM CANONES.

Primus Assyriorum rex Ninus (Beli filius) regnavit omni Asiae, exceptis Indis, annos LII: cujus XLIII imperii anno natus est Abraham. In Graecia verò secundo imperio Sicyoniis imperavit Europs annis XLV: cujus XXII regni anno natus est Abraham. Porro apud Aegyptios XVI potestas erat, quam vocant Dynastiam: ab hoc tempore regnabant eis Thebaei annos CXC.

Regnante Nino apud Assyrios, novissimo ejus tempore nascitur Abraham.

HEBRAEORUM ABRAHAM.	ASSYRIORUM NINUS.	SICYONIORUM EUROPS.	AEGYPTIORUM THEBAEI.
1	43	22	1

Nino regnante apud Assyrios, Aegyptiis Thebaei imperabant.

Ninus condidit civitatem Ninum in regione Assyriorum, quam Hebraei vocant Niniven. Nino regnante apud Assyrios, primus Sicyoniis imperavit Aegialeus annos LII, à quo Aegialea nuncupata est, quae nunc Peloponnesus vocatur. Post quem secundus Europs, qui et praelatus est titulo.

Abraham natione Chaldaeus primam aetatem apud Chaldaeos terit. Apud Hebraeos, usque ad nativitatem Abrahae, computantur anni mille nongenti quinquaginta. Usque ad Diluvium enim, ab Adam, habent annos MDCLVI. et inde usque ad Abraham, CCXCIII. Et ideo XL. Jobelei à nativitate Abraham computantur. Unus enim Jobeleus quinquaginta anni sunt.

2	44	23	2
3	45	24	3
4	46	25	4
5	47	26	5
6	48	27	6
7	49	28	7
8	50	29	8
9	51	30	9
10	52	31	10
	Assyriorum II. Semiramis, annis XLII.		
11	1	32	11
12	2	33	12
13	3	34	13
14	4	35	14
15	5	36	15
16	6	37	16
17	7	38	17
18	8	39	18
19	9	40	19
20	10	41	20
21	11	42	21

Zoroastres magus rex Bactrianorum clarus habetur: adversum quem Ninus dimicavit.

Assyriis imperavit uxor Nini Semiramis, de qua innumerabilia narrantur: quae et Asiam tenuit, et propter inundationem aggeres construxit, plurimas Babyloniae urbes instaurans.

Fragmenta Graeca ad sensum tantum accedentia.

Πρῶτος ἦρξε Νῖνος ἁπάσης τῆς Ασίας, πλὴν Ινδῶν ἔτεσι νβ'. Sync. pag. 51. A.

Νίνου δὲ τοῦ πρώτου βασιλέως τῶν Ασσυρίων τεσσαρακοστὸν τρίτον ἄγοντος ἔτος τῆς βασιλείας, γεννᾶται Αβραάμ. Cedren. 24. A.

Κατὰ τὸ κ' (lege κβ') ἔτος Εὐρωπος τούτου τοῦ δευτέρου βασιλέως Σικυωνίων, ἤτοι Πελοποννησίων, γεννᾶται ὁ παρ' Εβραίοις Αβραάμ. Sync. 81. D.

Παρ' Αἰγυπτίοις ἐκκαιδεκάτη Δυναστεία, καθ' ἣν ἐβασίλευον Θηβαῖοι. Cedren. 24. A.

Οὗ (sc. Νίνου) Νῖνος ἐπώνυμος πόλις, ἥ Νινευὶ παρ' Εβραίοις ὠνόμασται. Euseb. Praep. Evang. x. 9. p. 484. D.

Fragm. ad verbum pertinens. Anno Abraham. 2.

			2294	6	
				Tacitus menses VI. Quo occiso in Ponto, regnavit Florianus dies LXXXII. Eoque interfecto Tarsi, XXXI (rex) regnavit Probus an. VI. mens. IV.	
			2295	1	
	Romanae ecclesiae XXVI. episcopus constitutus . . . (*supple*, Eutychianus) mensibus II. Post quem XXVII. Cajus annis XV.	265	2296	2	
			2297	3	
	Insana Manichaeorum ruina universis mortifera in hominum mores surrepsit.		2298	4	
			2299	5	
		266	2300	6	
			2301	7	
				Carus cum filiis Carino et Numeriano ann. II.	
	Alexandrinae ecclesiae XVII. episcopus Theonas annis XIX.		2302	1	Caro in Mesopotamia extincto, Numeriano quoque interea contigit occidi in Thracia, pariter et Carino in Cornacis praelio.
			2303	2	
				Diocletianus ann. XX.	
U. C. 1040		267	2304	1	
			2305	2	
			2306	3	
			2307	4	
		268	2308	5	
			2309	6	
	Busiris et Coptus civitates Thebaeorum in Aegypto contra Romanos rebellantes, a fundamentis ad solum usque subversae sunt.		2310	7	Constantinus et Maximianus Caesares, socii imperii adscripti.
			2311	8	
		269	2312	9	Cum Alexandria una cum Aegypto in rebellionem venisset, Alexandria nequivit resistere Romanorum exercitui.
			2313	10	
U. C. 1050			2314	11	
			2315	12	(*suppl.* Romae episcopus XXVIII. Marcellinus annis IX.)
		270	2316	13	
			2317	14	Herosolymitarum ecclesiae XXXVIII. episc. Zabdas.
	Veturius magister militiae eos qui in exercitu Christiani erant, clanculum opprimebat, atque ex illo jam tempore ubique locorum persecutio se extendit.		2318	15	
			2319	16	Hierosolymitanae ecclesiae XXXIX. episcop. constitutus Hermon.

... (Ultima pag. quae desideratur in Cod. Arm. suppletur a Sam. Arm. Eusebii eclogario, sequenti tenore.)

		271	2320	17	
			2321	18	
	Antiochiae XIX. Episcopus Tyanus (vel Tyriannus).		2322	19	
	Alexandriae XVI. Episcopus Petrus annis X.		2323	20	
				Constantinus ann. . .	
U. C. 1060		272	2324	1	Romae Episcopus XXIX. Eusebius, et XXX. Mildiates.

ՇԻ. Հաւելուած		Ոչխարիս	Ա՛ն Ամբառն.	Հաւտ. կոտորած դիմաց	
			ՈՀԵ	Բ
			ՈՀԶ	Գ
			ՈՀԷ	Դ	Ի հռոմ՛ եպիսկոպոս լե՛ւ Սկզբնաբոյս։
		ՄՂԳ	ՈՀԸ	Ե
			ՈՀԹ	Զ
	Յաղէքսանդրիա պետրոս վկայեաց. և յաջորդէ զեպիսկոպոսութիւն ԺԷ. աթեղաս ամիս Է։		ՈՂ	Է
			ՈՂԱ	Ը
	Յաղէքսանդրիա եպիսկոպոս ԺԸ. ագէքսանդրոս ամս ԺԷ։	ՄՂԴ	ՈՂԲ	Թ
			ՈՂԳ	Ժ	(ըստ ՈՂ օրինակի ասա գնի Սկզբնաբոյս։)
Կ ՚ի			ՈՂԴ	Ժա
			ՈՂԵ	Ժբ
		ՄՂԵ	ՈՂԶ	Ժգ
			ՈՂԷ	Ժդ
	Ագէքսանդրի և արիոսի դժուարութիւն։		ՈՂԸ	Ժե	(ըստ Հերոն. յազգ Նիկիոյ։)
			ՈՂԹ	Ժզ
		ՄՂԶ	ՈՃ	Ժէ	Յերուսաղէմ եպիսկոպոս մնրկիոս (կամ մնրկարիոս)։
			ՈՃԱ	Ժը
			ՈՃԲ	Ժթ
	(ըստ Թէոփանեայ. Ժող. Նիկ.)։		ՈՃԳ	ի	Քահանայապետն Կոստանդիանոսի։

Այս. * Ձատանօր աւարտուեաւ գիրքիկոն գրոցն Եւսեբեայ ‖։ (և յետ երբ երից ամաց) * Սուրբ Ժողովն՝ որ ՚ի Նիկիա յիջը ԹՅՆ ‖։

Իսկ հերքնիմոս Թէպէտ և վեց կամ եօթն ամաք յառաջ յիշէ զժող. Նիկ. այսինքն ՚ի ԺԵ. ամի կոստ. և առկայն ինքն և ս ՚ի քառերորդ ամի կոստանդիանոսի՝ հանգէպ պետ. կամ պաւէ. ամի Աբրահամու. դնէ զվախճան քրոնիկոնին Եւսեբեայ։

Theophanes in Chron. anno xx. Constantini Magni. Τούτῳ τῷ ἔτει ἡ εἰκοσαετηρὶς τῆς Κωνσταντίνου Αὐγούστου βασιλείας ἐτελειώθη. καὶ ἐγένετο ἡ ἁγία οἰκουμενικὴ πρώτη σύνοδος τῶν τιὴ. πατέρων. » Hoc anno Vicennalia Constantini Augusti celebrata, et facta est sancta oecumenica Synodus prima CCCXVIII. Patrum ա. (sicut et annos a Christo nato supponit tunc esse CCCXVIII. juxta traditionem Graecorum: quam-

ՎԱԽՃԱՆ ՔՐՈՆԻԿՈՆ ԿԱՆՈՆԻՆ

ԵՒՍԵԲԻՈՅ ԿԱՅՍՐԱՑՒՈՅ։

Urbis Conditae		*Olympias*	*Anni Abrahae*	*Rom. Constantinus*	
			2325	2	
			2326	3	
			2327	4	Romae Episcopus XXXI. Syl vester (al. anno Const. 10.)
		273	2328	5	
			2329	6	
	Alexandriae Petrus martyrio confectus est. Excepit autem Episcopatum Achylas menses VII.		2330	7	
			2331	8	
	Alexandriae Episcopus XVIII. Alexander annis XVII.	274	2332	9	
U. C. 1070			2333	10	
			2334	11	
			2335	12	
		275	2336	13	
			2337	14	
	Arii et Alexandri discordia.		2338	15	
			2339	16	
		276	2340	17	Jerosolymarum Episcopus Macarius (vel Marcus).
			2341	18	
			2342	19	
			2343	20	Vicennalia Constantini.

vis vulgo creditur fuisse Anno Aerae Vulg. CCCXXV. vel juxta Hier. anno XV. Constantini. Secundum vero aliquot exemplaria Samuelis Arm. anno Const. XXI. vel XXII. vel XXIII.)

Idem Samuel Arm. Olymp. CCLXXVI. 3. vel 4. Domini 328. vel 329. Const. 20. » Hic finis Chronici libri Eusebii &c.

Hier. in Chron. (apud Scal.) anno Abr. 2342. Olymp. CCLXXVI. 2. Domini 327. Const. 20. » Vicennalia Constantini Nicomediae facta, et sequenti anno Romae edita. Hucusque historiam scribit Eusebius Pamphili Martyris contubernalis: cui nos ista subjecimus &c. etc.

FINIS CHRONICI CANONIS

EUSEBII CAESARIENSIS

» Post mirandum opus, quod à mundi fabrica usque in Constantinum Principem Eusebius Caesariensis, hujus saeculi originem, tempora, annos, regna, virtutesque mortalium, et variarum artium repertores, omniumque penè provinciarum monumenta commemorans, Graeco edidit stylo, noster Hieronymus cuncta transtulit in Latinum, et usque in Valentem Caesarem Romano adjecit eloquio «.

Marcellinus Comes in Praefat. Chron.

ADNOTATIONES

IN CANONEM EUSEBII

Reducendae ad annos Abrahae adsignatos.

Anno Abr. 1. » Ninus *Beli filius* «. Ita ferunt non pauca S. Hieronymi exemplaria; optime tamen notavit Henricus Leonardus Schurzfleischus Not. Biblioth. Vinariensis. pag. 100. In Eusebii Lat. Chron. ad pag. XI. dicens: » Pro vulgata linea 11. lectione in omnibus Pa» latinis codd. scribitur: *Primus omni Asiae re*» *gnavit Ninus, exceptis Indis.* At verba, *Beli* » *filius*, veteres omnes PP. non agnoscunt «. Addendum, ad sensum Eusebii nihil refert, si Ninus vocitetur Beli filius strictè, aut latè: ipse enim, ut vidimus in I. P. non decidit hanc quaestionem, sed more suo adducit auctores, qui sic illum nominarunt, vix tamen negligit citare Abydenum majoris momenti testem, qui Ninum ponit inter posteros Beli septimum. Consule dicta a nobis P. I. pag. 37 — 39.

Item An. Abr. 1. In posteriora Hier. exemplaria quibus usus est Vallarsius, nescio quo vitio amanuensium qui res interpolare gaudent, irrepsit illud dictum absurdissimum de Ninive civitate, » quae ad praesens Nisibis nuncupatur «. Sed quis Geographorum id ferat? at si ferre etiam possent qui procul sunt, ipsi Nisibis incolae, quae olim fuit sedes Armenorum regum ex stirpe Arsacidarum, auctores inquam tam Armeni quam Syri, minime concederent; sicut etiam neque ipse Vallarsius, cum dicit in adnot. » Vix adduci possum, ut credam (hanc pericopen) ab ipso vel Auctore operis vel Interprete adsutam «.

Verum ubi optime legit Vall. e regione primi anni Abrahae, » nascitur Abraam «, nescio qua confusione Scaliger id notavit septimo anno ejusdem Abrahae; quod ridiculum est: quare se ipsum emendasse quodam modo videtur in principio canonis sui Graeci.

An. Abr. 51. Inter variantes Hier. lectiones certissima est ea MM, sive *duo millia*, ut jure contendit Scaliger cum aliis; atque in fragmento apud Syncellum occurrente legendum decernit ἐπὶ νϛ. ἔτους Αβραάμ, ἔτη βʹ. quam lectionem interpolatam ut omnino perpolitam accepit vel ipse Goar Syncelli interpres, eumque Vallarsius imitatus est. Verum cum viderit Vallarsius ab auctore usurpatum numerum Judaicum, sententiam alienam amplexus est; imo mendosum suum sensum Eusebio facile adscribendum putavit, atque laetus disserit ad pag. 100. not. b.

» Nihil evidentius hoc loco ad probandum, » quod contra receptam vulgo sententiam dixi» mus ad hujusce libri Praefationem, Euse» bium adeo non sequi calculos τῶν LXX, ut » cum caetera Chronologiam suam post ea tem» pora exordiatur, quae illi exaggerarunt, etiam » ubi superioris ejus intervalli ab Adam memi» nisse oportuit, ab eoque rationes inire, mino» rem numerum, sive Hebraei codicis, non » Graecorum supputationem praetulerit. Vide, » si id potuit probari manifestius, quam ducto » Jubilaeorum initio ab Adamo, et quadragesi» mo primo Jubilaeo in Abraami quinquagesi» mum primum annum conjecto. Hoc tamen » ipsum minime videtur Scaliger assequutus, » qui cum aliis modis heic erratum esse ab » Eusebio contendit; tum isto, quod suismet » ipse rationibus contradicat, quas ex dinume» ratione Septuaginta Seniorum inierat. Nos » hac de re, ut pote manifesta, et de qua plura » alias nec uno in loco diximus, nihil heic ad » eam refellendam objectionem addemus «. Adeo egregius laborat Vallarsius mendo, quod ferri non potest, ut molestum nobis sit eum confutare; satis est scire, quod Vallarsii verba in ipsum reflecti facile possunt. Sit itaque fas nobis dicere: » Nihil evidentius hoc loco ad pro» bandum, quod contra non tantum receptam » vulgo sententiam, verum etiam, quod potissi» mum est, contra Eusebii evidentissimam sen» tentiam, dixit Vallarsius ad praedicti libri » praefationem, Eusebium adeo non sequi cal» culos τῶν LXX. etc «. usque ad postrema illa. » Nos hac de re, ut pote manifesta, et de » qua plura alias nec uno in loco diximus con» tra Vallarsium aliosque, nihil heic ad eam » refellendam objectionem addemus «. Sed tota causa erroris Vallarsii atque aliorum fuit falsa conjectura, sive praepostera intelligentia *minoris numeri*; de quo actum superius pag. 26. adnot. 3. ut nihil dicam de Hier. de Prato, qui ante nos de hac re certavit: non enim quaeritur hic alius concertator, cum Eusebius se se feliciter defendere satis valeat, non minus in prima, quam in secunda Chronicorum parte.

An. Abr. 226. Thessalus, qui in edit. Vallarsii collocatur anno Armamitris 32. Abr. 222. apud Scal. 36. et 226. juxta Arzerunium nostrum reducendus fuit in annum 25. et 215.

262. Diluvium Ogygicum, quod juxta Scal. adaptavimus anno Belochi 34. Arzerunius refert anno 33. nihil obstat tamen, si in Arm. pro ϗ. 3. legatur ϗ. 4. aut in Scaligero corrigatur unius anni lapsus: ubi valde distat Vallarsius, cum transfert rem ad annum Belochi 26.

267. Tam Gr. ιϛʹ. apud excerptores Eusebii, quam Arm. ϛιʹ. demonstrant legendum etiam in Lat. juxta edit. Vallarsii XVII. annos Joseph venditi a fratribus; ubi Scal. habet XVI. quod librarios de industria inserusse dixeris ex Vulgata interp. Script. Sacrae, quum tamen tam Hebr. quam Septuaginta praeferant XVII. ex quibus desumpsisse Vallarsium suam lectionem gratis autumat Roncallius, cum potuisset dicere fideliter codices suos expressisse, quamvis citet et locum scripturae.

291. Cum ad sensum magis, quam ad verbum pertineat Samuelis locus, etsi quodam modo favere videatur Vallarsio, non dirimit tamen litem Vallarsii contra Scaligerum legentem, *Hoc anno, qui secundus famis fuit*, etc; cum ipse vellet ut legeretur, *Secundo anno famis ingressus* etc. Ubi pro Scaligero stat Roncallius, dicens. » qui (Scal.) licet expressius, » non tamen de suo exagerans dixit, ut vult Val» larsius, sic enim legitur in Ms. Rav «. Adde quod non parum favet Scaligero et Fragm. Gr. nisi eo ipso impulsus Vallarsius, putarit locum ab Scal. interpolatum esse. Verum nos semper experti sumus Scaligerum Graeca ad normam Lat. lectionis interpolasse, non autem vice versa; sed potius ubique fidem Latt. Codd. secutum fuisse, quod et ex sequenti adnot. clarius patebit.

294. Scaliger cum vidisset omnes Hier. codices pariter ferre nomen *Diopolitanorum*, non est ausus vel unam litteram addere, sed satis duxit monere lectores in animadv. 23. CCXCIV. correctiorem esse lectionem *Diospolitanorum*. Et sane tam praecautio quam admonitio ejus nobis expedire videntur, cum Eusebius noster, et Samuel (juxta exemplaria intacta) uti soleant magis lectione գիոպոլիտացւոց, *Diopolitarum*, quam գիոսպոլիտացւոց *Diospolitarum*. Verum hic audiendus Roncallius jure haec disserens, p. 123. a. » Scal. retinuit *Diopolitanorum*, li» cet animadvertat mendum Exemplarium es» se, legendumque *Diospolitanorum*. Quod si in » hisce levioribus rebus, quaeque aperte men» dum redolebant, nihil in textu (Latino) im» mutavit Scaliger, quis sibi suadebit plura » ausum esse ex ingenio immutare, ut saepe » conqueritur Vallarsius? «. Omnino probandum putamus Roncallii argumentum, et ubique admonendum, quod Scaliger quò arrogantius se gessit in Graecis fragmentis interpolandis, eò cautius procedit in servandis Latt. Codd. lectionibus vetustissimis, quamquam a Vallarsii lectione multum distantibus; et contra Vallarsius quamvis fidem servare creditur tam Gr. fragmentorum, quam Latt. codicum, non semel tamen unum ex altero libere interpolat: sicut etiam hic fecit, ut ipse testatur, 145. D. dicens. » Reposuimus denique *Diospolitanorum*, pro mendose *Diopolitanorum* «. Verum etsi concedamus Vallarsio mendum irrepsisse in hoc nomen, (quod facile potuit irrepere ob nimiam affinitatem inter litteras Gr. ϖ, et ϖ,) non debuit tamen sola Syncelli hodierna lectione adduci, ut putaret in omnibus omnino Hier. codicibus antiquis mendum inesse. Et revera sicut Hier. ipse procul dubio ϖ legit, non ϖ. ita quoque Interp. noster, ut patet ex Samuele quoque nostro, qui ut alibi, ita hic etiam habet, * Յեր հաւատեցին գիոպոլիտացւոց ||. և. այլք. » XVIII. Dynastia Diopolitanorum «. etc. nec aliter habetur etiam in I. parte Eusebii nostri, pag. 103 — 105.

316. Ita etiam Eusebius noster in sequentibus, ադամադաս, *Altadas*, haud dissimiliter et in I. parte, sicut et Arzerunius. At Samuel Chorenensem imitatus praefert, Աղամադաս, *Altadus*, quod

minus differt. Ubi obiter nota in posterioribus Chorenensis exemplaribus diverso modo haberi, ⲡⲁⲣⲁⲙⲩⲑⲟⲩ, ⲙⲁⲙⲩⲑⲟⲩ, vel etiam ⲙⲁⲙⲩⲑⲁⲩⲟⲩ. quorum postremum omnino depravatum attigerunt Latini ejus interpretes, atque ideo vel inviti mendum in Lat. refuderunt *Azatagus*.

344. Hactenus Hieronymi fere lectione usi sumus cum auxilio Eclogariorum Armenorum ad resarciendam codicis nostri lacunam. De hinc ergo, ubi resumit continuationem Eusebius noster Armeniacus, codex noster erit regulae instar ad dijudicandum inter variantes Hier. lectiones, vel ad expellendas amanuensium interpolationes erroresque. Interim verò animadvertas velim in ipso fronte modicam inter se dissonantiam lectionis Eusebio-Armeniacae et Hieronymiaco-Eusebianae: juxta enim Eusebium nostrum Anno Abrahae 344 concurrebant anni Joseph. 63. Altadae 28. Erasti vel Erati 39. Argi 38. Aegypt. in Dynast. XVIII. Amenophis, 12. Secundum vero Hier. lectionem eidem anno Abrahamitico 344. (qui si non expresse, ex serie tamen annorum colligitur) respondent anni Joseph 63. Altadae 29. Erati 48. Argi 39. et Amenophis 13. ubi vides Josephi annos accurate haberi in utraque lectione, trium aliorum uno tantum anno discrepare; quod minus nocet: restat ergo differentia quinque annorum in Erasto seu Erato. Quae tamen difficultas quodammodo tollitur in ancipiti spatio successoris ejus, sc. Plemnaei; cui Canon noster adscribit annos 46. Hier. vero 48. De epocha autem Abrahae, quae assidua continuatione apud nos habetur, apud Hieronymum verò decenni spatio metiri solita, jam monuimus lectores, pag. 33. not. 2.

345. Eusebius noster docet legendum tam hic, quam alibi, ἔτος τῆς πρὸς τὸν Ἀβραὰμ τοῦ Θεοῦ ἐπαγγελίας. Sed quia Hier. breviter solitus est exprimere, cohaeret ejusdem lectioni stylus Chron. Pasch. habentis nunc ἔτος τῆς ἐπαγγελίας, nunc ἔτος μετὰ τῆς ἐπαγγελίας. Verum et ipse eclogarius Eusebii, auctor sc. Chron. Pasch. in principio habuerat, δέκατον ἔτος τῆς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸν Ἀβραὰμ ἐπαγγελίας. In vulgatis exemplaribus Hier. omni decennio assignantur anni repromissionis, quos codex noster passim omittit.

347. En tibi locus celebris, ubi de aliqua pericope in quibusdam Hier. codicibus reperta controvertitur ancipiti marte inter criticos, Eusebii ne sit, an Hieronymi? Nunc itaque primum illam pericopem ad Eusebium nullo modo pertinere per Armenium codicem detectum est. Tamen utrum D. Hieronymo adscribenda sit, viderint qui ejus opera ediderunt. Haec pericope talis est in edit. Vall. anno 15. praesentis Aegyptiorum regis. » Aegyptiorum reges » omnes tunc Pharaones dicebantur, non hoc » proprium habentes nomen, sed pro dignitate » reges tunc utebantur hoc nomine, sicut et apud » nos Imperatores Augusti appellantur. Habebat » ergo unusquisque Pharao proprium nomen. » Hoc nos ex libris Manethonis Sacerdotis Ae» gyptiorum lectum posuimus «.

Haec sane (ni fallor) non solum Eusebiana non sunt, verum utrum Hieronymi sint necne, dubitabis, cum in multis ejus exemplaribus, iisque vetustissimis non appareant; ideoque omissa a Scal. Verum Vall. demonstrare nititur non solum Hier. sed etiam Eusebii esse: fragmenta enim similia a Gr. haec adducit. Αἰγυπτίων οἱ βασιλεῖς κατὰ τὸ πλεῖστον Φαραὼ λέγονται, ὅπερ ἦν τοῖς πᾶσι κοινόν τε καὶ προσηγορικὸν ὄνομα. Sync. p. 50. Φαραὼ κοινὸν ὄνομα πάντων τῶν Αἰγύπτου βασιλέων ἐστὶν ἀπὸ τοῦ πρώτου Φαραὼ, ὥσπερ καὶ ... Αὐγούστου οἱ βασιλεῖς Ρωμαίων ἀπὸ τοῦ Αὐγούστου ἐκαλοῦντο. Ἰδίῳ δὲ ὀνόματι ἕκαστος ἐχρῶτο. Cedren. p. 35.

Subjungitque Vall. adnotationem hoc pacto. » Scaliger hanc pericopem, ut pote suppositi» tiam repudiat, aitque, planum illum, qui » haec commentus est, quod parum fidei sibi » habitum iri vereretur, Manethonis auctorita» tem inepte mentitum: denique nullum scri» ptum codicem ea habere. Omnino autem fa» cit ipse temere, nam etsi plerique Mss. iis » carent, quos inter et Parmensis noster, ut » nihil dissimulemus, sunt tamen alii, iique » vetustiores, quos laudavit pridem Pontacus, » qui ea pari consensu retinent. Evincunt ve» ro germana esse, quae superant laudata nos» tra ex Syncello et Cedreno Graeca, quae si » alias, heic certe bene Latinis ita respondent, » ut propria Eusebii verba jure merito videantur. » Ad haec eadem vetustiorum sententia Jose» phus antiquitt. lib. VII. cap. 6. ὅτι πάντες » οἱ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεῖς ... Φαραῶνες » ἐκλήθησαν, ἀπὸ τοῦ μετὰ τοὺς ἐν τῷ μετα» ξὺ χρόνους ἀρξαντος βασιλέως Φαραῶνες τὴν » προσηγορίαν λαβόντες ... Ο Φαραὼ καθ' » Αἰγυπτίους βασιλέα σημαίνει. εἶμαι δὲ αὐ» τοὺς ἐκ παίδων ἄλλοις χρωμένους ὀνόμασιν. » ἐπειδὰν δὲ βασιλεῖς γένωνται, τὸ σημαῖνον » αὐτῶν τὴν ἐξουσίαν κατὰ τὸν πάτριον γλῶτ» ταν μετονομάζεσθαι, καὶ γὰρ κ. τ. λ. » *Quod omnes Aegyptiorum Reges Pharaoni* » *dicti fuerint ab eo qui interjectis post tem*» *poribus imperavit, Pharaonis appellatione* » *desumpta... Pharaon Aegyptiis regem sonat.* » *Opinor autem ipsos a pueritia aliis nomini*» *bus usos: postquam vero reges facti fuerint,* » *ab eo denominari, quod patria lingua potes*» *tatem eorum indicat* «. etc.

Valide quidem argumentatur Vall. et per ea quae affert, rem pene conficere videtur. Sed quid ad nos? Velit nolit, Eusebius haec nec dixit, nec cognovit. Nondum porro in aperto est an Hier. ea scripserit, cum vel ipse Vall. testetur, quod *plerique Mss. iis carent:* quid ergo? Sive Hier. sive alius quidam Hieronymi interpolator haec adjunxit, non ab Eusebio, sed ex aliis Graecorum auctoribus; quorum primus fuit Josephus aliqua ex parte, dein Syncellus, ac demum Cedrenus, quem solum citat Scaliger post repudiatam praemissam in Hier. infarcitam pericopem, his verbis: » Planus ille (ait » Scal. p. 23. ad CCCXLVI), qui haec com» mentus est (in edit. Hier.), parum fidei sibi » habitum iri veritus est, nisi etiam Manetho» nis auctoritatem tam inepte mentiretur. » Et merito nullus scriptus codex haec habet. » Haec sunt veterum Scripturae interpretum » conjecturae. Cedrenus 16, 5o. Ἀνέστη δὲ » μετ' αὐτὸν βασιλεὺς ἐπ' Αἰγυπτον Φαραώ, » ὁ καὶ Νεκχὼ καλούμενος κρατήσας ἔτη, ὥς » φασι, πεντήκοντα. ἐκ τούτου οἱ ἀπὸ τοῦ » γένους αὐτοῦ κατεγόμενοι βασιλεῖς Φαραὼ » προσαγορεύον. Quae procul dubio sunt à quo» dam vetere Ecclesiastico Chronico, Panodori » puta, aut Aniani, aut Joannis Antiocheni «. Hactenus satis expedite Scaliger: periclitatur tamen in eo, quod statim subdit, incerta conjectura ut firmissima usus. » In priore (ait) parte » Graecorum Eusebianorum legimus, Αἰγυπ» τίων βασιλεὺς Ραμμεσσαμισῶς ἔτη ιϑ'. οὗτος » πρῶτος Φαραὼ ἐν τῇ ἐνῳ γραφῇ μνημονεύε» ται «. Haec enim non Eusebius dixerat, sed is, quem Eusebii nomine excerpit Scal. in sua promiscua collectione prioris partis.

349. Ⲙⲁⲙⲫⲱⲑⲟⲩ, *Mamythus*, constans videtur lectio, ut habebatur etiam in 1. parte: ita fert etiam Sync. in Gr. Μαμυθος, sicut et in Lat. Vall. non adeo deviat et Scal. habens *Mamitus*, ubi apud alios editores vel librarios Latt. teste Vall. varie occurrit, *Amythus*, *Namitus*, *Marintus*, *Maimtus*, vel denum *Maminthum*. Constans inquam videtur lectio *Mamythus*, nec tamen omnino certa: siquidem infra habet canon noster, Ⲙⲁⲙⲫⲱⲑⲩⲗⲟⲩ. *Mamylus alter*, quo supponitur quod is quoque eodem nomine appellaretur, sicut et reapse ita legebat Samuel, cum scribit pro isto Mamytho, Ⲙⲁⲙⲫⲱⲑⲩⲗⲟⲩ, *Mamylus*, et pro secundo Ⲙⲁⲙⲫⲱⲑⲩⲗⲟⲩ ⲁⲗⲗⲟ. *Mamylus alter*. Nec aliter videtur legisse Arzerunius, cum pro Mamytho isto reponit Ⲙⲁⲙⲫⲱⲑⲩⲙ, quod legendum, Ⲙⲁⲙⲫⲱⲑⲩⲗ, nisi dixeris ⲑ. et ⲩ. ϑ, et ζ, vel σ, aliquando pro se invicem valere, ita ut idem sit Mamyzus et Mamythus, ut Ottomanus, et Osmanus.

361. Huc pertinet locus S. Augustini Lib. XVIII. de Civit. Dei. cap. 7. » Regnantibus As» syriorum duodecimo Mamito, et undecimo » Sicyoniorum Plemnaeo, et Argis adhuc ma» nente Argo, mortuus est Joseph in Aegypto » annorum centum et decem «.

377. Anno Criassi primo haec amplius habentur in Canone Hier. » In Argis prima Acer» dotio functa est Callithya Piranthi filia (vel fi» lia Peirantis) «. Cui suffragatur et Africanus apud Sync. 119. B. dicens: Καλλιδυσίᾳ Σπειράντος ἐν Ἄργει πρῶτος ἱερατεύσαι τῆς Ηρας. Verum Eusebius noster nec in priori parte, neque impraesentiarum id novit.

378. Gr. textus omnino fere ad verbum cohaerens cum Arm. probare videtur magis lectionem Scaligeri, quam Vallarsii in Hier. quamvis Goar Syncelli interpres quodammodo Vallarsianam lectionem imitatus fuerit in auctore suo exprimendo. Verum res Atlantis uno alterove anno esse differendas, docet non tantum codex Lat. Hier, sed etiam Arzerunius noster, qui Atlantem memorat sub Manchaleo. Et revera si in codice Arm. extremitas paginae non occurreret hoc spatio, fortassis aliquot annis post scriberetur a librario. Hoc semel notasse sufficiat pro simillimis differentiis pendentibus ex causis externis.

379. Ita quoque Samuel noster, Ⲙⲁⲛⲭⲁⲗⲉⲟⲩ. et Scal. in Hier. *Manchaleus*, sicut et alii *Mancaleus*. Vallarsius verò *Machaleus*, ut etiam nonnulli *Maccaleus*, proxime accedentes ad lectionem 1. partis, ubi habebatur Ⲙⲁⲭⲁⲗⲉⲟⲩ, *Macchaleus*, quam lectionem videtur retinere voluisse et Arzer. supra memoratus. Omitto Petavium legentem *Aschartus*, quasi ex Hier-Euseb. Africanus aliique apud Sync. Ασχαλέος, *Aschaleus*, vel Ασχαλίος, *Aschalius*. Medium omnium tenuisse dixeris Chorenensem nostrum legentem Ⲙⲁⲥⲭⲁⲗⲉⲟⲩ, *Maschaleus*, quamvis vel ipsius codices non adeo inter se conveniant; ita ut reperiatur etiam Ⲗⲁⲥⲭⲁⲗⲉⲟⲩ. *Aschalius*.

392. Optime legit Vall. in Hier. juxta Eusebium nostrum *Tuthmosis*, ideoque non immerito rejecit in annot. variantes lectiones, dicens. 163. c. » Antea scribebatur *Thuthemosis:* mi» nus adhuc bene penes Scaligerum *Thomo*» *sis*. Josepho lib. contra Apionem Thmosis, si» ve Θμῶσις, ex Manethone dicitur «.

397. Item emendatius legit Vall. in Hier. pro Orthopoli cum Eusebio nostro in utraque parte, annos LXIII. quam Scal. LXII.

400. Interpres Arm. postquam observasset *Syriae* nomen juxta Eusebium in Gr. idiomate vocitatum, ⲁⲣⲣⲁⲙ. Συρία, adjicere voluit Armeniorum suorum gratia sequentia, ⲛⲣ ⲓⲛ ⲱⲁⲣⲣⲓⲕ. *qui sunt Asorik*; nam sicut Assyrios, *Asoresdanjajk*, ita Syros, cum Syria, Asorik Armenii nuncupant, sicut et ab aliis hodie *Suriani* dicuntur; id quod Latinum reddere supervacuum profecto esset, nisi vellemus omnino codicis nostri fidem studiosis lectoribus patefacere. Quid vero de hoc loco disquirant Scal. et Vall. ipsi viderint.

401. Hier. *Amenophis*, juxta nempe 1. Eusebii partem ⲁⲙⲓⲛⲱⲫⲓⲥ, seu ⲁⲙⲉⲛⲱⲫⲓⲥ, ut et Sync. Αμενώφις. Similiter habuerat et Josephus. Nihilominus vestigium codicis nostri hic tenere videtur Vallarsius, illud addendo in Hier. textu, *seu Amenoptes*. Posteriora vero quae in historico spatio dicta sunt, nec Eusebius novit, neque ipse Hier. apud Scal. illa, inquam, quae in editione Vallarsii leguntur: » quippe cujus » statua usque ad adventum Christi, Sole orien» te, vocem dare dicebatur «. Quaeque frustra

defendenda suscepit ipse editor, cum ita prosequitur in annot. 165. e. » Quae hinc subsequuntur » reliqua, *quippe cujus statua etc.* Scaliger re» pudiavit non sine ἀλαζονείᾳ, In excussis in» quiens, sequebantur quaedam nugatoria, quae » a nobis, ut alia, illuc unde venerunt ire jus» simus. At verò quanquam illa et in Parmensi » nostro, et in duobus Palatinis, aliisque non» nullis apud Pontacum mss. desiderentur, mi» nime nugatoria esse, aliorum codicum non » exiguo numero, veterumque editionum, et » cumprimis Sichardinae auctoritas probat. » Nec sane facti seu fabulae narrationem re» pudiabit Scaliger apud Pausaniam, qui post » adhuc Christi adventum scripsit, atque id » tamen ipsum in Attici loco laudato, se ait » cum admiratione spectasse in ea statua, quae » inquit, ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν ἀνίσχοντος ἡλίου » βοᾷ, *quotidie oriente Sole, sonum edit* «. Sed quid ad nos, cum id ad Eusebium minime spectet? spectabit fortasse ad Hieronymum, vel potius ad ejus amanuenses, qui voluerint quaedam addere ab aliis auctoribus.

405. Mirum quod Scaliger in Gr. Canone hunc Eusebii locum accurate a Syncello usurpatum ignoravit. Vallarsius ergo feliciter ante nos eum attigit. Verum res Aethiopum melius collocat in Lat. Scaliger cum Ms. Rav. anno Abr. 404. juxta ferè auctorem nostrum. Vallarsius multo ante, sc. anno 395. quod minime probandum.

409. Sic etiam in 1. parte, ita quoque accurate legit in Hier. Scal. cum Ms. Rav. *Spherus*; ut etiam Sync. in Gr. Σφαιρος, *Sphaerus*, ubi Vall. mendose exhibet *Iphereus*, alii magis corrupte *Phereus* dixere. De annis verò hujus regis quamvis consentiant hic inter se lectiones, in superiore tamen libro auctor praemiserat ϟϗ. xxii. neque aliter ex eodem legerat Sync. κβ'. Scaliger tamen dempsit numerum β', servato solo κ', ut Canoni morem gereret; idem fecit Vall. rectene, an secus, non statuo, ubi ipse dicit pag. 167. a. » cui numero β' notam, ut cum Eusebio consentirent Graeca, nos demi» mus «. Fugit enim Vallarsium, vel ipsam κβ. lectionem Eusebii esse in prima parte, quam funditus evertere voluerat.

425. Variantes Hier. lectiones, eaque decurtatae, ad normam Eusebii nostri restituendae sunt. Vall. enim haec tantum fert: » Amram genuit Mosen, cum esset annorum cxx «. Scal. eadem, praemissis tamen his, » Hoc anno natus Moyses «. Sed ne omnia, quae diverse habentur in lectione Hier. discutienda nobis sint, Lectores ipsos hortamur adire Latt. editt. Scal. et Vall. maximè de concordia annorum, qui saepenumero dissentiunt in lect. Arm. et Lat. imo etiam inter varios Hier. codices.

426. Si constet lectio Hier. » Epidaurus civitas condita est «, ut credimus, non leve mendum librarius Arm. admisit qui scripsit, Կպիմաս pro Եպիքարոս: Item in sequentibus pro Լեալ պատմեն, *factos*, vel *fuisse narrant*, minus recte scriptum Լեալք պատմին, *facta narrantur*. Ad haec deest in Codice nostro nomen *Epimethei*, quod apud Hier. legitur, quodque et in 1. parte auctor adposuerat.

429. Ita constanter legebant et Arzer. et Sam. nostri. Մամիթոս միւս ոմն Ը. *Mamilus (vel Mamylus) alter, ann.* xxx. Qui Hier. ediderunt, dissentiunt. Vall. optime videtur habere, *Mamylus*, nec tamen novit *alterum*. Scal. *Mamitus*, tamen ne ille quidem *alterum* cognovit. Verum enim vero ipsa lectio *Mamitus* non minus supponit subaudiendum *alterum*, quandoquidem paulo ante fuerit alius rex *Mamythus*, qui in Canone nostro supponitur ut *Mamylus* jam dictus, quamvis reapse *Mamythus* ibi fuit. Utcumque sit, auctor ut in 1. parte unum *Mamithum*, alterum *Mamilum* nominaverat, idem et in Canone fecit, sed quasi vero idem nomen sit, *alterum* hic subdidit. Melius fortasse Arzer. et Sam. jam citati, qui pro utroque idem nomen repetunt, Մամիթոս. Vide et dicta ad an. Abr. 349.

430. Ut Phorbantis, ita et Ori anni vitiose positi in titulo Ը. ϟϚ, revera habentur ϟϑ. ϟϚ, in continuatione annorum, unde necesse fuit, ut restituerentur et in titulo; maximè quod facile confunditur Ϛ cum ϗ. Verum Hier. utrumque regem singulis auget annis, Phorbanti videlicet tribuens annos xxxv. et Oro xxxviii. primam accurate Chronicorum Eus. partem imitatus, sive casu, sive de industria. Utrum enim Hieronymus quaedam ex illa parte transtulerit in Canonem, an ita hic legerit, nos latet. Id nobis affirmandum erit, auctorem nostrum ibidem aliorum usum auctoritate hic propriam protulisse sententiam, alioquin non pauca aliter in Canone, aliter in 1. parte inveniuntur. Certe Africanus quoque λζ'. 37. tantum annos Oro dedit, teste Syncello p. 57. D. Anonymus Eusebii eclogarius juxta quosdam praefert λσ'. 36. secundum verò alios λη'. 38. Medius itaque numerus λζ'. 37. cum Africano hic auctori nostro placuit, ut Arm. lectio testatur.

436. Pro *Dimone* Hier. legit *Haemon*. Arzerunius nomen integrum dissimulavit, dicens: » alius Rex in Thessalia extitit «. Interea Scal. bis, aut amplius legit in spatio historico *Hoc tempore*, quod nec Euseb. noster, neque Hier. apud Vall. novit. Id sane parvi momenti erit, sed quid dixeris, si hoc intervallo tria vel quatuor membra historica abunde nimis occurrant in variis Hier. editionibus, eaque paulo ante vel post collocata; quorum nullum auctor noster affirmare videtur. Inter haec illa de Hercule pericope » Hercules primus fertur Antaeum luctae vicisse certamine «, non solum Eusebio, verum etiam Hieronymo tribui posse non facile concedas velim, ob nimiam temporis inconvenientiam, quae propterea suadet hoc dictum amanuensi ignoto atque imperito vitio vertendum esse. Sed mirum quod Vall. cum anachronismum satis noverit, nihilo tamen minus illud peccatum contra rationem temporis non solum Hieronymo, sed etiam Eusebio tribuendum esse putavit, atque ut rem confirmaret, vide quae in adnot. ipse excogitaverit p. 174. 1. » Hercu» les Olympiacum certamen, Jairo judice, hoc » est, post annos ab hinc ferme trecentos sexa» ginta instituit: quod infra ipsemet Eusebius » ad numerum dcccx. non diffitetur. *Hercules* » *in Libya occidit Antaeum. Hercules ago*» *nem Olympiacum constituit, a quo usque ad* » *primam Olympiadem supputantur anni* 430. » Retulerit proinde huc ex aliorum, ut saepe » facit, sententia, non sua: nam et verbo *fer*» *tur*, ad illud significandum utitur. Sanctus » autem Prosper in Chronico integro ἀπλῶς, » ac proprio sensu ait. *Anno (Servitutis) octa*» *gesimo secundo Hercules Antaeum luctae* » *certamine superat:* qui error est manifestus «. Vereor ne ipse Vall. graviorem quam Prosper errorem commiserit, de incerto hoc loco, (ne dicam de Prospero huc translato) tamquam Eusebiano dimicans. Nos edocet Eusebius, haec vel similia repudianda. Vallarsius viderit, an Hieronymo, vel potius librariis ejus sint adscribenda; sicut etiam quae sequuntur, quae paulo aliter apud Scal. leguntur. » Trochilus primus » fertur junxisse quadrigam. Hoc tempore Xan» thus Triopa Lesbon condidit. Hoc tempore Cy» don reguat in Creta «: quae, inquam, cum non noverit Eusebius, si Hieronymo adscribas, non moleste feremus; tamen amanuensium Latinorum esse additamenta contra S. Interpretis sententiam suspicabimur. Quamquam plura se addidisse S. Doctor fateatur in praefatione, non tamen ante Trojanum bellum, quaeque ad Romanos potius spectant: consule, si vis, certissimam contestationem D. Interpretis; ex qua evidenter elicitur si non negatio absoluta, saltem suspicio magna de amplioribus lectionibus, quae desiderantur in Eusebio, occurrunt verò in variis codicibus Hieronymi ante Trojae captivitatem. Sed tamen Vall. contrario pergit argumento, cum scilicet nihil interpolaverit S. Hier. in rebus antiquioribus, quicquid ergo cernitur in lectione ejus, ipsius Eusebii sit oportet. Ita sane poterat vir eruditus conjicere, si nihil vitii foret apud amanuenses Latt. quod tamen aliter se habere non semel vel ipse Vall. expertus est. Ac demum ita credere potuit, quamdiu Eusebio certo careret; deinceps verò omnis ambigua conjectura amandanda est, qua inter se digladiantur Vall. et Scal. de praemissis locis sub futili nomine auctoris nostri.

460. Haec omnia paulo aliter digesta comperies variis in lectionibus Hier: sicut etiam Syncellus Eusebii eclogarius non pauca interpolavit; cujusque textum Graecum non sine interpolatione transcripserunt Scal. et Vall. more suo. Ut ut sit, summa de numeris concordia inter Eusebium nostrum et Syncellum, una voce legentes ις'. ϑχ. suadet emendandam esse Hier. lectionem xvii. et reponendum xvi. Idem velim intelligas de sequenti numero ια'. ϑω. qui concorditer in Arm. et Gr. observatur: quo discimus etiam apud Hier. substituendum esse xi. pro xii. Sed vide Vallarsii fidentiam; (hoc enim nec Scaliger quidem tentavit, qui multa tamen in Gr. perturbavit.) Syncellum enim transcripturus, accuratam ejus lectionem sui codicis duobus erroribus deturpavit, repositis ιζ'. et ιβ'. pro ις'. et ια'. quod nec S. Hieronymo gratum fore dixeris, sc. sic magis magisque confirmari errores librariorum Latt. pessima interpolatione Gr. textus constantissimi; id tamen non semel fecere ejusdem editores. Optime tamen idem Vall. in annot. subdit aliter haberi in genuina lectione Syncelli; quamvis et id minus feliciter perfecit, ubi ait p. 177. h. » Supputat Syncellus reges dumtaxat sexdecim, principes verò perpetuos tredecim «. Ubi verè fatetur sexdecim reges a Syncello computari, illud tamen eum fugit, quod non de suo, sed auctore Eusebio id affirmat. At omnino falso pergit et testatur, quod Sync. principes *tredecim* recensuerit, nam ille constanter ια'. xi. *undecim* dixerat cum Eusebio. Interpres tamen ejus Latinus, Goar scilicet ad arbitrium restituere voluit in margine ιγ'. xiii. suamque mendosam emendationem in Lat. refudit, reddens *tredecim*, a quo sane Vall. deceptus est, ideoque omnis culpa in deceptorem ipsum conferenda est. Hactenus adversum eos qui corrumpunt fidem codicum; nunc pauca praeter morem dicamus de ipsa probitate auctoris nostri, de quo fortasse alii aliter sentientes codici manum intulerunt. Verum enim verò Eusebius ter statuit, sc. in 1. parte, in serie regum, et in sequenti continuatione canonis, *septemdecim* reges Atheniensium cum certis nominibus: quorum primus Cecrops, extremus Codrus. Item *tredecim* Principes usque ad mortem nominatim recensuit a Medone filio Codri usque ad Alcmeonem. Quod cum omnino firmatum esset, sine ulla dubitatione interpolarunt antiquarii Hier. Canonis praedictum locum, reponentes xvii. reges, nec tamen perturbarunt numerum principum xii. cum debuissent eodem consilio restituere pro his quoque xiii. id demum tentavit Goar in Syncello suo, ut vidimus. Sed inaniter omnia, ideoque firmiter servanda praesens lectio ις'. xvi. et ια'. xi. Quoniam quoad primum numerum, non dicit auctor noster hoc in loco *sexdecim* omnino Atheniensium reges fuisse, sed totidem reges ordine succedaneo post Cecropem extitisse; quibus additus Cecrops, implet numerum alibi stabilitum *septemdecim*. Illud itaque dictum *a Cecrope*, assumpsit hic exclusive, ideoque xvi. computavit. Quoad verò secundum numerum, nec dixit neque somniavit Eusebius *undecim* dumtaxat Principes fuisse, sed cum praemissa nota *usque ad primam Olympiadem*. Verè enim cir-

ca primam Olympiadem desinit Agamestor *undecimus* Princeps Atheniensium; cui mortuo posthac suffecti sunt alii quoquo gemini Principes Aeschilus, sub quo Olympias prima constituitur, et Alcmeon: quibus conficitur perfectus numerus XIII. a Goaro quaesitus. Hinc patet, quam arrogans ille futurus sit, qui quodvis mendum in antiquorum operibus emendare sine matura inquisitione ad arbitrium voluerit; quamvis et illa adhibita, aliquid mutare religio sit. Ubi vero Interp. Arm. et Hier. legerunt in Gr. ὧν Αἰγύπτιος, corruptè legitur nunc apud Sync. τῶν Αἰγυπτίων, quo elicitur alter sensus sic redditus a Goaro, » quia geminam Aegyptiorum linguam egregie callebat «.

461. Nomen hujus regis legendum juxta I. P. cum Sync. Մարաթիոնա, *Marathonius*, ut suo successori servetur altera nomenclatio Մարաթիոս, *Marathius;* alioquin si iste Մարաթիոս *Marathius*, alter Մարաթիոս *Marathus* erit, ut constanter habet Samuel noster cum Hieronymo.

464. Triopae anni XLVI. ab auctore in I. P. assignati, usurpantur etiam abs Hier. in Canone. Samuel juxta seriem regum, in nostra lectione ՌԽ. XLVII. dixit. Canon noster in titulo exhibet ՌԽ. XLV. fortasse pro ՌԽ. XLVII. re tamen ipsa continuat integros annos ՌԾ. XLVIII.

470. Fallitur Scaliger, cum voluerit ita omnino ab Eusebio scriptum fuisse Gr. textum, ut habetur apud Sync. quare jure confutatur a Vallarsio his verbis, 179. a. » Plus est in » Graeco apud Syncellum. Οἱ ἀπὸ τῆς Κουρη» τίας τῆς νῦν Ακαρνανίας, Κουρῆτες etc. quae » verba queritur Scaliger, quod Hieronymus » praetermiserit, vel potius neglexerit, cum » praetereunda non essent. Debuerat ergo prius » docuisse certo aliquo testimonio, penes Eu» sebium extitisse, quod non est tamen verosi» mile: Siquidem ille ex Africano hanc perio» cham describens, satis habuit quae ad condi» tae Cnossos epocham pertinebant, comme» morare «.

475. Pro *Musico*, quod apud Scal. quoque recte legitur, Vallarsius habens *Musaeus*, gratis objicit Scaligero interpolationem quasi factam ad normam Gr. lectionis Sync. In sequenti vero nomine *Euctaei* vel ipse Scaligero morem gerit, quamquam vana suspicione laborans; postquam enim dixisset diverse legi apud varios, *Erectei, Ericiei, Eutaei, Euthaei, Evethei,* et *Erhithei*, subdidit, » Emendantur ex Graeco Ευκταίου, ad cujus fidem etiam *Musicus* pro *Musaeus* fecit Scaliger «. Sed incerta nobis videtur haec conjectura, ideoque potius dicendum erit, fideliter Lat. lectionem accuratam Scaligerum edidisse, Graecam autem contra nonnihil interpolatam fuisse: quum enim in Lat. retinuerit Scal. *Euctaei*, in Gr. voluit legi Ευταίου, minus recte. Sicut etiam frustra laboravit idem Scal. cum pro ἤκμαζεν in imperfecto quod praeferebat Sync. juxta Eusebium nostrum, restituerit in perfecto ἤκμασεν: ut nihil dicam de Lat. interpretatione Hier. latiore sententia de more expressa, *agnoscitur*.

477. Feliciter praefert Scal. in Hier. τὸ *in Aethiopia*, anterioribus subjunctum, atque de novo incipit sequentia, *et multae* etc. id enim satis demonstrat ordo rerum juxta accuratam lectionem auctoris nostri in Arm. et Gr. Vallarsius tamen vult ut legamus, *In Aethiopia multae etc.* quodque mendum a librariis desumptum adeo retinet, ut non dubitaverit eodem modo interpolare et Gr. textum, dempta nimirum conjunctione δέ: sic enim restituit, ἐν Αἰθιοπίᾳ πολλαὶ καὶ ἄλλαι etc. Et quod maximum est, tum absurdam lectionem, tum interpolationem suam acriter defendit, ait deceptum Scaligerum a Gr. loco Syncelli, et plura alia congerit. Verum tamen quicquid dixerit, Eusebius ita scripsit, ut Sync. in Gr. et Scal. in Lat. legerunt. Neque aliter sonant illa in I. P. p. 128. ab auctore praemissa. Իր և առ փայլեցուցանել աշխարհին Յունաց բարեկամեանն Եվսեբեայ աշխարհին. ὅτε ἐπὶ Φαίδοντος ἐκπύρωσις ἐν Αἰθιοπίᾳ: ubi nec sequens periocha talis est, ut illi possit Vall. adnectere illud ἐν Αἰθιοπίᾳ. Reponit Vallarsius dicens. 189. d. » In his qui su» perant Platonis codicibus, quod notatum est » Schurzfleischio, nihil de Aethiopia, deque Pes» tilentiis illis legere est: quamquam laudet Sca» liger ex Timaeo illa, τὸ δὲ τούτων αἴτιον τό» δε. πολλαὶ καὶ κατὰ πολλὰ φθοραὶ γεγόνασιν » ἀνθρώπων «. etc. Equidem tam Vallarsius, quam alter criticus ab eo citatus, manifeste oberrant; siquidem Eusebius non pro Aethiopia Platonem testem adducit, sed pro diversis calamitatibus quae diversis in locis evenerunt, quod quidem assignat Plato loco citato. Qui ergo ausus est Vall. dicere *nihil de pestilentiis illis legere est* nempe apud Platonem? numquid vocem ipsam *pestilentiam* ab Hier. usurpatam vellet reperire apud Platonem? Nonne satis haec πολλαὶ καὶ κατὰ πολλὰ φθοραὶ γεγόνασιν? quibus certe verbis et Eusebius in Platone citando usus est; ut patet non solum ex Syncello Eusebii exscriptore, qui constanter habet vocem φθοραί, sed etiam ex Interp. Arm. ապականութիւնք, sc. *corruptiones*, id est Gr. φθοραί. Gratis itaque pergit Vallarsius persuadere lectoribus locum ab Eusebio, ut ait digito notatum, *extitisse olim* in libro Platonis, hodie tamen desiderari. Nam velit nolit, possunt qui volunt, ea in Plat. legere, cum in praesto sit locus memoratus. Adeo sane loquacitatis causa nobis Vall. fuit; alioquin satis esset dicere, ita habet Eusebius, quicquid criticus dixerit. Verum ad rem facit locus S. Augustini. Civ. L. XVIII. c. x. » His tem» poribus, ut Varro scribit, regnante Athenien» sibus Cranao successore Cecropis, ut autem » nostri, Eusebius et Hieronymus, adhuc eo» dem Cecrope permanente, Diluvium fuit, » quod appellatum est Deucalionis eo quod ipse » regnabat in earum terrarum partibus, ubi » maxime factum est. Hoc autem diluvium ne» quaquam ad Aegyptum, neque ejus vicina » pervenit «.

479. et 498. Patet ex Eusebio nostro repudiandam esse lectionem Scaligeri in Hier. continuatam nempe cum antecedentibus, *et secundum* etc. contra verò diligenter tenendam lectionem Vall. interruptam scilicet cum auctore nostro, ac post multum intervallum de integro inchoatam hoc pacto: » Secundum nonnullos » Jo in Aegyptum profecta, et ibi Isis nuncu» pata, etc «. Praeterea Scal. pro *Inachi* legerat mendose *Jasi*; de quo fuse agit Vall. in annot. 183. e. ubi etiam non immerito conqueritur de anteriori vitiosa lectione.

481. Scal. ut in Hier. legit cum Ms. Rav. » Achoris ann. VII. «. ita etiam in Gr. suo restituit Αχωρις ἐτη ζ'. Sed Vall. in eodem Hier. accuratissime habet cum auctore nostro *Athoris ann. IX.* Ita accurate auctor praemiserat in primo quoque libro, Աթոռիս ամս. Թ. Αθωρις ἐτη θ'. quod idem Vall. citat in Gr. sub nomine Syncelli ex pag. 58. cum debuerat dici *Eusebius apud Sync.* ipse tamen Sync. suam sententiam reposuit in pag. 120. E. Αθωρις ἐτη κθ'. ubi sane redundat κ'.

481. Arm. Interp. videtur legisse in Gr. disjunctim Αθήνας δὲ, καὶ Διαδας, quasi vero diversae sint urbes; immo primam pro regione quoque accepit: id enim sonat Աթենասան *Athenia*, ceu *regio Athenarum;* cui favet et plurale nomen ipsius urbis. Hier. tamen vel articulum legebat ταὶς cum Sync. vel relativum αἳς, quocirca et reddebat, *quas et Diadas*. Utcumque sit, tam Arm. quam Gr. probant lectionem Scal. in Hier. habentem unicum verbum *condidit*, cui alii addunt et alterum *nominavit*, quodque frustra tuetur Vall. dicens. 183. f: » Ne» que heic satis bene lectum antea. Pontacus, » *Athenas condidit, quam et Diadas nomina» vit*. Scaliger, *Athenas quas et Diadas con» didit*: alii, *quae et Diades*. Vera Mss. est lectio » *Athenas condidit, quas et Diadas nomina» vit* «. Sed quum soli Eusebio fides habenda sit, dicendum, veram lectionem esse, quam tenuit Scal. Sequentia verò quae apud Hier. leguntur » hanc urbem Euboici Orchomenon appellave» runt «, lectio nostra non habet.

485. Lego պետակ, pro պետակք, nullius significationis; immo suspicor supplendum et nomen գրեկեանք, vel հռէգք. Ceterum Scaliger Syncelli locum a nobis citatum ignoravit, ubi omnia Eusebiana sunt (praeter nomen καὶ Πύρρου quod desideratur); quo quia caruit, se contulit ad alterum Syncelli locum p. 122. c. Ελλην υἱὸς Δευκαλιώνος ἐγγωρίζετο, ἀφ' οὗ Ελληνες οἱ Γραικοὶ μετεκλήθησαν. quod minus favet; adde quod Syncellus haec alibi scribit, ea vero a nobis relata statim post alia Eusebii verba desumpta ex hac pagina: feliciter ergo Vallarsius nobiscum egit, describens Sync. ex pag. 125. D. Miro modo Eznicus noster saeculo quinto celebris praesentem Eusebii locum indicare videtur, una cum variis locis ejusdem Canonis in unum redactis, quum scripserit. num. LVI. * Հելեանասւթեան սկիզբն ի սկզբանէ ժամանակաց անտի եղեւ . . . . և անտի կարգեալ հաւանեալ յելպիպատիս և ի բաբելոնացիս և ի փռեւգացիս և ի փռեւգեցիս գործ գրոյցագրութեան, և խոր հուրգք նոքին. և ապա ի հելլենս, որ են յոյնք, առ հին գրագիտս, և ևս յետոյ առաւել ասացք առ կաւնեան և բնաւ ի գիտս և ապոգոնիս և առ այլովք բազմօք, զորս մի զսոմիոքն ասեն անուանելին: Իշւ հելլեցք կոչին յոյնք յառնէ միոյէ, որում հելլենս անուն էր յելլադացւոց աշխարհին: Բայց այլք ասեն, թէ ի հիթեանոսէն՝ որ յասիացւոց էգէա կոչի: Բայց յոյնք ի յաւանայ, որ էր մի յառաջնոց գաց աշխարհագրութեանն, զոմն զորոյ մերովպս առնեն ոմանք կոչին յաղագս բազմութեան բազմանալոյ քանզի բազմանալ յաւանայն ասի բնական կոչի ‖ h. e. » Paganismi initium jamiude » a temporibus Seruch fuit . . . Exinde consti» tutis rebus, perveniebat ad Aegyptios, Baby» lonios, Phrygas, et Phoenicas opus simulacri » conficiendi cum mysteriis suis: postea ad » Hellenes, qui sunt Jones (Graeci), sub Ce» crope; et postmodum major (fuit) progressus » sub Saturno, Junone, Jove, Apolline, cae» terisque pluribus, quorum singulos deos ap» pellabant. Hellenes autem vocantur Graeci a » viro quodam, cui nomen Hellen fuit in Ella» da. Alii tamen dicunt, quod ex Oliva, quae » Athenis per se germinata fuerit; nam Oliva » Graece *Elaea* (ἐλαία) audit. *Jones* autem » (dicti sunt) a Javano, qui unus erat ex au» ctoribus turris opificii: quapropter *Merops* » (*meropes*, μέροπ, μέροπες) universi (homi» nes) nuncupantur ob divisionem dialecti; *Di» visio* enim Graece *Merismus* (μερισμός) voca» tur «.

490. Constans lectio Eusebii tum hic, tum in I. P. Arm. et Gr. suadet emendandam esse editionem Hier. habentem apud Vall. *Chencres*, et penes Scal. *Cenchres*; legendum autem est *Chencheres*, sicut etiam Sync. legebat Χέγχερης. Item facile emendabis numerum XVIII. in lectione Scal. ubi Vall. recte fert cum auctore nostro XVI. quem et Sync. transcripserat ις'. 16. p. 58. B. eumque Scal. in Gr. canone imitatus fuerat; omitte alteram Syncelli lectionem propria sententia κς'. 26. p. 120. E. Verum redundat interea illa apud Vall. pericope, quae certè a posteris relata fuit in textum Hier. » Iste est Pha» rao Chencres, qui contradixit per Mosen » Deo, atque mari Rubro obrutus est. Post » quem regnavit Aegyptiis Acherres Pharao: nam » Pharao cognomen est dignitatis «. ubi vel ipse Vallarsius sincere fatetur inconstantiam hujus

loci 185. b. » Quae hinc (ait) subsequitur ῥῆ-» σις, Iste est Pharao Chencres, etc. tota ad » finem usque in Parmensi ms. desideratur, ut » etiam in duobus Palatinis. Nec sane eam Sca-» liger novit (adde, qui plures, quam Vall. vi-» derat codices): et veteres quidam editi libri » ex parte tantum habent, sive priorem perio-» cham usque ad verba *obrutus est* «. Nihilo-minus instat Vallarsius, ut probet haec non minus Eusebii, quam Hieronymi esse: probat autem hoc argumento, quod » Quoad histo-» riam (ait) concinunt quidem Eusebio Orosius, » Theodoretus » etc: quasi vero non potuerit interpolator similia addere, ut reapse addidit; et quidem ea, quae certos auctores habebant.

498. Commodius emendabis ad normam auctoris nostri qui in utraque parte habet *Ascatades*, variantem Hier. lectionem depravatam, apud Vall. *Ascades*, penes Scal. *Astacadis*, apud alios *Ascatadis*, quibus omnibus jure fidem negat Vallarsius ac solerter infert 187. a: » Rectissime apud Gobelinum Personam Cos-» modr. aet. III. cap. VIII. *Ascatades* legitur, » quomodo Ασκατάδης habetur apud Syncel-» lum «. De numero annorum XL. omnes consentiunt praeter Syncellum ferentem propria sententia, vel juxta Africanum, λϑ'. XXXVIII.

505. Syncelli citatum locum ne forte putent lectores Eusebii verba ipsa prae se ferre, sed potius sensum aliquantulum cum nomine auctoris; audire lubeat et Latinam ejus interpretationem juxta Goarum: » Anno biformis Cecropis regis » Atheniensium primi, quinto supra quadrage-» simum, Israelis ex Aegypto, Moyse duce, pro-» fectionem stupidus (*sic enim passim mor-» det Sync. Eusebium non sibi amicum*) Pam-» phili Eusebius assignat: eademque halluci-» nantibus ejus calculis anno ab Adam creato » 3989. Aod autem 22. contingere debuerat «. Parum curabimus Eusebianum calculum Syncello displicuisse; satis est, quod certam ejus supputationem hic habitam libaverit. Ubi nimis incaute (ut passim) deceptus est Scaliger, quippe qui ubi primum vidit Eusebium a Syncello nominari, illico conjecit integram auctoris nostri pericopem ab eo transcriptam fuisse. Quoniam verò in infinito, ut ajunt, modo verbum invenit apud Sync. usurpatum cum accusativo nominis casu, eclogarii illud opus esse credens, fidenter omnia sibi conciliavit ut vera Eusebiana, et restituit tantum verbo indicativi modi, nomineque casus recti, atque ita sine ulla haesitatione in suo Pseudo-Canone Graeco excudit his verbis. Τῷ μϛ'. ἐτει Κέκροπος τοῦ διφυοῦς πρώτου βασιλέως Ἀθηναίων ἡ ἐξ Αἰγύπτου πορεία τοῦ Ἰσραὴλ διὰ Μωσέως ἐγένεται. Quae quò magis cohaerent Syncello (Syncelli enim certo verba sunt), eò magis abhorrent ab Eusebio; qui tantummodo μϛ'. XLV. annum Cecropis praefixerat anno egressus Hebraeorum ex Aegypto; unde Syncellus expresse argumentum illud confecit, quo Scaliger offendit: nec mirum, cum ejusmodi sint non pauca inter selecta Scaligeri, eo quod minus credere voluerit Hieronymo certo ac fideli Interpreti, quam Syncello Eusebii ut putabat eclogario. Quod autem Hier. paulo liberius reddiderit auctoris verba, ideoque paululum discedat a lectione nostra, nihil vel parum interest.

506. Corrigenda est editio nostra Arm. habens *ἐδίκαιωσε, ἐκτίσθη*, ubi Cod. habet *ἐκλήθη, ἐκλήθη* cum Syncello. De sequentibus, quae in Hier. potius promiscue occurrunt, haesitant vel ipsi critici. Itaque Vallarsius sic queritur de auctoritate Gr. contra Scaligerum, dicens. 194. f. » Si quae et nos adducimus ex Syncello pro-» pria Eusebii sunt verba, damus Scaligero, » fideliter potuisse converti Latine, *Areopago » nomen impositum est, et judiciorum locus » constitutus*. Verum aliter videtur ab eo scrip-» tum, ac ferme ut est apud Hesychium. » Αρειος πάγος τὸ ἐν Ἀθήναις δικαστήριον » (vel δικαστηρίου ὄνομα) κατέστη. In reli-» quis Scaliger ipse vitiligat «. Sed ne in aliorum nos litem immittamus, hoc tantum dicimus, quod sicut Scaliger plus aequo S. Interpretem laedere, sic et Vallarsius eumdem nimis defendere videtur; nam certe librarii mendum inest Latt. editt. tum Scal. habentis, » Hoc tempore Areopagus nomen judicii consti-» tutus «. tum Vall. ferentis » Areopagus apud » Athenas nomen judicii constituitur «: quod malim ita scriptum a Hier. fuisse, » Arius pa-» gus nomen sortitus, judicii locus (vel fo-» rum) constituitur «; alioquin τὸ *nomen* nihil certum sonaret. Quod autem Latinorum amanuensium culpa aliqua hic mutata fuerint, satis indicat illud, quod bene notavit Vall. » Pro » *Areopagus* in veteri codice legi *Arius pagus* » notatum Palatino Antiquario apud Salma-» sium «: juxta nempe Gr. dialectum, quam et Arm. servavit.

507. Tabernaculi mentio nulla in hodiernis Hier. codicibus; librarii ejus Graeci vel Latini culpa intercidisse dixeris.

508. Scaliger vult in Gr. legi Διωδᾶν, quem et Bochartus in Chanaan lib. I. cap. 14. imitatus est, Phoeniciam insuper dialectum excogitans in vocibus *Dioda*, vel *Diuda*. Pro dissonantibus Latt. lectionibus jure haec profert Vall. 192. D. » Fixit locus iste editoribus, » aliisque magni nominis literatis crucem «. Adeas velim quae disserit in sequentibus, haud secus ac Scal. p. 31. CCCCXCVIII. Generaliter tamen adverte quod apud Sync. legitur Διβδᾶν. apud Hier. vero *Desinaus*, ut habet Vall. vel *Desanaus* juxta Scal. quodque nomen bis occurrit penes S. Interpretem. Utrum nostra lectio *Desandas* plus sit valitura apud Criticos, adhuc ignoro. Ut ut sit, haesitant critici de altero quoque nomine *Heliensium*, quod diverse apud alios habetur. Syncellus praefert Ιλίων, pro quo Scal. substituit Ιλιέων, minus recte; emendatius itaque reposuit Goar in marg. Ηλιειών: sic enim in Eusebio Interpretem Arm. legisse arbitramur, cum reddiderit *ելեալացոց*, quod refertur in Gr. Ηλιείων, vel saltem Ηλιέων. Ita profecto legisse putatur Hier. quum pluris facienda est ejus lectio quae est apud Scal. *Eliensibus*, quam quae apud Vall. *Iliensibus*. Cappadocas vero Armenii *Kamirk* solent appellare, tamquam a *Gomer* vel *Gamir* filio Japhet oriundos.

508. Sicut Hier. *sed non Semelae filio*, pariter et Sync. negative legerat in Euseb. οὐχὶ τοῦ ἐκ Σεμέλης, *non a Semelae (filio)*. At Interp. noster absque negatione Eusebium attigit: quam lectionem anteferendam omnino duxit et Scaliger, cum abjici voluit adverbium οὐχί a lectione Sync. idem senserunt et alii inter Graecos; quod tamen aegre fert Vallarsius, qui ita pergit in annot. 196. D. » Porro » autem etsi ipse dicitur Semelae filius Nonno, » Cedreno, Malala, atque aliis, adnotante » Schurzfleischio, nihil dubium est tamen » scriptum ab Eusebio quemadmodum et Syn-» cellani codices ferunt οὐχὶ τοῦ ἐκ Σεμέ-» λης «. Ubi micor Vallarsii fiduciam, qua asserit dubitandum non esse, quin ita scripserit Eusebius. Commodius dixisset, *ita lectum ab Hier.* ut nos contendimus de contraria *Interpretis* nostri lectione; quam potissimum ad rem facere minime inficias ibit Vall. cum sarem facere minime inficias ibit Vall. cum satis noverit Dionysum, qui et Bacchus ac Liber Pater vocatur, vini ebrietatisque antesignanum, Semelae Cadmi filiae partum apud fere omnes constanter haberi. Non aliter legerat et ipse Vall. apud Eusebium in ipso Canonis prooemio juxta translationem Hier: » Qui Semelem » genuit, de qua pulcherrima proles, — Li-» ber (Gr. Διόνυσος) condignam partu tulit » edita frugem «. Quae si advertisset vir criticus, dixisset potius, *nihil dubium est scriptum* hic quoque *ab Eusebio* absque οὐχί. Quod si temporis inconvenientia eum offendit (quod tamen vix memorat), ipse viderit, ne forte locum habeat illud dictum ab eo non semel usurpatum, plura in Canone occurrere variis in temporibus juxta fidem variorum auctorum: et quidem aliter vel alter quoque Dionysus in sequentibus memorabitur. Praetermitto ethnicorum fabulas, qui Bacchum bis natum confinxerunt, quasi vero geminas habuerit matres: nos taedet de profanis profana subtexere.

511. Quamvis desit certa lectio Gr. nullo tamen negotio elicitur ex Arm. hoc pacto. Πρῶτος Ἑβραίων ἀρχιερατέυσεν Ἀαρὼν ἀδελφὸς Μωϋσέως. Quod diximus, ne quis decipiatur loco Chron. Pasch. p. 62. A. ad sensum tantummodo pertinente. Ἀαρὼν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ . . . πρῶτος Ἑβραίων Ἀρχιερεὺς κατέστη: quamquam hoc tantum contentus fuerit Scal. in suo Gr. pseudo-canone, nec tamen sine interpolatione. Verum in hoc fragmento incerto non solum inverso ordine collocantur omnia, sed quoque minime occurrit verbum ἀρχιερατέυσε omnino necessarium, eo enim solo exactissime exprimi potest Arm. *քահանայապետեաց*, ad syllabas *pontificavit*. Latine autem cum Hier. *Pontifex constitutus est*, altera oritur Gr. lectio Chron. Pasch. itaque malim ut lectio nostra ita exponeretur, *Pontifex factus est, Pontificatum sortitus est, Pontificatu functus est*, aut alia ejusmodi. Syncelli vero locum de Cranao integre ab Scaligero usurpatum scias velim, eumque ut sincerum Eusebii textum falsò ab eodem habitum. Idem intellige etiam de plurimis (ne dicam de omnibus) incertis fragmentis, quae nimirum nos pro sensu tantum citamus, absolutissima autem Eusebii auctoritate apud Scaligerum gaudent; quod semel dixisse satis sit, ne ubique eadem repetamus.

512. Arm. nunc habet *Crotopus*, ut Scal. nunc *Crotopas* cum I. parte Eusebii. Vall. *Crothopus*. Numerum annorum κϛ'. 21. bene restituit Scal. ex I. P. ope Anonymi eclogarii: quem praetermittens Vallarsius, ad Syncellum se contulit; videns tamen eum discrepare, dum legit, κδ'. 24. facile interpolandum duxit, restituto κϛ'. Ubi adverte ita signari locum citationis: » Ex Syncell. pag. 121 «. De industria nempe in obliquo casu, ne si recte nominasset, *Syncell.* ut alias consuevit, integre transcriptum putaretur.

520. Quod post multum laboris divinarunt editores Hier. de hac linea, quae ad Amphictyonem spectat, id sincere nos legimus apud auctorem nostrum: nec tamen novimus reliqua, quae habentur in dubia Hier. lectione de Dionyso qui hospitio à Semaco acceptus est; nisi quis eoquod similia legantur apud Syncellum quoque p. 125. D. certum habeat intercidisse a nostro codice. Neque novit Eusebius noster alteram de Telegono apud Aegyptios regnante pericopem, cujus causam agunt contra se invicem Scal. et Vall. qui post multa haec adjicit p. 195. b. » Demum neque ἀλογιστία est, ut Scaliger » nimis temere vocat, quod septimum ab Ina-» cho Telegonum dicit, neque enim convinci » veteris alicujus Scriptoris auctoritate potest: » cumque ipsimet in diversa abeant, qui Ina-» chi progeniem enarrant, Apollodorus et Pau-» sanias, nec tamen Telegoni verbo tenus me-» minerint, manifesto indicio est, Eusebium » ab aliis, qui minime supersunt, Auctoribus » haec accepisse «. Eusebius sane, ut diximus, vix talia novit: undenam vero Hier. vel potius amanuenses ejus haec acceperint, Vallarsius viderit; verum enim verò tam promiscua est hoc intervallo lectio Lat. ut interea oblivioni traditum dixeris illud Eusebii nostri dictum *Danaidarum res*.

529. Sic quoque praemiserat auctor in I. P. cum Josepho, quo comprobatur lectio Scal. in Hier. *Armais*, haud secus in Gr. Αρμαΐς

Solus ergo Vall. *Armeus*, dixit, minus recte: cui tamen suffragari videtur Sync. p. 58. legens quasi de persona auctoris nostri Ἀρμεΐς; sicut et de sua, p. 123. Ἀρμαΐας. De annis convenit apud omnes, excepto ipso Syncello, propriam sententiam praeferente *S'*. IX.

529. Variant Hier. lectiones; apud Scal. » Epaphus filius Jonis Memphim condidit, quum » in secunda Aegypto regnaret ». et apud Vall. » Epaphus filius Jo et Jovis, Memphim condidit, cum Aegypto secundae regnavit ». quorum postremâ magis ad nostram lectionem accedit. Illud vero, *Jone* an *Jonis* legas, nihil interest, cum etiam *Jo*, genitivi casus hic vicem gerat. Certum est tamen quod penes Scal. mendose legitur tantum *Jonis*, pro *Jo et Jovis*, quod advertere potuit Scal. vel ex Gr. fragmento pleniore quod apud Sync. legitur; quamquam is, sc. Syncellus, adjectivum τῆς δευτέρας ad Ἰοῦς referri voluerit, quod tamen Eusebius Aegypto adjunxerat, ut fidem faciunt ambo Interpp.

530. Manifestus est sensus Eusebii, quem saltem ex parte et Syncellus tenuit, quod scilicet idem ipse rex Erichthius vel Erichthonius in serie Atheniensium regum collocatus ille sit, cujus Homerus meminerit; hoc enim prodit pronomen αὐτο-. οὗτος: ideoque appositè è regione nominis ejusdem regis historia illa assignatur in codice nostro. Hieronymus tamen, vel potius ejus scriptores uno alterove anno haec differunt, hoc cum additamento, *his regnantibus fuit;* quasi verò alius sit Erichthonius rex ab Erichthonio Vulcani filio: verum neque editoribus Hier. placet ista lectio interpolata. Locus autem Homeri ab illis quoque citatus ita se habet in Boeotia.

Οἳ δ' ἀρ' Ἀθήνας εἶχον εὐκτίμενον πτολίεθρον
Δήμου Ἐρεχθῆος μεγαλήτορος, ὃν ποτ' Ἀθήνη
Θρέψε Διὸς θυγάτηρ, τέκε δὲ ζείδωρος ἄρουρα·

de quo loco vide Eustathium, atque alios interpretes.

532. Non immerito repudiat Vallarsius lectionem Scal. in Hier. *Callisto:* nec tamen ipse accuratior est, qui habet *Callistionis;* cum enim concedit foeminae hoc nomen fuisse, *Callistae* potius scriptum ab Hier. dixerim, quae lectio satis commode continetur apud Scal. si legas *ae*, pro *o*: quamvis non desunt, qui Gr. dialecto genitivum referant casum *Callistus*; quod tamen in rebus ignotis lectores vexat.

532. Ita accurate praefert etiam Scal. in Hier. *Castor;* ubi Vall. minus recte *Castoris:* omitto quaedam in textu redundantia apud Vall. quae nec auctor noster, neque Hier. ad fidem Scal. noverunt. Porro hunc locum totidem verbis jam praemissum in 1. P. consulas velim, ut conferas inter se quaeque vel leviter differunt. Ea vero, *Post quem Pelopidae* etc, immerito sejunxit Vall. a Castoris textu diversis characteribus, tamquam ad solum Eusebium pertinerent. Scal. solerter inter Castoriana retinuit.

534. Summa inter Interpretes utriusque linguae concordia refellit Gr. fragmentum Syncelli tamquam Eusebianum a Scal. venditatum. Ea vero, a calce hujus periochae apud Vall. lecta, non solum auctor noster non novit, sed ne certiores quidem Hier. codices noverunt. Dicit enim Roncallius, p. 159. b. » Mss. Rav. et » Caes. et Scal. non habent haec verba: *cui datum est regnum ejecto Danao*, quae in pluribus » Mss. deesse notat Pontacus «. Idem forsitan dicendum de voculis *Post quem*, quae sub initium totius sermonis legerat Vall. Haec sane et similia non pauca nos edocent plura in codd. Hier. a librariis assuta, ideoque non mirum videtur, si identidem discrepat ab Eusebio nostrae lectionis.

538 Auctor in 1. P. habuerat Ամմինաս, *Amyntas*, quaeque est lectio Hier. teste Vallarsio. Verumtamen Samuel noster cum Arzerunio legerat in Canone ամփնտէս, *Amyntes*, vel *Amintes*, haud secus ac Scal. in Hier. immo et Sync. in Gr. Ἀμυντης: ita profecto mallem ut et hic legeretur uniformiter aut ամփնտէս, aut ամփնտաս: librarius tamen nunc habet ամիան-տէս, nunc ամփնտաս:

551. Jure reprehendit Scaligerum mira Interpretum Arm. et Lat. consonantia; cum enim hi ita rem expresserint, ut legerant in auctore suo, inaniter ergo Scal. satis longo Syncelli fragmento deceptus, temere aggressus est accusare Hieronymum negligentiae, eo quod Syncellanam lectionem non servaverit; nec ergo immerito coarguit ante nos Scaligerum vel ipse Vallarsius p. 210. l.

557. Redundat apud Vall. illa pericope p. 206. » Orithya Erechthei, qui et Erichthonius » dictus est, a Borea Thrace rapitur «, superflua quidem, ut aliunde huc translata; quare nec apud Scal. cernitur, quem hac de causa gratis incusat Vall. p. 206. g. Audi Roncallium dicentem 162. f: » Hanc periocham omittunt Ms. » Rav. et Scal. Pontacus deesse testatur in plu» ribus Mss. et delendum putat »: jure meritoque, cum nec Eusebius eam hic noverit.

561. Legebat ergo Interp. noster, κατεσύλε, *spoliabat*, aut κατελύε, *dissolvebat*, vel quid simile, hinc reddidit in Arm. կոպստէր, *spoliabat:* nisi dixeris legendum in cod. Arm. կոտորէր quod accedit ad Gr. κατέθυε, vel potius ad Lat. *interficiebat*. Porro etiam Hieronymum juvat tum κατελύε, tum, ut habetur apud Sync. κατέθυε, *immolabat*, siquidem alterutrum potuit stylo liberiore exponere, *crudeli scelere interficiens*. Ubi tamen Scal. qui pro certo accipit Gr. textum, ita libere argumentatur contra Hier. 36. 546. dicens. » Graeca καὶ τοὺς παρο» δεύοντας κατέθυε ξένους, *praetereuntes im» molans hospites*. Nisi ita verteris, omnino, » quod praecipuum in hac historia est, ignora» bitur, a Busiride homines non caesos, quod » commune est Sicariis, aut latronibus, sed » immolatos, quae immanitas illius propria » fuit «. Verum tamen ambo Interpp. non certam immolationem, sed solitam sicariorum immanitatem intellexerunt in Gr. quia fortasse aliter rem legerunt. Debuit Scal. primum demonstrare auctoritatem Gr. textus, antequam Interpretem culparet.

583. Anteferenda itaque lectio Vall. in Hier. *Belochus*, contra autem mendi coarguenda Scal. editio *Bolochus*. De nomine *Batossa*, quod apud Scal. legitur *Atossa*, penes vero Vall. *Actosa*, nihil certi proferre possumus, quum et in 1. P. omnino depravatam invenimus lectionem.

589. Sic accurate etiam Hier. in edit. Vall. *Raptus Europae*, ubi Scal. in interpolatam lectionem incidit » Hoc tempore rapta Europa «.

593. Ծաղատրուկտ *artificem* expressimus, ita tamen ut simul intelligatur *artisperitus, optimus magister* in arte musica; sicut etiam Gr. μουσουργός, musicae factor audit.

602. Emendatius itaque Vall. quoque in Hier. *Menophis*, quam Scal. *Menophes*. Syncellus ut p. 127. E. primae partis Chron. Euseb. vestigium tenuerat legens *Amenophis*, sic praesentem etiam lectionem retinuit p. 58. B. teste Scaligero, qui geminis locis diverso modo usus est

608. Բաղատարիս, *Balatores*, is in 1. P. nominatus fuerat ab Eusebio, ita etiam hic legit Scal. in Gr. Βαλατορης, juxta Syncellum; quamquam Goar praetulerit Βαλετορης. Praesentem verò lectionem constanter tenet etiam Arzerunius noster, cum habeat, բաղեպարիս, *Balepares*. Itaque corrigenda lectio Hier. quae varia est, *Bellepares*, vel *Bellopares*; sicut et in excerptis Barbarolatinis apud Scal. *Beellepares*, vel *Belleroparus* dicitur.

611. Magis emendate legit Scal. in Hier. *pennatus*. Vall. mendose *prinnatus*, fortasse pro *pinnatus*, ut fert Roncall. Arm. juxta Gr. potest reddi, *volans*, vel *volatilis*, sive ad sensum *alatus, pennatus*.

618. Կերբերաս, որ պերբինեա յետոյ սպան. ad verbum, *Cerberus quem Perinthus postea interfecit*, mendum manifestum: quare lego, Կերբերաս, որ զպերբինեաս. *Cerberus, qui Perinthum* vel *Pirithum* etc.

635. *Sub his*, ad verbum more nostro; quo comprobatur Gr. lectio κατὰ τούτους, explicite reddita a Scal. in not. *tempore horum regum* sive *Heroum:* quique injuria infert dicens, » Hieronymus, *secundum quosdam*, longe à sen» tentia «. Ubi nimis utique praeceps fuit vir criticus in reprehendendo Hieronymo, ideoque ipse longè distat a veritate. Non enim S. Interpres illud κατὰ τούτους expresserat *secundum quosdam*, sed pro sequentibus ἐδοξέ τισιν, egregie dixerat *secundum quorundam opinionem*. Pro autem superioribus rite subjunxit, *hac aetate*. Verum enim verò decepit Scaligerum dispositio vocum aliter habita in Lat. quam in Gr. quod tamen mirum in viro tam astuto, ne quid gravius more suo dicamus.

642. Hier. lectio decurtata a librariis, haec tantum fert apud Vall. » Bellum, quod sub » Eumolpo fuit ». etsi Scal. paulo plenius legat. » Bellum quod sub Eumolpo dicitur ges» tum, hoc tempore fuit «. Plenissima sane nostra lectio est. Verum Gr. textum Syncelli, qui nobis favet, minus recte dissecuit Goar. p. 129. postremam enim vocem Αὐσονησι in sequentem transtulit periocham, eamque inverso ordine restituit in Lat. hocce modo. » Bellum in » Eumolpum (debuit reddere, *sub Eumolpo*), » a quo Eumolpidae. Res a Procne et Philo» mela Pandionis filiabus *Athenis* gestae «, quae vox *Athenis* in calce anterioris pericopae reponenda fuit.

649. Խաժ quod supponit pro Gr. Μάντις, aeque sonat *Vates, augur, placita dictans*, seu *ad libitum vaticinator*, atque eo sensu dixit Hier. *Divinus*.

658. Quum Gr. nomen Προῖτος diphthongum praeseferat, Hier. solito Latinorum more pro οῖ reposuit oe. Noster restituit ա., ac si fuerit ου. sic enim identidem reducitur in Arm. οε. Verum in 1. P. codex noster habuerat separatim per duas syllabas Պրօիտոս, atque hinc Arm. cod. ferebat, պրոիտաս, quam lectionem et Samuel servavit պրոյտաս, melius itaque hic in Arm. legerem պրոեյտաս:

660. Nescio Graecusne, an Armenus codex hoc inverso ordine casus nominum exposuerit: alioquin juxta Sync. ac Hier. legendum fuit Տիտոս համահաւասիկ էր տանտալոս. *Titus aequalis fuit Tantalo*. Sic enim et locus postulare videtur.

669. Fugit diligentiam Scaligeri praesens Syncelli locus tam Eusebio, quam Hieronymo conveniens; sicut etiam alterum de Cyrene fragmentum allatum. Vallarsius feliciter utrumque locum ante nos assequutus est. Verum hic animadvertas velim, quod non immerito conjecerit Schurzfleischius Hieronymum legisse τινὸς γυναικός, pro τῆς γυναικός: idem ferè dixerim et de Interprete nostro. Nihilominus accepta etiam hodierna Syncelli lectione, nullo negotio potuerunt ambo Interpretes ita rem exprimere, ut praeferunt.

670. Ad rem facit Hieronymi lectio interpretatioque, » Gorgonis meretricis capite desecto, quae propter eximiam pulchritudinem « etc. eandem enim praefert sententiam et Gr. textus a Sync. allegatus. Itaque non adeo Interp. nostrum offendit Graeca vox ἑταίρα, quum alibi commodius reddidit պոռնկ, sc. *meretrix*, ut sonat; sed potius depravatam in Gr. lectionem attigit ἑτέρα, id est, *altera*, fortasse cum altero quoque verbo quod amanuenses intruserunt, ideoque coactus est ita rem exprimere, ut hodie legimus. Attamen Gorgonis fabula satis nota non permittit, ut sequentia de altera potius muliere, quam de ipsa sola intelligantur.

685. Quamvis ad verbum fere Eusebium

transcripserit Sync. loco citato, praetermisit tamen nomen Αθηναίων pernecessarium, quo carebat et codex Hier. atque ideo coactus est S. Doctor generali sententia reponere *vir fortis*, pro πολέμαρχος voce notissima; unde ansam cepit Scaliger ut culparet liberam interpretationem, eique morem gessit hac parte Vallarsius, dicens in annot. p. 242. ad c. » Jure Scaliger, quod in Graeco πολέμαρχος dicitur, » verti maluisset *Imperator*, aut *Dux belli*, » quam *vir fortis*. Attamen haud puto, Eusebium illud heic gestum designare, quando ab » Atheniensibus tradita Joni fuit summa belli » administrandi contra Eleusinios, ut quoniam » sub Eumolpo illud gestum est bellum, ita ad » superiora, quae eo spectant tempora, sive » ad numer. DCXLVI. haec de Jone ῥῆσις sit » referenda. Proprie enim aliud posterius no» tat, quando, ut ait Strabo lib. VIII. post mul» ta praeclare gesta, et prudenter constituta » apud Athenienses, *τὴν χώραν ἐπώνυμον* » *ἑαυτοῦ καταλιπεῖν*. *Regioni a se nomen fac*» *tum reliquit* ». Verum quae intruduntur hoc spatio ambo editores Hier. sc. Vallarsius memoratus, legens: *Gesta Persei*, et Scal. *Hoc tempora gesta Persei sunt*, vix novit hic auctor noster; propria ergo sedes horum verborum fuit annus Abr. 632. quo intervallo ad normam codicis nostri praetulerat et Hier. in edit. Vall. » Ea, quae de Perseo dicuntur, tunc gesta sunt ».

689. Mallem cum eruditis viris legi *գիտիքսաս*, pro *գիտիքսաս*, ut facile possit secerni Bacchi nomen usitatum Διόνυσος, diversum sane ab altero, quod multis convenit Διονύσιος. quae tamen inter se confundi passi sunt etiam Latinorum plurimi, ut jure conqueritur Scal. 43. 686. Certe genitivus casus Arm. *գիտիքսոյ* aequè servit quovis nomini. Haec ergo apposite memorat et Arzerunius noster, ut vides in Fragm. Arm. Porro iterum praesens locus Scaligerum fugit in Gr. Canone, quem Vallarsius expedite assecutus est apud Sync.

690. Arm. nunc *զամպիրքս*, *Lampereus*, nunc *զամպիրքս*, *Lamperes* hic fert. Hier. *Lampares* legit, haud secus ac auctor noster in I. P. praescripserat *Ղամպարքս*, qua lectione usus est et Arzer. Sic restituo et Syncellanum codicem nunc habentem *Lampraes*. Solus ergo Samuel ad praesentem magis lectionem accedit, legens, *Ղամպիրքս*, *Lamperes*.

692. Recentioris potius, quam antiquioris cujusque exscriptoris additamentum puto illud dictum margini cod. Arm. mandatum. » Ցառաջ » գայ յետ առեալքն չկայ առաջի ». » Samegar » post Aod non extat hic ».

693. Scal. dicit pro ἠλιδίους, sc. *stolidos*, lectum ab Hier. λιδίνους, *saxeos*: noster certe primum ante oculos habuit. Interim verò mirari liceat, qua scilicet periphrasi praesentem locum transtulerit Goar interpres Syncelli. » Hic cythara delinitos lapides quo vellet trahe» re fictus est: verum stolidis et agrestibus non» nullis hominibus ad civilem vitam ejus inge» nio traductis portentum ejus modi aequiori » sensu asserendum ». Quod si Hier. tam liber fuisset in officio suo, vix effugere potuisset Scaligeri censuram. Illud verò in praecedentibus ὡς ἄλλοι, Syncellanum, gratis retinuere inter excerpta Eusebiana Scal. et Vall. quodque sonat quidem *ut alii*, supponit tamen pro, *ut produnt alii auctorum*; quamvis suspicamur a Goaro acceptum pro, *ut etiam alii reges regnarunt*, quo fortasse sensu ita in Lat. reposuit. » Amphion, ut plures alii, Thebis regnavit ». Tandem si divinare liceat, illud frustulum ὡς ἄλλοι, ex sequenti Eusebii pericopa de Cadmo est deductum, quae incipit. *Secundum quosdam*.

705. Ita ferè Hier. in edit. Vall. » Argivorum reges defecerunt, qui imperaverunt » etc. improbanda itaque lectio Scal. » Argivorum regnum deficit, quod stetit » etc. quamquam melius se habet verbum *stare* apud Scal. quam *imperare* apud Vall. Miror tantam differentiam inter exscriptores Hier. quasi ad diversa Gr. verba accedentes, ἀρχεμαι, et ἀρκέω, quorum secundum affirmat Arm. *բաւել*, *sufficere*, *durare*. Item consentit nobis Vall. in numero annorum Pelopis LIX. pro quo Scal. fert LVIII. Praetereo sequentia paulo aliter habita in Hier. Nonnulla verò nomina quae fortasse interciderunt a cod. Arm. supplebis ex Hier. et Sync. etiam si ipsi non tot nominent reges; redundat enim apud Sync. Πελοψ alter, quem Scal. jure suppressit in Gr. ipse tamen alterum amplius legit Θυέστην, typographi fortasse vitio, pro Ορέστης. Sicut etiam bene cogitavit Scal. cum restituit Κομήτης pro Κομίτης, ut est apud Sync. gratis tamen tentavit legere Πενθίλος juxta Lat. Hier, pro Πενθέυς, id enim proprius accedit ad lectionem auctoris nostri Πενθένς.

707. Non tam mendum librarii Arm. existimo lectionem *միդաս*. *Mindas*, (pro altera jam recepta apud Gr. et Lat. *միգաս*, *Midas*) quam vel proprium Armeniis usum (ut liquet in nominibus, *անդրեասն*, *անդամեդ*, etc. pro *ասդրեասն*, *ադամեդ*); vel ita quoque loquendi consuetudinem apud majores Graecorum: similiter enim occurrit et in vetustissimo codice nostro de fabulis a S. Gr. Theologo memoratis, atque a Nonno, ut ajunt, enarratis, quod opus ab antiquis temporibus translatum fuit in linguam Armenam.

712. *Նորին*, *ejusdem* vel *ipsius*, quo carent Hier. et Sync. interpres noster fortasse expresse adjunxit, ut commodius sequentia quoque nomina eodem casu continuare posset; sicut diverse Hier. addidit de se verbum *memorantur*. Illud vero in Arm. *յորոյ կացեալ*, nihil est, nisi legeris juxta Gr. et Lat. *ընդգէմ պերսեայ կացեալ*. Quemadmodum et in sequentibus obscurus redditur sensus, si non supplebis, vel saltem subintelliges *կոյ*, sive *է*, post adverbium *Ի մասին*. Ut nihil dicam de voce dubia *ա բաիցն*, quae videtur mendosa repetitio vocis emendatae *ա. ամին*.

713. De suo, ut creditur, adjecit Interp. noster explicationem nominis *Spartorum*; cum nec Hier. neque Sync. similia attigerint, quamquam Gr. textus Syncellanus non ad amussim conveniat cum Interpretibus. Quae vero disserunt editores Hier. de variantibus ejus codicibus, vix ad nos pertinet. Unum adjicio, quod ea, quae hocce intervallo de Aesculapio confinxit Scaliger in Gr. suo Canone, cave credas Eusebii esse; certus auctor eorum est auctor Chronici Pasch. nomine carens.

724. In calce hujus periochae redundat in cod. Arm. *գիգիաց*, vox incerta, quae ideo a nobis praetermissa in Lat. Sed quia facile potest legi *գիդիաց*, ideo addidimus in Folio, *Delphicos*.

735. Ut Hier. pro Gr. ἀγάλματα, nunc *simulacra*, nunc *statuas* reposuit, ita nos quoque diverso modo restituimus Arm. vocem *պատկեր*. quae quamvis vulgò sonet *imago*, sed non semel supponit pro ipsa statua, cum sit nomen generale, haud secus ac Gr. ἄγαλμα.

745. Parvi momenti est nomen πόλις desideratum apud eclogarios Eusebii Graecos, cum per se subaudiatur. Verum Scaliger etiam in Lat. caret nomine *civitatis*. Vallarsius qui pleniorem nobiscum attigerat lectionem, postponendam eam duxit, nova hac conjectura usus, 255. a. » Porro Scaliger *Tyrus* legit pro *Tyro*» *rum civitas*, quod melius habet, siquidem de » nova Tyro, non de veteri loquitur Eusebius ». quibus tamen non rejicit vir criticus lectionem nostram, ubi non *Tyrorum*, sed *Tyrus civitas* scribitur. Idem asserit et ecloge Arzerunii.

745. Hier. uno minus, CCXL. totidem hodie fert et Josephus citatus, *ἔτων τεσσαράκοντα καὶ διακοσίων*, quod si constaret, facile dicerem redundare in cod. Arm. postremum numerum *ռծ*. quasi vero desumptum ex subsequenti voce *ամին*. Verum tamen unius anni additamentum praeseferunt etiam Chron. Pasch. et Cedren. quamquam hi altero quoque decennio cum centenario excedant, habentes annos 351. quod et Scal. in suo Gr. Canone retinuit, in adnotationibus verò sequentia protulit, p. 46. ad DCCXLIV. » Intervallum, hinc ad epocham » Templi conditi Eusebianam, satis falsitatem » coarguit aliorum codicum, PR. qui omnes » habent, CCXLIII, et PET. qui CCXLVI. et » Graeca, quae depravata sunt. BONG. Maria» nus. Fr. et Edit. recte CCXL ». De *tertio* verò juxta Hier. vel *secundo* juxta nos, Josephi libro citato, subdit. » Imo in quarto: *ἀπὸ δὲ* » *τῆς εἰκάστου Τύρου εἰς τὴν οἰκεδομίαν τοῦ* » *ναοῦ, διηγεγότει χρόνος ἐτῶν τεσσαράκοντα* » *καὶ διακοσίων*. Tamen in superiore testimo» nio ex lib. VIII. triennio plus dicit, ut Edi» tiones, et PR ».

763. Plane satisfecit Interpres noster Scaligero volenti Καδμείους, exponi *Cadmeis*, hoc est *Thebanis*. Verè enim *կադմեացդ* socios aequè ac posteros Cadmi Thebanos inducit: ubi Lat. interpretatio Hier. *contra Cadmum*, non ita accurate auctoris sensum patefacit. Palephati verò textus in praesto est etiam apud Scal.

763. Elapso e medio nomine *մինովս*, *Minos*, geminae periochae commixtae sunt inter se in Cod. nostro, sed facile res reparatur. Illud in sequentibus maximum videri debet, ac admiratione dignum, quod Gr. codices utriusque Interpretis Arm. et Lat. negligenter se gerentes, unum uno, alterum altero errore vel invite laborare coegerunt. Error apographi nostri fuit ille, qui habetur in Gr. textu apud Sync. sc. *χρίσει*, *judicium*, ubi (etsi subintelligatur) debuit reponi *Κρησὶν*, *Cretensibus*, ut accurate fert lectio Hier. Lat. unde et Gr. textum restituit Scal. Hieronymiaci vero Gr. apographi crassior error fuit promiscua lectio Παράδεισος, ad normam unius proprii nominis; cum deberit disjunctim scribi παρὰ Διός, sicut feliciter legit, accurateque expressit Interpres Armenus *բերե յոգաւորացդ*, *quasi ab Jove*, ad sensum *Jovis nomine*: qua correctiore lectione destitutus Hier. sincere transcripsit in Lat. *Paradius*; siquidem vox incerta, credita fuit a S. Interprete cujusdam ignoti auctoris nomen, ideoque pro sequenti verbo *ἐνομοθέτησε*, id est *legem fert*, *legislator existit*, restituit, *memorat*. Haec sane ante nos advertit Vall. et antè eum Scaliger animadverterat. Ubi obiter nota, quod nec Hier. neque Interp. Arm. noverunt additamenta illa a Syncello adsuta *κομίζων τοὺς νόμους* etc. quae frustra sibi conciliavit Scaliger tamquam Eusebiana.

764. Huc respicit nimis curiosum, imo praeposterum examen Scaligeri dicentis p. 47. ad DCCLVI. » In Graecis: *ἡ μήπω μετὰ πολλὰ ἔτη* » *παρθένος ἁρπάζεται*, *quae non multis post* » *annis virgo capitur*. Sive culpa librariorum, » sive, quod verisimilius, Hieronymi prope» rantia, accidit, ut negatio in Latina interpre» tatione expressa non sit, omnino ridicula sen» tentia efficitur. Nam quo remotior fuerit ra» ptus Helenae, eo credibilior erit; contra, quo » propior his temporibus, eo remotior à Tro» jae excidio, ideoque minus credibile Helenae » tempus in hujus saeculi tractum incidisse ». Cui obviare volens Vallarsius, haec infert. p. 262. d. » Potest vero Hieronymi sensus commo» dius exponi, ut illud mirum de Helena esse » voluerit significare, quod virgo tamdiu perstiterit. Ad eum modum etiam Goarus interpre» tatur: *quomodo soror eorum Helena a The*» *seo deinceps potuit rapi*, *nisi forsan post an*» *nos plurimos virgo permanserit* ». Horum judicio (quamvis diverso modo) nos quoque subscribamus liceat, cum omnino idem legerint et intellexerint ambo Interp. Arm. et Lat. Itaque

non satis mirari possum Scaligeri tergiversationem a sententia Hier. quae et nostri Interpretis fuit, quinimmo ipsiusmet Eusebii, quem certo scimus scripsisse affirmative Ἑλένη, ἡ μετὰ πολλὰ ἔτη etc. Sensus autem auctoris certissimus, ni fallor, est talis. Quum (inquit) juxta probatam traditionem, Dioscori (sc. Castor et Pollux) socii Argonautarum sint, quomodo ergo altera defendi possit traditio, quasi verò Helena virgo a Theseo rapta (qui raptus multos post annos accidit) istorum soror fuerit, siquidem aetate Thesei vel anus, vel nulla extare potuit Helena? Itaque (subaudiri vult Eusebius) aut Helena non fuit soror Dioscororum, aut istorum soror non potuit rapi ut virgo a Theseo. Breviter dicam, multi anni praeterierant juxta Eusebium a Dioscuris usque ad raptum Helenae a Theseo.

771. Herculis res Vall. in Hier. primo Sosarmi Assyriorum regis collocavit. Scal. quarto ejusdem anno. Codex tamen noster ad VII. differt annum, ne dicam in VIII. ut constanter legerat in vetustiori exemplari Arzerunius toties citatus.

772. Hinc patet, quod erudite adverterit Vallarsius cum Scal. mendum librariorum in codd. Hier. *Ammonis*, pro *Philammonis filius*.

779. Quum alibi յունգապարկ vel Յիպպուկ dicebatur pro *Centauro*, tam ab Interprete nostro, quam ab aliis Arm. scriptoribus, hic Կաղաւուկ, bis exponitur, quod nomen monstri ferè ejusdem formae cum centauro memoratum reperitur etiam apud Eznicum nostrum quinti saeculi auctorem, quo nempe, floruisse et Interp. nostrum certum est. Quod si velis id nomen refundi in Gr. ὀνοτάυρος facit, ceu *asinotaurus*, deductum ab ὀνοκένταυρος, sicut etiam Յիպպուկ, quasi ἱππόταυρος, *equinotaurus*, est abbreviatio alterius nominis Gr. ἱπποκένταυρος. Verba Eznici ita se habent num. XXIV. * Յունգապարկաց ասէն բնակել յաւերակսն, որք յոյն Լիկոս կոչէ ‖ · » Centauros » (Arm. Husgabarig) in locis ajunt desolatis » habitare, quos lingua Graeca onotauros (vel » onocentauros) appellat ». In sequentibus desideratur in Arm. vox, quae respondeat illi Gr. ἀριστοι, juxta Hier. *nobiles*: քաջք ab Interprete nostro scriptum divinare liceat, quod tamen interciderit.

791. Pro մինոսորոս անուն ոմն զօրավարէ, lego unius syllabae additione մինոսոյ տոքոս անուն ոմն զօրավարէ (այսինքն զօրավար Լիբիէ). Quo procul dubio supposito, corrigenda ad fidem Arm. et Gr. editio Hier. legenda nimirum *militiae magistrum*, pro nudo *magistro*, ut apud Vall. vel juxta Scal. *magistratu* abs re legitur. Deinceps satis conveniunt inter se ambo Interpp. quique suadent textum Gr. praepostero ordine digestum fuisse a Syncello: itaque legas eo ordine, quo nos transcripsimus.

795. Certissimum est Gr. fragmentum a Syncello citatum: solummodo pro nomine τοῦ Θησέως, ultimo loco, uterque Interpres in autographo commodius legerat pronomen τοῦ αὐτοῦ. Ceterum Vallarsius Syncelli hoc loco destitutus, ex pag. 137. D. Scaligerum solum citare voluit, adjecta pag. 125. edit. Sync. ac si ex illa pagina haec Scaliger confecerit, quod est falsum. Interea Scaliger posthabita Hier. interpretatione *ipso peregrinante*, ita vult ut reddatur illud Gr. Θησέως ἀποδημοῦντος, *ipso absente*; medium tenet elegantior in Arm. expositio Interp. nostri, յորժամ էր տարաշխարհ Հանապարհ գնաց, quamquam magis Hieronymo faveat, quam Scaligero. Quod autem hoc spatio legitur apud Hier. » Minos leges ac jura constituit », id superius praemiserat auctor noster, haud secus ac Hier. frustra ergo Gr. textum ibidem occurrentem aliqua ex parte hic iterarunt editores Hier. Μίνως ἐνομοθέτει. Ut ut sit, in quibusdam Hier. Mss. Vallarsio adnotante pro *jura*, *fora* lectum, ansam praebet nobis ut suspicemur, ne forte pro Κρήσιν, sc. *Cretensibus*, ut supra habebatur in editione Hier. lectum olim fuerit κρίσιν, sc. *judicium* juxta codicem nostrum ac Syncellum, atque ideo *jura* vel *fora* Hieronymus exposuit, postea verò ab antiquariis restitutum fortasse anteriori loco *Cretensibus*.

802. Ամենէից, *Amentes*, lego Ամենեից, *Amenemes*, quia librarii est lapsus scribentis ա pro եմ.

807. Erudite notaverunt editores Hier. mendose ab eo lectum κατὰ Θήβων, pro κατ' Ἀθηναίων, quod accurate fert Eusebius noster, eumque imitatus Sync. is tamen casum minus recte fert Ἀθηναίους; aliter pro κατὰ reponendum ἐπὶ, ut sonat etiam Arm. Վերայ, *super*, *supra*, quod in re militari supponit pro *adversus*, *contra*.

811. Տաւտամէս, *Tautames*, etsi propius accedat ad tritam lectionem I. P. Մեսամոլոս, *Teutamus*, hic tamen persuasum habebis legendum fore Տաւտանէս cum Samuele et Arzerunio atque Hier. *Tautanes*, ita ut duplicem auctoris lectionem certo memoratam a Syncello dixeris in iis verbis. » Ασσυρίων κζ'. ἐβασί- » λευσε Τεύταμος, ὁ καὶ Ταυτάνης παρά τι- » σι λεγόμενος, ἔτη λβ'. ἐπὶ τούτου Ιλιον » Εὐσέβιος φησὶν ἁλῶναι ». Assyriorum XXVII. » regnavit Teutamus, qui et Tautanes quibus- » dam vocitatus. Sub eo Ilium Eusebius captam » dixit ». Ubi Τεύταμος, primi libri auctoris nostri est lectio. Ταυτάνης verò, ut supponitur, Canonis. Sicut etiam anni λβ'. ad superiorem librum referuntur, ubi legebamus λε'. XXXII. totidem sane fert et Hier. in Canone. Verum Canon noster vel antiquitus habuerat λα'. XXXI. testibus Arzerunio, et Samuele.

819. Quasi dubia erat lectio in Arm. ամնիկ, ammanigk ne legendum, an ամիներացիկ. Primam tenet Scal. qui tam in Lat. editione Hier. quam in sua Gr. ecloge vult ut legatur Ammonitae, ut vulgò usuvenit. Vallarsius tamen secundam habet in Hier. *Ammanitae*: ita legerunt et Sync. et auctor Chron. Pasch. suffragatur et S. Epiphanius a Samuele citatus. Quae verò leguntur hìc de Jephte apud Hier. et Sync. ex Judic. XI. 26. minime novit codex noster in Canone: fusius tamen egerat de his auctor in I. P. adi p. 81. 82. Quod autem de his opponit Auctori nostro Syncellus, ac Scaliger, ipsos consulas velim.

825. Crasso librarii mendo, pro Եբիդնացիկ, vel potius Եբիդնէիկ, habetur in Cod. Եգիպտացիկ, *Aegyptii*, quod offendit animos lectorum. Poterat quidem Interp. Arm. expresse reponere Ձեռներգ, vel զաւակ, Graeca tamen dialecto uti debuit, ut propria his septem posteris apud antiquos celebratis; sicut etiam omnes fere Latt. Interpp. eandem vocem usurparunt, qua de re et Scal. apposite notavit. p. 52. ad DCCCXXII. » Epigoni est omnis poteri- » tas, sed κάτ' ἐξοχήν ita vocantur posteri eo- » rum, qui ad Thebas occubuerunt ». Ubi gratis studuit Scal. evertere textum Gr. Syncellanum, verè Eusebianum, ut Apollodori locum paulo latiorem substitueret, falso hoc argumento usus: » Graeca *(inquit)* mutilavit Georgius » *(qui et Syncellus)*; quae integra ad verbum » extant in iis, quae ex Appollodoro adduxi- » mus, unde Eusebius ad verbum exscripse- » rat: οἱ τῶν ἀπολομένων παῖδες κληδέντες » Επίγονοι στρατεύουσιν ἐπὶ Θήβας. Ita » Apollodorus: ita etiam totidem verbis Hiero- » nymus, et ita Graeca supplenda ». Sed quis non videt Georgium nihil de Eusebio dempsisse, sed potius supplevisse ad majorem declarationem τῶν ἐπτά, eo verò solummodo, non aliter ab auctore nostro discrepasse: ita ut Eusebium Apollodori sensum, non ita verba imitatum comperimus; Syncellus vel ipsas Eusebii syllabas observavit: an vero Hieronymus Apollodorum quoque inviserit, id alii viderint. Certe Apollodori locus ex lib. III. citatus, ita se habet, μετὰ δ' ἔτη δέκα οἱ τῶν ἀπολομένων παῖδες κληδέντες ἐπίγονοι στρατεύουσιν ἐπὶ Θήβας προηρούντο τὸν τῶν πατέρων θάνατον τιμωρήσασθαι βουλόμενοι. » Post autem annos decem, caeso- » rum filii, Posteri dicti, exercitum movere su- » pra Thebas statuerunt, patrum ulcisci vo- » lentes mortem ». Ex his itaque ad arbitrium confecit Scal. Gr. textum, ut sibi videbatur, ut Eusebianum, ope Lat. interpretationis Hier. eumque frustra objecit Syncello.

826. Immerito tentarunt ambo editores Hier. Scal. et Vall. Graecum hic restaurare textum ex incerto Syncelli loco. Vallarsius quidem sincere integrum locum transcripsit. Scaliger solita confidentia, ne dicam audacia, restituit τελευτῇ, Hieronymo morem gerens, pro καὶ οὕτως ἐξ ἀνθρώπων ἐγένετο, quae sola sunt Eusebiana apud Syncellum; ut nihil dicam de frustulo Syncellano, ἄλλοι δὲ πλείονα ἔτη ζήσαι αὐτόν, quod gratis accepit Scal. tamquam Eusebianum, vel saltem ut tale aliis venditavit.

833. Quae nos fortasse oporteret hìc libare, tam de variantibus Hier. lectionibus, quam de Eusebii dictis, ea jam adnotaverat Vall. dicens: 288. b. » In aliis libris *Elon* dicitur. Ms. qui- » dam Pithoeanus *Aelaon*, Regius, teste Pat- » tero, *Elaon*, Vulgata *Ahialon* vocat. Sed il- » lud mirum magis, quod ait Eusebius, eum » fuisse a LXX. praetermissum, cum legatur ta- » men Judicum XII. v. 11. Καὶ ἐκρινεν μετ' » αὐτὸν τὸν Ισραὴλ Αἰλὼμ ὁ Ζαβουλωνίτης. » significare fortasse voluit, annos illos decem » in Graeco codice non haberi; si omnino dee- » rat haec ῥῆσις, ejus fuit, quod ob oculos ha- » bebat, defectus ». Verè et Armena versio S. Scripturae juxta exemplaria emendatiora τῶν LXX. reddita, integre fert Elonis mentionem in libro Judic. loco signato. Sed quia Eusebius diverso interim codice usus dixerat non haberi ejus memoriam apud septuaginta seniores, eadem simpliciter et Samuel noster repetiit totidem verbis: consule et I. P. Euseb. p. 78. 82.

833. Aegrè fert Scaliger, quod Eusebius auctor fuerit lectionis Λαββώθ, quem sequuti sunt auctor Chron. Pasch. et Augustinus, sicut et Niceph. Λαμβώθ, » quum tamen (ait) in edi- » tione LXX. interpretum sit recte Αββώθ ». Sed debuit vir criticus lustrare varia exempla τῶν LXX. quorum nonnulla usque in hodiernam diem Eusebii praeferunt lectionem. Eodem pacto immerito fortasse conqueritur Scal. et de nomine Εσεβών.

833. Homeri locus in Οδυσσ. Δ. ita se habet. Φυλὼ δ' ἀργύρεον τάλαρον φέρε, τόν οἱ ἔδωκε Αλκάνδρα Πολύβοιο δάμαρ, ὃς ἔναι ἐνὶ Θήβῃς Αιγυπτίαις.

835. Nil expedit perpendere variantes Hier. lectiones, easque iterato a quibusdam editas. *Troja capta*, ac post paululum *Capta Troja*. Illud nos movet, quod editores ejus ad normam Lat. excogitarunt restaurare Gr. textum ad placitum. Τροίας ἁλώσις, sc. *Trojae captivitas*; quum certus Eusebii nostri loquendi modus Ιλιον ἥλω, non semel occurrat apud eclogarios Graecos, et Armenos.

835. Sic XXIII. accurate praefert etiam in Hier. Vallarsius, quique merito repudiat mendum Scaligeri, dicens 290. E. » Falso in Scaligeri » editione legitur, *usque ad vicesimum annum*, » tantum. Error quem dudum Lydiatus exagi- » tabat, ex ipsa temporum dinumeratione, et » comparatione inter se Epochae utriusque li- » quet ». Homeri verò verba haec sunt in Boeotia. Τῶν δ' αὖ ἡγεμόνευ υἱὸς Πειτῶ ὁ Μενεσθεύς.

836. Deinceps non adeo curamus augmenta quae occurrunt in Canone Hieronymiaco; immo ultro concedimus multa posthac ibi redundare debere, cum manifeste declaraverit S. Interpres in Praef. plura post Trojam captam de suo adjecisse, maximè ubi erit sermo de Romanis. Ita-

que potes, si vis, inter ejusmodi augmenta annumerare locum de Demophono iterato lectum in editt. Hier. » Menestheus . . . post quem » Athenis regnavit Demophon «. Vall. duobus in locis Demophoon.

858. Ita omnes lectiones cum superiore parte Chron. Euseb. ergo corruit conjectura Vallarsii dicentis 291. a. » Fortasse rectius in » Parmensi ms. juxta Graecum *Pelagus* dici» tur, in reliquis tamen libris omnibus *Pelas*» *gus* «, nam auctor jubet etiam in Gr. legi Πελάσγος.

842. Arm. aequè potest exprimi *Teutaeus*, vel *Teuteus*, ut satis bene fert Scal. in Hier. Alii cum Vall. corrupte *Tauteus*, vel *Tautaeus*, immo nonnulli magis corrupte *Tenteus*.

847. Sincera lectio expositioque Interpretis nostri non modicum criticis favere creditur, qui varia disserunt de lectione Hier. dubia, eaque variata in diversis codd. Nobis sufficiat declarare, quod nobiscum facit edit. Scal. *Trieri*, ubi Pontacus fert *Triremi*, Vall. *Trierem* mendose. Omitto sequentia ab Hier. addita de Sirenis. Solummodo dubitabis de voce *յառնէն ab viro*, sive *virum*, aut *qui surgit*, in Arm. lecta.

854. Annos hic praeferunt Oresti XV. Hieronymi editores; ne itaque facile credas excidisse eos annos a codice nostro, fidem fortasse facit Hier. ipse, qui nec praecedenti Mycenorum regi Aegystho, neque subsequenti Tisameno annos ullos assignavit: idem ergo et hic factum ab eo puto cum Eusebio nostro. Si Syncello credas, ἔτη κγ'. *annos* XXIII. Oresti dixit; alii nec iis contenti: unde et Vall. subdidit in annot. 294. h. » Syncellus Orestis annos ad viginti tres us» que protrahit: eo autem magis exaggerant re» centiores Chronologi, qui eum septuaginta » annis regnasse scribunt «. Certe auctor noster in I. P. annos adscripserat LVIII. Oresti, non huic tantum, sed una cum ejus successoribus.

857. Pro *ի քիրկ*, mallem ut legatur cum Hier. *ի մաքիրկ*. quamquam nec ejus exscriptores conveniant inter se; nam apud Scal. habetur, *Macarei*, a Pontaco et ab aliis *Macharei* dicitur. Solus itaque Vall. accurate, ut videtur, edidit *Machaerei;* utinam ad fidem Codd. Latt. sed tamen vel ipse fatetur id ad normam Gr. a se interpolatum. » quod (inquiens) ex » Graecis, Schurzfleischio jubente castigamus » in *Machaerei* «.

860. Aegrè fert Syncellus, quod Eusebius relicto τῶν LXX. calculo in Heli annis, Judaicam hic praetulerit traditionem, ideoque infert, p. 141. A. ᾧ καὶ Εὐσέβιος ἠκολούθησεν . . . καὶ οὐχ οὕτως ἐπαγγειλάμενος. » quem (sc. Hebr. » textum habentem annos XL.) et Eusebius » imitatus est, nec tamen ita pollicitus erat «. Verè quidem pollicitus erat auctor, ac multis declaraverat in I. P. septuaginta seniorum se lectionem imitaturum, nec tamen obesse putavit singularia quaedam discrimina; id enim in more est apud omnes eos, qui LXX. interpretum imitatores se profitentur, in rebus levissimis vel Judaico textui morem gerere; sicut et contra, qui Hebraicum voluerunt usurpare textum, non semel altero uti aequius duxerunt. Vallarsius tamen novo quidem consilio excusare vult auctorem nostrum. » Eusebius (inquiens. not. p. » 299. ad b), ut vides, Hebraeorum numerum » praefert . . . quod Hebraeo archetypo fidelis» sime adhaerere, semel propositum habuerit. » Hanc Auctoris nostri mentem neque Syncel» lus assecutus est «. etc. Sed pace dixerim tanti viri; utinam ipse assequutus fuisset auctoris mentem, nec frustra novam sententiam excogitasset, quam se reperisse gloriatur, » contra receptam hactenus vulgo sententiam «. Verum nos ultro concedimus Vallarsio quicquid dixerit, cum non noverit superiorem Eusebii librum (etsi in eo minime excusandus, quod nec nosse voluerit), ideoque aliter accepit obscurum locum in Praefatione Canonis occurrentem; de quo jam actum a nobis suo loco et alibi. Nunc veniamus ad Scaligerum altero hic vitio de more laborantem; quippe qui cum viderit Eusebium nominari a Syncello, hujus integrum textum tamquam Eusebianum hilariter in Canonem suum recipit, hoc modo. Ηλεὶ ἱερεὺς ἠγήσατο τοῦ Ισραὴλ ἔτη κ'. κατὰ τοὺς ὁ'. κατὰ δὲ τὸ Εβραϊκον . . . ἔτη μ'. Quae omnia Syncelli sunt, Eusebium nominantis eo intervallo, ubi interpunctiones notavimus. Eusebius tamen ipse tantum dixerat Ηλεὶ ἱερεύς, ἔτη μ'. In spatio verò historico haec adjecerat. Τὸ Εβραϊκον ἔχει μ'. ἔτη. τὸ δὲ τῶν ὁ. κ'. ἔτει, ut patet ex lectione nostra, a quo non longe et Hier. abest. De more, inquam, Scal. hoc vitio laborat, etenim paulo ante, cum vidisset iterum nominari Eusebium a Syncello in illa pericope, p. 140. D. Τὰ κατὰ Αφρικανὸν ἀπὸ Αδὰμ ἕως τέλους τῶν Κριτῶν καὶ ἀρχῆς Ηλεὶ τοῦ ἱερέως ἔτη ,δσνβ'. κατὰ δὲ Εὐσέβιον τὸν Παμφίλου, ,δμδ'. illico conjecit haec omnia his verbis ab auctore nostro prolata fuisse, atque hinc aequum duxit eadem transcribi in suo Pseudocanone Graeco aliquantulum interpolata in hunc modum. Ἀπὸ Αδὰμ ἕως τέλους τῶν Κριτῶν, καὶ ἀρχῆς Ηλεὶ τοῦ ἱερέως συνάγεται ἔτη ,δμδ'. Adeo sane deceptus est vir solertissimus Eusebiano nomine, ut minime potuerit advertere calculum potius, quam verbum Eusebii citatum a Syncello fuisse. Minus quidem peccasset Scal. si non hac falsa conjectura ductus, identidem objecisset Hieronymo plura in Canonis translatione praetermissa: nec enim Syncellum, sed Eusebium solum ante oculos habuerat S. Interpres; contrà Scaliger Syncelli unius opus vidit. Denique notabis redundare apud Scal. edit. Lat. in calce hujus loci ea de Heli verba inaudita » Hebraei hunc tradunt esse Phinecm «. quae jure repudiat Vall. vide utriusque adnotationes: namque tota quaestio est de lectione Hier. non Eusebii; quamvis critici supra memorati gratis Eusebii nomine certent.

864. Supplenda ad hunc annum de filiis Hectoris verba; vide sub calce operis nostri in 4. inter errata corrigenda: ut supplevimus in folio.

869. Ἡρακλειδῶν κάθοδος, sonat *Heraclidarum mors*, quamvis locus postulabat *descensus*, vel *reditus* in Peloponnesum. Consule, si vis, Scaligeri dicta pro elucidatione hujus historiae. p. 55. ubi tamen postquam dixisset: » Heraclidarum descensus: quando (nimirum) » Hyllus interfectus est ex provocatione certa» minis, triginta annis post Ilii eversionem, » (juxta) Diodor «, frustra subjungit, » Eu» sebius libro priore: κάθοδος Υλλου τοῦ πρεσ» βυτέρου παιδὸς Ηρακλέους « etc: quamvis enim favere haec possent nobis, reapse tamen fictitia sunt; nam ea, quae sub falso nomine Eusebii praemiserat Scal. in suis excerptis, hic iterum falso repetit tamquam certa Eusebiana: eodem animo pergit et in p. 58. ad DCCCXVIII. contra auctorem nostrum.

880. Totidem verbis et Hier. in edit. Vall. » Sylvius Aeneae filius «; ubi Scal. variat, legens » Sylvius Posthumus «.

889. Syncellus Eusebii eclogarius, aliqua, ut passim, de suo immiscuit, atque conjunctionem καὶ de propria sede deturbans (si librarius non erravit), alienum ita sensum reddidit, » Erechthidarum regnum desolutum est apud » Athenienses Atticorum denominatum, et ad » aliud genus translatum fuit «. Sed quum accurate consentiant inter se ambo Interpp. Arm. et Lat. commodius restituendum suggerunt Gr. textum hoc pacto, ἡ τῶν Ερεχθειδῶν βασιλεία κατελύθη, καὶ ἡ τῶν Αττικῶν Αρχόντων βασιλεία (vel βασιλέων ἀρχὴ) μετῆλθεν etc. Quo irritus redditur Scal. discursus, quippe qui illaesum arbitratus Syncelli locum, postquam tamquam verum Eusebianum usurpasset in Canone suo Gr. haec tandem proponit in animadv. p. 56. ad DCCCLXXXIX. ibid. IV. » Quaeratur igitur à studiosis, an uspiam » Erechthidae vocati sint βασιλεῖς Ἀττικοί, » hoc est, reges a Cecrope ad Melanthum « etc. Haec objiciat Scal. non auctori nostro, sed Syncello, vel potius ejusdem amanuensibus.

900. Celebris est locus, de quo inter se acriter digladiantur qui Hieronymi opera ediderunt, iidemque in ea inquisiverunt, quorum antesignanus Scaliger vir sagacissimus quò fidentius invehitur in S. Interpretem, eò miserius refellitur. Is enim in primis falsa conjectura ductus, quasi verò genuinus Gr. textus erui posset ex prolixis verbis Chron. Pasch. p. 67. 68. cum Cedr. 51. etc. hoc fragmentum confectum collocavit in suo Gr. Pseudocanone. Μετὰ τελευτὴν Ηλεὶ τοῦ ἱερέως ἡ κιβωτὸς διαθήκης εἰς οἶκον Αμιναδαβ ποιεῖ ἔτη κ'. His itaque suppositis certissime pro Eusebianis, quum vidisset Scaliger paulo aliter haberi Hier. lectionem Lat. ita in eum praeceps ruit. p. 57. DCCCC. » *Mortuo Heli Sacerdote, Arca testa*» *menti ab alienigenis possidetur*. Imo Heli » Sacerdos propter arcam testamenti ab alieni» genis possessam, animi dolore moritur. I. » Samuel. III. 18. Attentionem in interprete re» quirimus, qui per properantiam praepostere » haec vertit: Μετὰ τελευτὴν Ηλεὶ τοῦ ἱε» ρέως ἡ κιβωτὸς τῆς διαθήκης εἰς οἶκον Αμι» ναδαβ ποιεῖ ἔτη κ'. *Post mortem Eli Sacer*» *dotis Arca testamenti* XX. *annos fucit in* » *domo Aminadab.* I. *Samuel.* VII. 1. In Grae» cis ergo nulla mentio possessae arcae post » mortem Heli «. Nimius fortasse est vir criticus in arguendo, sed inepte, imò longe a veritate. Graeca enim, quae Hier. in autographo Eusebii legebat, non ea sunt, quae Scaliger autumavit mera conjectura, ideoque fallaci, sed ista apud Syncellum lecta, quae aut cum praeterfugere, vel nescio quo animo posthabita sunt ab illo. Τελευτήσαντος Ηλεὶ etc. ut vides inter fragmenta nostra pag. 141. Haec inquam sunt vera Eusebiana, quae totidem verbis lectionem nostram, ferè et Lat. exprimunt. Haec itaque, ea, quam Scal. requirit, attentione transtulerat Hieronymus, nisi solummodo noluerit S. Interpres restricte dicere nobiscum, *sub alienigenis fuit*, sed magis politè dixerit *ab alienigenis possidetur;* quod idem hic sonat: attentionem itaque Hier. postulat ab Scaligero, ut verba sua pacato animo concipiat de arca non quasi nunc primum ab alienigenis possessa, sed potius tamquam jam sub eorum potestatem redacta. Verum Graeca ab Scal. ficta ipsum fefellerunt, quare et jure refellit eum Vallarsius, sicut etiam Hieronymus de Prato.

915. Hellenismum merum redolet interpretatio Arm. adhibens praepositionem *ա.*, cum *ամենայն* vel *այլք*. pro *οἱ περί* etc. quod vix potest reduci ad syllabas in Lat. aliter risum vix tenerent lectores, si hic diceremus *apud*, vel *circa*, *juxta*, *sub*. Commodius alibi Armeniaco potius more rem explicaverat Interp. noster, per articulum derivativum *ական*, quo inducitur quivis auctor cum suis asseclis; quamquam Graeci passim pro singulari auctore, eoque celebratissimo usurpent *οἱ περί*: quo sensu et Hier. in Lat. sola nomina auctorum exponenda satis duxit; etiam si alibi alio quoque modo, nobis qui magis favet, expresserit. Vellem itaque pro Armeniis adnotari hic, ut illa *ամենայն ած. կրօնաւորք*, *այլք ած. երանաւետականք*, & *այլք*. accipiant pro *երանելի պատմագիր*, *երկրաչափ պատմագիր*, *ճարտարախօս այլք պարզ դիտողք*, *խոհական*. Porrò illa apud Syncellum vox promiscua *περιφρονήσαντα*, nihil valet, nisi legas cum Scal. *ὡς οἱ περὶ Κράτητα*. Adhaec magis emendate Scal. in Hier. *migrationis Jonicae tempore*, quam Vall. aliò cedens, vel confundens cum praemissis, *post emigrationem Jonicam*. Ubi et illud notabis, Syncellum

de suo addidisse hic vocem συγγραφέα, qua exurgit novus sensus minime probandus. » Philochorus Jonicae emigrationis scriptor «. Jurè itaque suppressit eam vocem Scal. cum suo articulo praepositivo τόν, et reposuit aptius ἐπί, quo admisso, genuinus coalescit textus. Uno tantum deliquit Scal. vel potius typographus qui de integro incepit sequentia Καδ' ἑνα. Vallarsius alia agitat contra Goarum et Scaligerum ad defensionem lectionis suae 311. D. Itidem, ubi cum auctore nostro in Arm. et Gr. etiam Hieronymus apud Vall. fert numerum CCXL. mendum fortasse codicis attigit Scal. legens inverso ordine CCLX. Praetermitto additamentum Syncellanum in calce hujus periochae, quod Scal. frustra tentavit pro Eusebiano venditare.

941. Eusebius noster haec tantum habuit, ad fidem cod. Arm. ἐκ φυλῆς Ιούδα Δαβὶδ, ἔτη μ'. De Hieronymo quid dicam, nescio, quandoquidem variant ejus codices, atque hinc ejus editores singuli singula sibi fragmenta Gr. adsciscere voluerunt; miro tamen ambitu. Scaliger enim, qui legit in Lat. » David primus ex tribu Juda regnavit apud Hebraeos ann. XL «, usurpavit pro Gr. textu Chron. Paschalis locum ex p. 68. C. » Εβραίων βασιλεὺς πρῶτερος ἐκ φυλῆς Ιούδα Δαβὶδ ἔτη μ'. quod tamen omnino conveniens est non suae, sed potius Vallarsii lectioni, quae talis est: » Hebraeorum primus rex ex tribu Juda David annis XL «. At contra Vallarsius usus est altero Gr. loco ex Sync. p. 141. desumpto. Δαβὶδ ἐκ φυλῆς Ιούδα ἐβασίλευσεν ἔτη μ'. quod sane faveret Scaligero, non ita sibi. Hinc patet quod nec Scaliger Syncellum, neque Vallarsius Chron. Paschalem hoc spatio inspexerunt, ex quo factum est, ut unusquisque in unum solum eclogarium oculos defigens inutilem sibi syllogen collegerit. Ridiculum ergo comperitur Vallarsii de Scaligero dictum, in adnot. p. 320. ad d. » Graeca apud eumdem liberius interpolata «. Namque plane aliter res se habet, ut patet ex iis quae jam diximus. Certe plura alibi Scal. liberius in Gr. interpolare solitus est, hic tamen eo sincere Gr. textu usus est, qui Vallarsium penitus fugit. Contra vero, jure poterat hic Scal. urgere Vallarsium, ejusdem verbis eum reprehendendo » Graeca apud Vallarsium liberius interpolata «, cum integer locus Syncelli pag. 141. (quem solum Vall. citat) ita se habeat. Δαβὶδ ὁ μέγας ἐν προφήταις καὶ βασιλεύσιν, υἱὸς Ιεσσαί, βωθλεεμίτης, ἐκ φυλῆς Ιούδα. οὗτος ἐβασίλευσε τοῦ Ισραὴλ ἔτη μ'. Quae si conferas cum excerptis Vall. perfectam interpolandi libertatem in eo deprehendes, imo et reprehendes.

947. Similia de Codro Syncellus. p. 142.143. non tamen stricte Eusebii verbis; ita ut frustra tentasse dixeris editores Hieronymi Graeca exinde restituere posse. Ita ergo habet Sync. Πελοποννήσιοι ἐστράτευσαν ἐπ' Αθήνας, οἷς ἑαυτὸν ἐξέδωκε διὰ χρησμὸν Κόδρος Μελάνθου. Καὶ οὐκ ἔτι βασιλεῖς, Αρχοντες δὲ διὰ βίου τοῖς Αθηναίοις καθίσταντο. Αθηναίων ιη'. ἐβασίλευσε Μελόδων ἔτη κ'. οὗτος πρῶτός ἐστιν τῶν διὰ βίου λεγομένων Αρχόντων παρ' Αθηναίοις. » Peloponnesii adversus Athenienses » bellum moverunt, quibus ex oraculi responso Codrus Melanthi (filius) se tradidit. » Neque ulterius reges, sed Principes ad vitam Atheniensibus statuebantur. Athenien» sium XVIII regnavit Melodon annis XX. is pri» mus est Principum ad vitam nominatorum » apud Athenienses «.

964. Quamquam gratis dimicant inter se Val. et Scal. Eusebii nomine de *Myrina condita*, cum vix noverit id auctor noster, postremo tamen Vallarsius victor extitit, jure sequentia proferens contra Scal. in pag. 325. e. » Parmensis » ms. et vetustiores editiones hanc periocham » non habent. Scaliger, ut diximus, eam ante » conditum Cumanum refert, scilicet ad num. » DCCCCLXXXIV. In Notis Hieronymum paulo » iniquius reprehendit, quod non omnia ver» terit omiseritque quod praecipuum erat ἡ » παρὰ τισι Σμύρνα λεγομένη. At Syncelli, » quod tam saepe monuimus, illa sunt, ut est » omnino par credere, non Eusebii verba «. Certe omnino pro doctissimo Vallarsio stat Eusebius ipse.

978. Manifesta librarii culpa non semel cod. Arm. fert քաղկեդոն, *Chalcedo*, imo etiam ubi melius habetur in textu, in margine notatur քաղկեդոն pro կարթագոն, id est Graecis *Carchedo*, Latinis *Carthago*; ut locus postulat. De numero annorum subdito variant omnes omnino lectiones. Noster enim Interp. legebat ρμγ'. 143. Sync. ρλγ'. 133. Hier. υμγ'. 443. Ubi pro certo habebis aequiorem esse lectionem nostram, cui suffragatur Sync. quoad primam notam ρ. sicut et Hier. quoad secundam μ. ac demum in tertia γ. conciliantur feliciter.

984. Pro nobis stat Hier. lectio apud Scal. *annos octo*, ubi Vall. minus recte legit *opus annis* 7. quique ideo haec in annot. ambigua subjunxit 329. C. » Scaliger, *consummavitque annis octo*, praetermisso pressius ad Graecum » *opus*, quod nomen et nonnulli e suis mss. » agnoscebant. Sed et quod *octo* legit, pro *sep*» *tem*, quos dumtaxat impensos operi non dif» fitetur, juxta ejusdem Synceliani textus ves» tigia, et fidem est. Caeterum *octo* legit etiam » Prosper: atque ita potuit revera ab Eusebio » scribi «. Et quidem revera ita scripsit auctor noster, quodque commodius accipitur ab Scal. jure dicente. » Eusebius annum labentem pro » absoluto posuit «. Ut nihil dicam de Gr. Syncelli loco in Scaligeri animadversionibus allato, quem huc (ad annum Abr. 988) spectare putavit Vall. cum reapse ad superiorem librum ipsi ignotum referendus sit.

1001. His evertitur Scaligeri conjectura libere prolata. p. 61. ad DCCCCXCVI. » *Homerum*, at» *que Hesiodum*. Sunt Hieronymi «. Undenam verò divinarit vir acutissimus haec Eusebio deneganda fuisse, ac Hieronymo soli adscribenda, patefecit in sequentibus, ubi recenso Gellii de his rebus loco, ita demum concludit. » Atque » haec ex historia Latina Cassii, vel potius ex » Gellio, Hieronymus hic annotavit «. Sed Eusebius vir Graecus res Graecorum sibi magis reservandas jubet, Latinas non paucas Latino Hieronymo, nec tamen omnes: quare facile resolves et alteram Scal. sententiam de sequenti loco qui ad Carthaginem spectat: » Putamus esse Hieronymi «. Eusebius enim se primum auctorem declarat teste Arm. Interp.

1004. Pro Ամենդիս *Amendis*, mendosa librarii scriptione rescribo in sequentibus juxta P. I. Ամենդիս Σμένδις, cui fidem facit et Hier. in edit. Vall. licet Scaliger ut in Lat. legit *Semendis*, ita et in Gr. reposuit Σεμενδίς: qui sane minus peccasset, si non falso iterasset haec in animadv. 61. MIV. » *Semendis*. Ita etiam in Graecis prioris libri «: ibi tamen vel Graecum ex Syncello desumptum juxta accuratiorem lectionem Goari Σμένδις, *Smendis* hucusque haberi observatum est. Sed arrogantius disserit idem Scal. de annis XIX. quos ipse solus mendose fert, pro XXVI. apud omnes habitis; sic enim impudenter profert loco citato: » Ibid. » *ann. XIX*. Dissentit (quasi Eusebius) pri» mum ab Africano, qui habet κϛ'. deinde a se » ipso, qui totidem posuit in priore libro. VII » igitur annos γνωσιμαχῶν amputavit «. Quae sane futilia sunt, cum Scal. minime advertens inconstantem suam lectionem, gratis contra se ipsum fertur veluti contra Eusebium.

1020. Aut pro որոյ· sing. *cujus*, legendum plur. որոց, *quorum* vel *quarum*, aut potius eo sensu accipiendum, sicut relativum vocis ազգ· ut patet ex Hier. *quae*, et Gr. οἷς apud Chron. Pasch. *quibus*, masc. gen. vel αἷς foem. juxta Epitom, et Scal. Illud verò Ιουδαΐοι ambo Interpp. legerunt Ιούδα. Pro vero altero Ιουδαίων aeque potest reddi vox Arm. յուդայեցաց, յուդայեցից, *Judaeorum*, ac *Judaistarum*, ubi Hier. posuit *Judae*, juxta Vall. vel *Judaeae* secundum Scal. Ut ut sit, Arm. Interp. in recto, alii in obliquo casu id exprimunt.

1025. Summa Interpretum concordia (cui nihil detrahit illud ex librariis Hier. praetermissum, *in quarto anno regni Rhoboam*) omnino reprimit liberam Scaligeri conjecturam, immò audaciam, qua Hieronymum negligentiae accusat, quasi vero decurtaverit D. Interpres Gr. textum Syncelli, quem ipse Scaliger ad Eusebium pertinere vellet. Itaque jure refutat Vallarsius Scaligerum, dicens. p. 341. f. » In notis » denuo calumniose multa ait fuisse abs Hiero» nymo praetermissa, quae certum est Syncel» lum exaggerasse de suo «.

1029. Ita etiam superiore in libro auctor nominaverat hunc regem Եպիտոս, *Epitus*, vel Եպիտոսոս, *Epistus* cum Diod. Sicul. ad quam lectionem fortasse referenda est Hieronymi editio apud Scal. *Aegipus*, et apud Vall. *Aegyptus*, sicut et pro annis XXIV. in codd. Hier. habitis, reponendi XXVI. juxta auctorem.

1100. In ipso suo aditu, continuata lectio Arm. cogere videtur codices Hier. variantes, ut premant vestigia sua. Itaque prophetiam Eliae una cum Elisaeo, quam Vall. posuit anno Abr. 1108 vel 1109. Scaliger 1110 vel 1111. Ms. Rav. 1106. reponendam dixeris anno 1100 ad fidem nostrae lectionis.

1125. Optima Arm. lectio, quae multum favet Vallarsio; quippe qui repudiata Scaligeri editione minus recta *Diogenetus*, accurate restituit juxta utramque partem Eusebii nostri *Diognetus*; atque ut rem probaret, haec addidit p. 362. ad f. » Antea erat *Diogenetus*, quod no» men ad melioris notae mss. fidem, Graecum» que textum etiam in marmore Arundelliano, » emendavimus in *Diognetum* «. Sequenti anno in Arm. inseritur, *Eudomus*, sed in titulo melius habetur *Eudemus*.

1135. Consulto in Arm. cudimus *Acrapazes*, et in Lat. *Acrazapes*. Mira enim lectionum dissonantia est in barbaro hoc nomine regis Assyr. Eusebius noster superiore libro praescripserat Ակրապանէս *Acrazanes*; nec aliter fere legerat Chorenensis noster Ակռապանիս *Acrazanis*: ad quos accedere videtur et codex Sync. *Agraganes*, aliis *Acragaris*; vel juxta Africanum *Acracarnes*. Nunc verò auctor noster ad fidem cod. Arm. cum Arzerunio nostro praefert Ակրապազէս *Acrapazes*. ad quod referendum et illud Samuelis ակրապազէս, mutato ը in է Hier. autem praefert *Acrazapes*, ut habetur in edit. Vall. vel juxta Scal. *Ocrazapes*, vel perperam juxta alios *Acratapes*, vel *Octozapes*. Interea autem quasi parva esset confusio in nomine dubio, » Jubet Schurzfleischius (adnotante » Vall. 363. a) inquiri, num hic sit *Asbazareth* » ille magus, qui memoratur II. Esr. v. 69 «.

1151. Suffragantur huic nomenclaturae praeter Auctorem ipsum in I. P. cum Diod. Siculo Syncellus apud Gr. et Samuel apud Arm. Արիստόմեդես, արիսաոմեդէս. Similiter accurate legit et Vall. in Lat. edit. Hier. *Aristomedes*, et merito haec in adnot. addit. » Perperam legit » Scaliger *Aristodemus*, et in Graecis collecta» neis Αριστόδημος, nec recte codices duo Pa» latini *Restomedes*, editi vetustiores *Aristheme*» *des* «.

1221. Ubi primum redintegratur lectio Arm. laborant editiones Hier. ignoro enim quid causae fuerit, cur pro mensibus Sellum indefinitis ab auctore nostro memoratis, legatur apud Vall. *diebus* II. apud Scal. vero *dies tres*, quam lectionem ad Eusebium pertinere idem Scaliger falso putans, similiter in Gr. quoque Canone restituit. Quoniam vero vidit ferri non posse manifestum mendum, malignus atque iniquus in auctorem nostrum inventus est: haec enim habet annot. MCCXX. p. 66. » Hic dormitabat Euse-

bius ». eo audacius, quo minus viderat certum Eusebii textum. Verè miror, quod noluerit aliquid vel librariis, iisque Latinis adscribi; alioquin retorquetur in eum typographi ejus error duplex loco citato, et suis ipse verbis illaqueatur. » Scaliger hic altius dormitabat ». sic enim citat locum sacrae scripturae. » II Reg. XV. 8 ». et » Ibid. 31 ». quum debuisset reponere IV pro II. et 13. pro 31. Vallarsius primum emendavit, secundo vel ipse erravit. Omitto variantes Hier. lectiones in sequentibus, ubi redundat in edit. Scal. illud addidamentum librarii ignoti ex margine fortasse in textum translatum. » Hic annus consumitur per diversos ».

1228. Optime itaque et Vall. in Hier. *Psammus*, quae est constantissima lectio auctoris nostri tam hic, quam in I. P. Arm. et Gr. Ψαμμοῦς. Perperam ergo Scal. in Lat. *Psammis*, quod mendum et in Gr. refundit Ψαμμις. Quae verò interea agitat Scal. p. 66. 67. de Triere, nihil ad nos.

1237. Quum Scal. in Hier. legerit XLIII. poterat ei juvare et cod. Arm. habens tituli loco ԽԳ. XLIII. nisi fuisset manifesta amanuensis culpa pro ԽԴ. XLIV. aliter ipsa continuatio Canonis annos assiduè quadraginta quatuor exhibet: totidem sane praemiserat et in I. P. auctor, ԽԴ. ՄԴ. XLIV. ita constanter fert etiam Canon Hier. apud Vall.

1239. Gr. fragmentum mancum exscripserunt ambo editores Hier. a Sync. p. 60. idque desumptum ex superiore Eusebii libro. Hic verò Canonis locus itidem alias a Syncello usurpatus, est ille, quo nos usi sumus in fragm. Gr. quamvis supplendum sit juxta Arm. λέγεται, et postremum verbum perfecti temporis in infinitivum redigendum.

1240. Ut priore libro, ita et in Canone Interp. Arm. πρυτάνεις expressit նահապետք, sc. *Patriarchas*, vel potius *Patriae principes*, *Regionis capita* dixeris. Quomodo vero Hier. exposuerit, haesitant editores ob variantes codices. Olim *Principes* praeferebant vetustiores editi, teste Vallarsio; vel juxta quosdam *Principatus*. Nunc idem Vall. *Prytani*, Gr. dialecto, excudit. Scal. merum Hellenismum imitatus, *Prytanis*. Ut ut sit, integrae periochae digestio in edit. Scal. propius accedit ad lectionem nostram. Vallarsii editio aliquatenus superiorem sapit librum: nonnulla itaque interpolarunt Hieronymi exscriptores.

1240. Fluctuant editiones Hier. in historico hoc spatio satis longo, ita tamen ut Vallarsii lectio magis congruat cum auctore nostro, Scaligeriana autem omnino mendis laborare videatur, quare dixit et Vall. p. 39. a. » Scaliger omnia susdeque vertit prout lubitum fuit ». Attamen non Scaligeri est culpa, sed Codd. Latt. ut patet etiam ex Ms. Rav. quem citat Roncallius ad normam editionis Scal. Haec diximus de distributione sermonis quoad diversa membra. Verba tamen ipsa, vel particulares voces melius habentur identidem apud Scal. quam apud Vall. qui velint, conferant inter se, ut possint certiorem eruere lectionem Hier. ad vestigium Eusebii nostri.

1240. Gravis agitatur controversia apud criticos, utra lectio codd. Hier. anteferenda sit, Scaligerana ne *filii Aemonis*, an Vallarsiana *sive Hemonis*, qua omnino variatur sensus. Vallarsius facile triumphare visus est de Scal. hoc argumento. » Quin ipse etiam Scaliger in Sylloge Eusebiana ὃν Ἰφιτος, ὁ Αἱμόνος, κατὰ τὰ δὲ ἄλλους Πραξωνίδου τίνος τῶν κ.τ.λ. » Nempe cum de ejus genere constituendo dissentiant Veteres, aliis a Praxonida, aliis ab » Haemone ducentibus, utramque sententiam » voluit adnotare Eusebius, nec sane eum potuit Haemonis nepotem dicere, quod nemo » Veterum unquam somniavit ». 595. a. Attamen funditus evertit hanc conjecturam Eusebius noster, quum sine ulla conjunctione dixerit, *Iphitus Prachionis Dimonis*, vel *Iphitus Praxonidis Aemonis*; ubi quemadmodum secundum nomen supponit pro *filio* antecedentis (juxta tritam Hellenismi regulam), sic quoque tertium pro *filio* secundi sumi debere nemo inficiabitur: nisi dixeris unum virum duobus nominibus appellatum fuisse, quod nec Vall. concedit. Itaque posthabito Gr. fragmento incerto, imo falso, quod inter excerpta Scal. legitur, genuina Eusebii nostri lectio elucet apud Hier. juxta editionem Scaligeri, sc. *filii*, cujus loco exscriptorum negligentia vel de industria repositum fuit *sive* in nonnullis codicibus, quibus Vall. usus est. Defendit tamen Vallarsius lectionem suam *sive*, dicens: » Probat etiam luculentissimo testimonio Pausanias in Eliacis cap. IV. Inscriptio, inquit, » quae in Olympia est, Iphitum testatur Haemonis filium fuisse: Graecorum plerique non » Haemonis eum, sed Praxonidae filium dixere ». Verum haec non ita nos urgent, ut nequeamus vel Pausaniae locum ultro amplecti: siquidem non solum *filius* late potest accipi pro *nepote*, atque hinc vere dici Iphitus Haemonis filius, verum etiam sequentia mire Eusebio favere videntur. Si enim *Graecorum plerique Praxonidae filium Iphitum dixere*, eam itaque sententiam rite tenere potuit, ac reapse tenendam Eusebius statuit: quod autem Praxonidas ipse sit filius Haemonis, id ut Pausanias non negavit, ita Eusebius cum aliis affirmare potuit.

1241. Arm. վիպագրի, satis clare inducit Gr. nomen ἐποποιός, proprium scriptoribus heroici carminis, atque ab Hieronymo *versificator* expositum. Verum enim verò վէպ vel վիպասանութիւն supponit identidem pro quavis historia, պատմութիւն· sed apud majores saepenumero accipitur pro *versu*, vel *carmine poetico*. Sicut imprimis Homeri opus apud nostrates վիպասանութիւն rite appellari solet, haud secus ac S. Niersis nostri Clajensis insignis poetae carmen de Majoribus. Certe et Arctius Poetae titulo ornatur a Dionys. Halic. Lib. I, nec desunt, qui eum Homeri auditorem faciant. Haec suadent ut et in Gr. eclogo Scal. non ἐπὶ τόλυ, sed potius ἐποποιός legendum sit. Nomen verò hujus viri Hier. legit cum Suida Ἀρκτῖνος, quod propius accedit ad lectionem nostram Ἀρκτίος, quam offerunt Syncelli Ἀκτίων.

1248. Plurimum expedit transcribi hic illa S. Hier. dicta Epist. XVIII. ad Damasum: » Post cujus » (sc. Azariae, inquit) mortem, Isaias Pro» pheta hanc visionem, quam explanare nunc » nitimur, vidit, id est, eo anno, quo Romu» lus Romani Imperii conditor natus est, sicut » manifestum poterit esse his, qui voluerint le» gere Temporum librum, quem nos in Lati» nam linguam ex Graeco sermone transtuli» mus ».

1255. Feliciter clausit Interp. noster accuratissima sua expositione զիպանի ասացն. *Ilii captivitatem*, ora obloquentium criticorum, qui aperto ore invehuntur in Hieronymum ob translationem dubiam; videntes enim in codicibus Hieronymiacis (quamvis non in omnibus) legi Gr. Dialecto *Ilii Persin*, illico statuerunt D. Interpretem non intellexisse certum auctoris sensum, maximè in πέρσιν, rariore, ut ajunt, voce. Verum tamen cum non desint codices hic praeferentes *vastationem*, iis rite adhaesit Vallarsius, atque non abs re conjecit in annot. aut ultro observatam fuisse a S. Hier. vocem πέρσιν tamquam titulum libri poetici de Persi, seu de Excidio Ilii, aut commodius fortasse repositum ab eo fuisse » Ilii Persin, id est vastationem »: exscriptores tamen Latinos unam vel alteram vocem omisisse. Plura hac de re agit Vall. qui velint, adeant locum; nihil enim ad nos.

1258. Pro *Thebaei* Scal. legit in Gr. Θηβαῖοι, juxta Latinam Hieronymi editionem: at apographum Interpretis nostri ita constanter habuit, ut hactenus fert codex Syncellanus, Θηβαῖοι, quamobrem siquid peccati est, Graecis codicibus, non autem Armenis objiciendum erit. Nomen vero Aristotelis, de quo et in Arm. et Gr. accurata mentio est, fert etiam Hier. in edit. Scal. ubi Vallarsius corruptè habet *Aristeus*. Denique integra restituitur Gr. lectio, si pro ὁ καὶ, ut apud Sync. legitur, reponas οὗ τὸ ἰδιόν ὄνομα ἦν. juxta Arm.

1270. Pro nomine *Salmanasaris*, quod unum novit auctor noster, nescio qua librariorum Latt. libertate repositum est in vulgatis Hier. codicibus *Sennacherib*, *qui et Salmanasar*, atque deinde *Sennacherib* tantum usurpatur: quinimmo in aliquot exemplaribus nulla mentio de *Salmanasar*; qua re decepti Melchior Canus et Franciscus Haraeus, injuria erroris accusarunt Eusebium, quum potuissent vel ipsius Hier. exemplaria magis exacta consulere, quaeque a Pontaco citantur, quae nempe accurate *Salmanassar* tantum ferunt, ut reapse auctor scripserat, teste Interp. Arm. Verum de sententia Eusebii in tota hac historia fusè agunt editores Hier. Scaliger et Vallarsius, cum aliis. Nos de certa lectione magis solliciti monitos lectores volumus, frustra insudasse Scaligerum in reparando Gr. textu ex iis Chron. Pasch. verbis p. 87. A. Τούτῳ τῷ ἔτει Δ'. τῆς βασιλείας Ὡσηὲ υἱοῦ Ηλὲ, πρώτη αἰχμαλωσία γέγονε τοῦ Ἰσραὴλ τῶν δέκα φύλων, βασιλευομένων μὲν ἐν Σαμαρείᾳ, νῦν δὲ μετῳκισθέντων εἰς ὄρη Μήδων, καὶ Χαλδαίων, ἐπιστρατεύσαντος αὐτὴν Σαλμανάσαρ τοῦ τῶν Χαλδαίων βασιλέως . . . ἐβασιλεύθησαν δὲ ἐν Σαμαρείᾳ ἔτεσι διακοσίοις ἑξήκοντα τρισί. quae Scal. paulo interpolavit.

1270. Huc fere spectat, vel potius ex hoc loco desumptum creditur illud eximii Rhetoris nostri S. Gregorii Naricensis in Orat. XIV. dictum de parabola Samaritae, quem Dominus noster sub tacito suo nomine adduxerat. Rhetor enim laudatus nomen Samaritanum silentio dissimulans պահպան անուամբ *Custodis nomine* ab Assyriis derivato rem exponit. Verba ipsa pro curiosis lectoribus hic transcribuntur. « Ել քահանայապէս քան աշխարհական ակաւ օրինին զգեստուք ու մանուն պահպան գասուպարտիչն անիծից, և բանիւք քաղցունն ձգմամբ՝ ի խորտակումն խոցելոյն արագել մատուար, և ոչ արդէս զնատկանն կարասել ասացին . . . այլ՝ հինանասցն պահպան անուն ասորեստանեայցն, որք ի հրեից ընկալեալ զօրէնս ամրոցք պահիցին զոր նոցա մատաչան. նոցին կցորդեալ մարմնոյդ վէրսաւ կուսաւ՝ մերակրպարան խառնուեմամբ. զաւազաւրն գծագրեցեր գանախս ու տարաւագիսն, և ետնարարդ ներգործութեամբ անդամոյն. ձեռն կարկառեալ յարուցեր զմարդն նախին՝ մեզանէ ի մահ իւրմէն ծննդովք ». Նարեկ. ԺԳ. 3. h. e. » *Non more sacerdotali accedens secundum Aaronis legem infirmam, quae valida erat ad munus mortis per damnativas maledictiones, factionesque lapidum plenis pugnis, ad confringendum vulneratum properasti; neque Levitico more Praecursoris etc. . . . sed Ethnicis ipsis Assyriacis, quorum nomen Custodes sonat, quique acceptas ex Judaeis leges integre observarunt, quas isti oblivioni tradidere, iis inquam particeps factus per carnis tuae habitum, nostrae formae admixtione tibi adscita, liberatricem delineasti promissionem apud alienigenas; atque per Divinam actionem illibatam, porrecta manu, resuscitasti primum hominem mortaliter peccantem una cum natis propriis* ».

1278. Iterum hic usurpant Scal. et Vall. pro Gr. textu illud Syncelli ex p. 129. D. Μίδας Φρυγῶν ἐβασίλευσεν. Sed haec nos multo ante praemiseramus cum Eusebio, anno Abr. 707. quum hic inverso potius ordine legendum sit Φρυγῶν ἐβασίλευσεν Μίδας. Nota tamen primo loco haberi in Cod. Arm. վիգաս. nunc վի-

χωσ', pro nimirum *ἀβρωσ*, vel iterum pro *ἀβλαβως*, ut habebis etiam paulo post, ubi mortem ejus memoraturus est auctor. Olymp. xx. Quod si de anachronismo dubitare quis velit, sciat etiam alios scriptores non convenire inter se de certa Midae aetate; unde et diversis aetatibus juxta varietatem auctoritatum proditam rem fuisse dixeris, ut non semel occurrit in Canone: si tamen unus tantum sit Midas Phrygum rex appellatus.

1281. Quod dicit S. August. de Civit. Dei L. XVIII. c. 31. » Tres prophetae de minoribus, Abdias, Naum, Ambagum, nec sua tempora dicunt ipsi, nec in Chronicis Eusebii, et Hieronymi quando prophetaverint, invenitur «: nos de Abdia, et Ambagum intelligimus in Eusebio nostro, qui hic Naum commemoravit, quamvis non noverit Hier. praesentem locum integrum apud Scal. vel ex parte apud Vall.

1300. Pro *χερκῆνα*, *Cherrenus*, in animum inducimus legendum esse juxta Gr. Sync. *χερρωνῆτα*, vel *χερωνῆκαν*, Χερρόνησος, neque fidem habemus Scaligero, qui ad normam Lat. editionis Hier. voluit et in Gr. vulgari usu ut legeretur Χερσόνησος, quique gratis perturbavit sedes vocum, postremo loco servans illud *ἐν Σικελίᾳ*, cum initio statim locum habere debeat.

1302. Supervacuo tenet Scal. in Hier. *qui et*, et immerito hinc eadem adstruit in Gr. suo canone; ubi Vall. nobiscum, suffragantibus et Graecis auctoribus, legit continua serie *Numa Pompilius*. Sicut etiam accuratissime praefert annos XLI. juxta tum Canonem, tum anteriorem auctoris nostri librum, haud secus ac Sync. *μα'*. p. 168. E. solus ergo Scal. deviat a vero, non solum quod in Lat. mendose legerit XL. verum etiam (quod maximum est, ei tamen usitatissimum) quod in Gr. quoque restituerit *μ'*.

1305. Ultro licet concedamus Vallarsio amplius haec legenti in Hier. Lat. editione, (quamquam Scal. non noverit). » Manasses impius Esaiam interfecit, statuamque suam posuit quinque facies habentem «. Non possumus tamen aegre non ferre, quod studuerit incertis fragmentis, iisque non integris, Graecum quoque reparare textum, falso credens Eusebii esse haec dicta, cum vix probare queat ea Hieronymo potius adscribenda esse, quam ejus exscriptoribus; etenim teste Roncallio » Ms. Rav. et plures alii apud Pontacum, et Scaliger haec omittunt «.

1308. Juxta Arm. ex Gr. exprimendum erat in Lat. *Gongiarium*, sed Latinorum more vulgatissimo *Congiarium* dico. *ասարքա ձասձարիա* verò est merus Hellenismus ad syllabas usque; ad cujus explicationem refertur postrema vox Arm. *լուծայս, asses*.

1308. *խնդկէն* adnotat accurate Gr. vocem ὀστράκινος juxta duplicem significationem sc. *testaceus*, et *fictilis*, ita ergo legit Interp. noster. Hieronymus tamen legebat *σκύτινα*, et hinc reddebat *scorteos*. Verè enim σκύτινος Latinis est *scorteus*, ceu *coriaceus*, *pelliceus*. Mirum, quod Sync. utramque utriusque Interpretis Arm. et Lat. lectionem praefert *σκύτινα καὶ ὀστράκινα*, *scorteos et testaceos*, integriore procul dubio Eusebii codice usus, at Chron. Pasch. ὀστράκινα tantum nobiscum habuit, ubi tamen Interp. Lat. Du Cange Hieronymo morem gerens *scorteos* reposuit, sane contra fidem, cum debuisset auctorem suum exprimere habentem *testaceos*. Ad haec nota Syncelli textum alio ordine ab eo digestum, consultò à nobis membratim de integro citari ad imitationem Eusebii. Vallarsius assidua serie Syncellum transcripsit. Scaliger verò Chron. Paschalis locum potius sibi conciliandum duxit, nonnullis interpolatis, ex p. 94. D. E. ubi haec leguntur. Νουμᾶς Πομπήλιος τετάρτῳ ἔτει τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐν Ῥώμῃ κτίζει τὸ Καπιτώλιον ἐκ θεμελίων. (Anno post) Νουμᾶς Πομπήλιος κογγιάριον ἔδωκεν ἐν Ῥώμῃ ἀσσάρια ξύλινα καὶ ὀστράκινα. Denique quae in calce praesentis loci legit in Hier. Vallarsius, » nullum cum finitimis bellum gessit «, ea paulo superius privatim ediderat Scal. et Graeco gratis textu adornare non dubitaverat, cum sint augmenta Hieronymi, non verba auctoris nostri teste cod. Arm.

1318. In 1. Parte legebamus *ιε'*. XXXV. sed praesens Canonis calculus habetur etiam in Catalogo *ιϛ'*. XXXVI. nec aliter habuit et Sync. p. 191. C. *λϛ'*. 36. quamquam Vallarsii typographus ediderit *λβ'*. 32. Mitto Herodotum, qui annos tribuerat huic regi *μ'*. 40. Verum hic Scaliger more suo ad normam Lat. Hier. *Lydorum quintus Gyges* etc. reposuit in Gr. Λύδων ἐβασίλευσε etc. Contrà Vallarsius, qui legebat in Lat. *Post quem Gyges r.* etc, eo pacto et Gr. de suo restituit, Μετ' ὃν ὁ Γυγις etc. minus peccasset, si Syncellum non citasset ex pag. 191. cum nullum sit ibi vestigium vocum Μετ' ὃν. De Scaligero minus solliciti sumus, cum ipse ubique quin Gr. auctorem citet, ad arbitrium suum rem conficiat.

1326. Lego *Ալեքս* (pro *Ալեքս* manifesto calami lapsu), ut constanter habebatur etiam in 1. P. Arm. et Gr. ad cujus normam restituenda et editio Hier. mutilata a librariis *Merres*, facile enim prima littera A, permixta fuit cum antecedenti voce *Dynastia*, aliis *Dynastiae*. Syncellus, qui p. 61. B. ex Eusebio legerat Ἀμμερίς, de suo Ἀμάης dixit p. 153. c.

1326. His probatur lectio Hier. apud Vall. redundat itaque penes Scal. *junxitque*; postremum vero verbum *Ձանաչէր agnoscebatur*, desideratur in omnibus Hier. editionibus.

1345. Sola editio Scal. cum Ms. Rav. rectam praesefert lectionem nobiscum, aliis corrupte ferentibus, *Nichepos*, *Nicopsos*, *Nechipso*. Quae vero amplius de hoc rege legit Vallarsius, vel ipso fatente » Scaliger respuit, nec in Parmensi quidem Ms. sunt «, quibus adde et Ms. Rav. a Roncallio citatum. Pro *Lesbeis* autem irrepsit in Cod. nostrum *Libyes*, quod inviti servavimus.

1351. Lectio Arm. satis commendare videtur Gr. textum a Sync. transcriptum; quem affirmat et Suidas cum caeteris, atque ideo accurate rem ab Interprete nostro expositam invenimus, ita ut placeat vel ipsis criticis, qui de lectione Hier. aliter sentiunt.

1360. Hoc dictum Eusebii luculenter demonstrat etiam lectio Armeniacae interpretationis in sacris libris, quippe quae ab optimo codice septuaginta seniorum transcripta. IV. Reg. XXI. 19. *Ամբն քսանեհրկուց ամաց սկսեալ Ամովնայ որդւոյ Յովսիա, և երկոտասան ամ Յովսիայ թագաւորեաց Յերուսաղէմ*. i. e. » Filius viginti duo annorum Ammon, quum regnat, et duodecim annos regnavit in Jerusalem «. Minus ergo maturè objicit Scal. auctori nostro. p. 81. ad MCCCLX. dicens: » Quis est ille codex Bibliorum LXX seniorum, qui soli Eusebio notus fuerit, vetustissimis autem scriptoribus ignotus ?«, et caetera, quae gratis prosequitur, et Syncellum sibi tamquam socium adhibet. Feliciter tamen utrumque refellit Vallarsius p. 440. b. atque codicis Alexandrini auctoritate fidem Eusebii affirmat: adire ne pigeat locum citatum magnopere commendabilem.

1362. Pro *ստրանդիա*, *Strandia*, legendum cum Sync. et Hier. *ստագիրա*, Στάγειρα, *Stagira*.

1366. Frustra reposuit Scal. in Gr. ἐκράτησεν, sc. *obtinuit*, *potitus est*, pro accuratissima lectione Sync. ἐτυράννησεν, *tyrannidem exercuit*, juxta Eusebium, testantibus Arm. et Lat.

1375. His satis conciliatur, saltem ex parte, Gr. textus ab Scaligero usurpatus, ubi tamen cum paulo aliter reddiderit Hier. huc illuc agitatur Scal. p. 80. ad MCCCXLIV. dicens. » Graeca, καὶ ῥάβδον κατέσχεν. *et sceptrum tenuit*, *gestavit*. Hieronymi codex videtur habuisse ῥάβδους, *fasces*, cum securibus scilicet, sed nec sic quidem constaret lectio. Nam τὸ κατέσχεν ei notioni non convenit. Non enim rex τὰς ῥάβδους κατέσχεν, sed Lictores. Videndum tamen, num ita legendum: καὶ ῥάβδους κδ'. ἔσχεν, quod videatur ita Hieronymus legisse; videtur verum esse «. Quod tamen si constaret, numerus quoque apud Hier. extare debuisset: verum aliter certo certius judicaret Scal. si sciret Eusebium dixisse χρύσινους ῥάβδους, teste lectione nostra.

1377. Justa quidem expositione usus Hieronymus, *Examii filium* Thaletem dixit; legerat enim in Gr. cum Sync. casum genitivum Ἐξαμίου. Ubi tamen Interp. Arm. legebat ablativum, ideoque disjunctum ἐξ Ἀμίλου, et hinc oportuit ut redderet *յամիլոյ*. In sequentibus summa inter Interpp. concordia apparet, ita ut vel ipsi Hieronymo placuerit uti nobiscum verbo *agnoscitur*, valde exacta ferè translatione ex Gr. ἐγνωρίζετο (quod sonat juxta Arm. *agnoscebatur*), quamquam alibi diverso modo Latium exprimere soleret, *clarus habetur*, etc. Sed mirum quod praesens locutio Hier. displicuerit Vallarsio ex alio capite: dixit enim p. 444. c. » Pro *agnoscitur* mallem legere *nascitur* «, eo quod hac Olympiade Thaletem natum alii auctores tradiderint. Sed quid, si Eusebius paulo aliter cum aliis senserit, vel generaliter tantum primordia ejus adnotaverit hac aetate? Quod si molestiam attulit viro erudito, tum ei optandum erat, ut non tam Latina Hier. editio, quam Gr. textus legendus aliter esset.

1380. *Դոդոնիական բրմաս*, sicut ex aliis locis versionis nostrae patet, aut *Dodoneus divinator*, aut *Dodonea divinatrix* intelligitur; itaque videtur Interp. noster legisse in Eusebio Δωδώνησῳ τῷ vel τῇ μάντει, quam juxta alios Δωδώνης τῷ μαντείῳ. Ut ut sit, gaudeant critici, cum viderint deesse apud auctorem nostrum illud *primum*, quod in codicibus Hier. supervacuo legitur; cujus causa hucusque certabant inter se invicem editores ejus Latini sub grato nomine Eusebii nostri.

1384. Nescio an emendatior sit habenda lectio haec nostra *Tymaeus* inter tot variantes Hier. editiones; quarum fidem sic expandit Vall. p. 449. e: » Rescribit Scaliger *Tyrthaeus*, quod et nobis quidem probatur prae *Misthaeus*, et *Mysteus*, et *Myrtaeus* et *Myrieus*, et si qua alia sunt in antiquis libris nominum commenta, quae nec Graecam originem sapiunt. Sane et Tyrtaeum vocat Plutarchus in Apophthegmatibus, et Horatius de Arte Poetica V. 402. *Tyrteusque mares animos in Martia bella*, *Versibus exacuit*: denique Suidas, qui Τυρσαῖος, ait, ἤκμαζε κατὰ τὴν λέ. Ὀλυμπιάδα «.

1385. Mallem ut legeretur juxta Hier. et Sync. *սիկոպ*, pro *սիկան*, quod habet codex Arm. Verum hic de alio capite, non immerito, queritur Vall. p. 449. f. dicens. » Apud Scal. praepostero ordine primum Sinope, deinde Lipara, tertio Cyrene recensentur «. Ipse itaque Vall. tantum constanter hoc spatio vestigium tenet auctoris nostri.

1388. Accuratissimam attigit Vall. lectionem in Hier. eo nempe ordine vocum, quo Eusebius noster procedit, ubi Scal. inverso ordine legerat » Apud Hebraeos prophetabat Olda mulier «. Sed non satis mirari possum, quod Scal. genuinam in Gr. Syncelli editionem usurpavit, contrà Vallarsius erravit, ubi sine causa haec sibi proposuit » Ολδα γυνὴ Εβραία προεφήτευσεν. Syncelli pag. 171. D. et Chronicou Pasch. pag. 96 «. Bene consuluit paginam cod. Syncelli 171. sed debuit ejusdem paginae regionem B. transcribere, ubi certior occurrit textus, vel saltem Chronicon

Pasch. a se citatum describere, ubi item occurrit illud παρ' Εβραίοις ad normam Eusebii, haud secus ac Lat. Hier. Haec ideo plus aequo prosecuti sumus, ut pateat nos ubique Eusebium ipsum Graece loquentem solitos quaerere, alios passim quavis Graeca locutione contentos fuisse, etiam si (quod plerumque accidit) cum Eusebio minus conveniat.

1390. Inter variantes Hier. editiones *Prusia*, *Prusias*, *Prusina*, *Perusina*, prima tantum lectio ut *Prussia*, est anteferenda ad fidem Arm. et Gr. quamquam tum Scal. tum Vall. secundam retinere maluerint. Praetermitto Schurzfleischium frustra contendentem legi hic oportere *Perusia*, quae Etruriae urbs est notissima; cui erudite occurrit Vall. his verbis p. 450. i. » Minime diffitendum, Bithyniae civitatem ab Eusebio innui: sive autem illa sit » Prusa Olympi, sive alia cognominis sub Hy» pio monte, sive demum Prusias ad Cianum; » quaerant ii, quibus tantum otii suppetet » rit «. Vide et Scal.

1391. Pro *Epidauro*, Vallars. *Epidamnus*. Scal. *Epidammus*: emendationem eligent studiosi lectionem.

1402. Multa hic agitant viri critici de certo auctoris sensu, maxime secundum Hier. translationem decurtatam. Sed quid ad nos? Armena editio ad amussim exprimit Gr. textum allatum, nisi quod desit ibidem verbum respondens illi Arm. *qhuqtgwu.*, *contigit, occurrit*, pro quo restituit Scal. parenthesis nota, *εἶναι, fieri, esse*: et contra redundant quaedam ab eclogario adjecta, quae nos de more parenthesi intercludimus. His itaque interpolatis, quicquid dixerint critici, accipe Eusebium sibi constantem in Gr. et Arm.

1408. Resistit Scal. p. 85. ad MCCCCIII. dicens: » Si primus tyrannus Siciliae, quid ergo facient Phalarida, quem tot annis antea tyrannidem Agrigentinorum arripuisse novimus? Manifesta *ἀντιλογία* «. Haec dixerat vir criticus primo animi ardore, quem tamen de industria sedavit in secunda operis editione, adjecta sequenti ratione pro auctore nostro. » Sed diversos auctores sequitur «. Cui addere potes et alteram excusationem majorem ex Arm. interpretatione desumptam, ubi nimirum non ponitur adjectivum *առաջին*, *primus*, sed adverbium *նախ*, *primùm*, ex quo fortasse elicienda erit haec sententia tamquam verissima, » nunc primum coepit Panaetius tyrannidem exercere «, sc. *hoc tempore coepit*: quod si constet, nullam patitur *ἀντιλογίαν*. De Phalaride verò de quo et infra, haec non contemnenda Scal. ad num. MCCCCLII. » Melius (ait) » in hoc tempus confertur, quam super» rius MCCCCXC (lege MCCCXC). Nam eum » floruisse Olympiade LII. scribit Suidas «.

1408. Quum *Ninus* hic supponat pro urbe, non pro homine, (namque Ninus etiam junior dictus multo ante erat sub Arbace Medo) quomodo defendi potest verbum Arm. *unuuhkuy*, quod internecionem exprimit? Ad quod fortasse dicendum esset, urbis nomine urbanos intelligendos fere, ac si dictum fuerit *qhpnuhu ghu unuuhkuy*. Sed commodius dici potest eo verbo etiam eversionem aedificii signari, ut alibi, quasi *gjuuuuhkl*· aut legendum esse in Arm. unius tantum litterae variatione *juuuuhkuy*, sc. *subvertit, solo aequavit*: quo accurata Hier. lectio comparatur. Obstat tamen Scaligeri censura, qui sic animadvertit in interpretationem Hier. p. 85. ad MCCCCX. » Fortas» se in Graeco conceptum fuit: Κυαξάρης ὁ » Μῆδος τὴν Νίνον αἱρεῖ, *capit, expugnat*. » Nam procul dubio non subvertit. Sed haec » asserere, temerarium. Non raro imponunt » nobis conjecturae nostrae «. Satis bene: nihil nos certius addere possumus ob verbum Arm. ambiguum ferme, de quo et alibi verba faciemus. Sed ut vere subdit Scal. » supra MCCCXCVIII. idem gestum narratur «, ubi Arm. apposite reddidit, *qhpnuhu պաշարեալ ան*· *Niniven obsessam cepit*. Hier. *Ninum capit*.

1409. Ita omnino omnes Canonis lectiones cum I. P. Jure itaque arguit Vall. p. 457. d. dicens. » Nugari videtur Schurzfleischius, cum » in Graeco pro Ψαμμουδὶς ἕτερος, legere ma» vult uno verbo, nec uno tamen loco Ψαμμου» δισέτερος, quod alius Psammuthes non prae» cesserit. At vero praecessit, qui cognominis » est Psammeticus «.

1412. Irrito labore refellit Scaliger id quod gratis auctori nostro imponit. » Mirum (in» quiens. p. 85. ad MCCCCIII) Graeca lectio » concipit, Γκγ΄. Ιουδαίων αἰχμαλώτους λα» βών, quae Hieronymus omisit, et merito. » Nullum enim hujus numeri vestigium extat » in scripturae contextu «. Nec Eusebius talem somniaverat numerum, sed Scaliger falso ei adscripsit haec nescio a quo pseudoeclogario desumpta. Vallarsius judicavit ex Cedreni pag. 91. ea mutuata fuisse, quod tamen vix constat, ut patet locum inspicientibus. Verum hic quid dicturi essent critici, si scirent pro *anno tertio Joachim* ut apud Hier. legitur, repositum esse in canone nostro Eusebiano *annum decimum*, tam in spatio historico, quam in serie calculi? namque è regione x. anni ejusdem regis haec narrantur: nec aliter legerat et Samuel. Certè non pauca paulo superius vel inferius collocantur in edit. Hier. hoc intervallo; aliis si vacat, dimittimus ut omnia inter se conferant.

1418. Vall. in Hier. minus recte, *Camerina*, cum omnes reliquae lectiones constanter praeferant *Camarina*. Scaliger contra, ut non novit in Lat. *urbem*, sic quoque de more Gr. restituit, expuncta probatissima voce πόλις. In sequentibus verò amplius de Massilia (in Arm. Massalia) fert editio Vallarsiana explicationem hanc, *civitas Galliae*, cujus nullum vestigium neque apud nos, neque penes Scal. sicut et altera illa linea quae apud Hier. legitur *Perinthus condita*, desideratur in nostra lectione. Utcumque sit, illud quoque hic notabis, nihil obesse nobis Scaligeri conjecturam, multis ab eo probatam, verbum scilicet κτίζειν, *condere*, passim ab auctore usurpari solere pro ἀποικίζειν, *colonias deducere*; id enim satis commode retineri potest etiam in nostra dialecto, ut *հիմնել* dicatur non solum pro *հիմարկել զքաղաք*, *կանգնել զբնակիչս*, verum etiam pro *հիմնեցուցանել բնակիչս զարգարել*· alii viderint de Lat. verbo *condere*.

1419. Huc spectat Syncelli locus. p. 181. B. Ο΄ μέντοι Εὐσέβιος τὸν Αστυάγην ἀπὸ τοῦδε τοῦ Σεδεκίου ἐστοιχείωσε βασιλεύσαντα ἔτη λή. ἤτοι ἀπὸ ιβ΄. ἔτους τοῦ Ναβουχοδονόσορ ἕως τοῦ ε. ἔτους Νιριγλησάρου. (marg. μετὰ δὲ τὸ ὕστερον) τοῦτον τὸ ἔτος λογισάμενος α. ἔτος τῶν Κύρου βασιλείας ἐν τῷ Κανονίῳ αὐτοῦ. Goaro interprete: » Eusebius porro As» tyagem jam a Sedeciae temporibus regno po» titum describit, (supple annis. 38) ab anno » nimirum Nabuchodonosor 12. ad quintum » usque Niriglesari: post ejus vero postremum » annum, digesto a se latercullo, regni Cyri pri» mum ordinat «.

1424. Ambo Interpp. Arm. et Lat. legerant, et ambo reddiderant *ակրեաց*, *subvertit*: postea verò exscriptores Lat. interpretationis Hier. reposuerunt *emundavit* ex industria, atque haec hodie interpolatio praevaluit in editionibus. Rem sic proponit Vallarsius post alios. » Sunt » (ait) alii Pontaco, itemque alii Scaligero lau» dati mss. qui *subvertit* pro *emundavit* legant. » Ac sane Scaliger erudite, utramque lectionem » ab eodem Graeco verbo, sine accentuum api» cibus, ut olim scribi consueverat, expres» sam notat. Est enim καθαιρεῖ, *subvertit*; » καθαίρει, *emundat*. Est etiam verosimilius » utroque sensu Hieronymum fuisse interpreta» tum, altera lectione ad libri oram adposita, » quam pro ejus verbo *subvertit*, alios postea, » quibus nota historia erat, supposuisse *emun*» *davit* «. Vera conjectura, imo et verissima, in eo, quod posteriorum quorundam ope interpolata fuerit Lat. lectio *emundavit*, hodie vulgata, qua et omnes ejus editores usi sunt, etiam si non ignorarent ab ipso interprete positum *subvertit*.

1424. Cod. Arm. nunc habet *վաֆրէս*, *Vaphres*, nunc *վաֆառ*, *Vaphar*, quomodo habetur etiam in Bibl. Arm. Jerem. XLIV. 30.

1426. Quamvis paulo prolixior fuerit Scaliger in Gr. fragmento, ad usum hujus loci hinc inde conquierendo, maxime a Josepho; non minus tamen juvat ejusdem labor ad explicandam, imo et emendandam lectionem nostram, quae aliter inutilis esset: namque satis compertum est pro *πλὴν τῶν φονικῶν*, sc. *praeter mortificas (leges)*, seu ad necem pertinentes, mendosissime lectum fuisse in apographo nostro, *πλὴν τῶν Φοινικῶν*, *praeter Phoenices*, vel *Puniceos*.

1428. Ubi Hier. exposite dixit, *certantibus in agone*, refragatur Scal. in animadv. dicens: » Αγωνιζομένοις, *certantibus*: nam superflua » vox *agone* «. Nescio quid dicturus esset, si vidisset Interpretem nostrum usurpasse verbum novum pulchre concinnatum ad normam Gr. *ագոնարարաց*, quod non aliter explicari potest in Lat. nisi dixeris cum Hieronymo *certantibus in agone*; aliter vel Hellenismum exprimas oportet, *agonizantibus*, vel barbarismum *agonificantibus*. Porrò in his rebus Graecorum minus notis librario Armeniaco facile irrepsit mendum in vocibus *արագաս արաւն*, et *զարագաղգաւան*, pro itaque priore lego *արագաս առաւ*, vel *առաւել քիչ*, vel *աւագաս ասյին*, posterioris verò loco facile substituo *զարագաղգաւան*, quasi *Tragodos* cum Gr. Latinis *Tragoedos*, vel *զարագիկեան*, ceu *Tragicos* sive *Tragicones*.

1433. Parum juvat illud Gr. fragmentum Syncellanum ab editoribus Hier. usurpatum. Θαλῆς Μιλήσιος ἐκλειψιν ἡλίου σύμπασαι (ita Goar. ubi Scal. legit σύμβασαι) προεῖπεν. sc. ad verb. » Thales Milesius defectionem solis integram (ut sonat σύμπασαι, vel *futuram*, ut σύμβασαν) praedixit «.

1436. Totidem annos fert et canon Hieronymiacus; quare subirascitur Scaliger auctori nostro, quod deviarit a vestigio Livii et Dionysii Halicarn. qui tribuunt huic regi annos XLIV. Vallarsius contra defendit Eusebii calculum. Sed irritus est utriusque labor, cum reapse Eusebius superiore libro annos praemiserit ϟϗ. XLIV. ex quo patet minime fugisse eum traditionem Livii cum Halicarnasseo, sed alios fortasse auctores aequius duxisse sibi in canone imitandos.

1443. Probanda itaque lectio Scal. in Gr. μετὰ τὸν ἐπ' Αρχεμόρῳ, nec improbanda ejusdem interpretatio explicite proposita in animadv. » post eum, qui in honorem Archemori cele» bratus est «: eadem enim sentire videtur et lectio nostra, ubi Goar minus recte ediderat apud Sync. *τῶν Επαρχεμόρων*. Quod autem scribitur in cod. Arm. *եպ.*, sine scrupulo restituo *եպաս.*, ut postulat et subsequens casus *յարքեացդ* a passivo verbo regendus.

1445. Non immerito queritur Scal. hanc periochen variis captivitatis annis collocari apud variantes Hier. codices; alii ponunt, inquit, anno IX. alii XV. alii XVIII. quorum postremum vel invitus ipse tenuit. Vallarsius anno post edidit. sc. XIX. noster denique codex altero post anno XX. » Sed » nullo modo recte (subdit Scal). Nam Nabu» chodonosor obiit trigesimo septimo anno de» portationis Joiachin numero MCCCCLII. Ita» que (adjicit) nescio quid habebat in animo, » quum haec scriberet, Eusebius «. Haec fortasse jure objecisset vir criticus auctori nostro, si habuisset certum indicium constantioris ejus

lectionis; verum tamen totum vitium librariis adscribendum dixerim, inter quos ferendus videtur noster, qui hanc periocham posuit eo historico spatio, quod initium ducit ab anno Abr. MCCCCXLV. extenditurque fere ad annum MCCCCLII. ab Scaligero postulatum; ita ut si non certus annus, certum tamen spatium accurate continetur in nostro codice; idem quodammodo dicendum est de editione Vall. Itaque editio tantum Scaligeri improbanda, ubi tota haec periocha collocatur anno MCCCCXLIV. linea videlicet abs re interrupta.

1452. Պարկապիւ. vox composita, *nudi certaminis*, *nudus certans*, demonstrat supplendum esse in Gr. cum Scal. γυμνικός: quod quidem sonat *nudus*, vel *ad nudum pertinens*, Latinis tamen usuvenit Hellenismum servare *Gymnicus*. Ceterum pro Παναθηναίων, noster habuit tantum Αθηναίων.

1457. Locus nominatim citatus a Syncello p. 181. statim post praemissum fragmentum, hoc modo. Ταῦτα Εὐσέβιος . . . μεθ' ὃν Κύρου ἀ. ἔτος παραδεὶς γράφει πρὸς λέξιν ταῦτα. Κῦρος ἀνῆκε τὴν αἰχμαλωσίαν, etc. sc. » Haec » Eusebius . . . Postea vero Cyri I. annum » subjungens scribit ad verbum haec. Cyrus » dimisit captivitatem, etc «. Ubi quamvis expresse testatus erat Syncellus *ad verbum* se Eusebium descripturum, nihilominus editores Hieronymi Scal. et Vall. relicto hoc loco tutissimo, alterum sibi sumpserunt locum ex Chron. Pasch. eoque diversa ratione usi sunt juxta variantes Lat. codices.

1461. Accurate nobiscum sentit Scaliger, usurpans pro Gr. textu locum Chron. Pasch. citatum. Contrà Vallarsius Syncello solo usus est ex p. 190. qui tamen locus propriam inferius habebit sedem in Canone Euseb. id sane designat vel ipsius Vallarsii dictum, p. 478. c. » Eum (Xenophanem) iterum Eusebius cum » Simonide ac Phocylide inferius recenset «. Praesentis ergo loci genuinum fragmentum Vallarsius ignoravit.

1463. Item satis accurate Eusebii verba jacent in Chron. Pasch. loco signato, quo et Scal. usus est. Non contemnendus et Syncellus a Vallarsio laudatus p. 191. c. Χίλων εἷς τῶν ἐπτὰ φιλοσόφων Λακεδαιμονίων ἔφορος ἐγένετο. Ubi et illud notabis, Gr. vocem ἔφορος apud nos redditam non semel արքեա, servari abs Hier. *Ephorus*, adjecta simul Lat. explicatione, *id est respector*, ut fert editio Vall. cujus tamen loco haec praefert edit. Scal. *dispositione communis gentis*. Goar in Syncello suo sic reddi voluit, p. 191. C. » In Lacedaemoniorum Magistratum evectus est «. Verum Du Cange in Chron. Pasch. 115. A. Gr. dialecto contentus fuit, » Ephorus (inquiens) erat Lacedaemone «: quique late anteriora exponens, *unus e VII. sapientibus*, Syncellanum Gr. textum potius expressisse visus est, etiam si sensus idem sit apud omnes; nobis tamen minime satisfacit sensus, si non accedat et verbum Eusebianum.

1469. Hic ambo editores Hier. carentes citato Syncelli loco, frustra tentarunt Graecum textum desumere ex satis longis Chron. Pasch. verbis. 115. B. C. » Θαλῆς ὁ Ἐξαμύου (vel Εκαμίου) Μιλήσιος, πρῶτος φυσικὸς φιλόσοφος ἀπέθανε, ζήσας ἔτη οϛ΄. Haec inquam, quae potius pertinerent ad alterum Canonis locum. Olymp. XXXV. Scaliger integra hic transcripsit cum interpolatione annorum οϛ΄. Vallarsius prudentior evasit; videns enim ad praesentem locum duo tantum requiri vocabula, haec sola ex praemissis excerpsit, Θαλῆς . . . ἀπέθανε. Eusebius tamen in praesenti tempore dixerat ἀποθνῄσκει, vel potius θνῄσκει juxta Sync. et Hier. *moritur*, ne dicam τελευτᾷ, ut sonat Arm. վախճանի.

1470. Displicet viris criticis, quod tot annos attribuerit huic regi Eusebius, cum Livius et Dionysius decennio minus dixerint, sc. XXV. Sed jam eis satisfecit auctor noster priori libro per annos ϗ. XXIV. haud secus ac Sync. χδ΄. Hunc tamen calculum tenere maluit et Cassiodorus, sc. annos XXXV. cum Hieronymo in Canone, et in prologo in Haggaeum, ubi secundus annus Darii filii Hystaspis comparatur cum XXVII Tarq. Superbi, quique post annos VIII. ejectus sit à Bruto.

1470. *Cippum* accipe pro tormento, ceu instrumento ligneo, ad imitationem Arm. et Gr. ξύλον, quae voces pariter sibi invicem comparatae occurrunt etiam in Job. XXXIII. 11. et Act. XVI. 26. etiam si Vulgata Lat. lectio primo loco habeat *nervum*, secundo *lignum*. Pari modo conciliantur Arm. et Gr. etiam in sequentibus Eusebii verbis, maximè si պարսաւանդ, *ligamen* late sumptum, referatur ad πέδας, *compedes*, et պնուք, *collaria*, ad κλοιούς, ceu *ligamina cervicis*, quamquam et aliter possit accipi vox Gr. Lubeat hic audire Xilandri quoque translationem in Cedreno suo. » Tarquinius superbus etc . . . Etenim vincu- » la, flagella, ligna, carceres, custodiae, nu- » mellae, compedes, catenae, exilia, metalla, » et si qua alia sunt mala, hujus sunt in- » venta «. De Hieronymo videant ejusdem editores, qui diverse fruunt sedes vocum, haud secus ac numeros annorum Canonis.

1471. Totidem annos dixit et Sync. in his verbis, p. 191. D. Κροῖσος κατὰ Κύρου στρατεύσας, ἥλω σὺν τῷ Λυδῶν βασιλείᾳ διαρκεσάσῃ ἔτη σλβ΄. quae frustra pro Eusebiano textu usurpavit Scal. Numerus solus favet nobis, quo liberius emendare nobis licet Hier. codices habentes tantum 230. ceu σλ΄. omitto sententiam Scaligeri, qui annos vult computari 249.

1473. Nescio cur pro τὸ δεύτερον, quae est lectio utrique Interpretum probatissima, restituerit Scal. in Gr. τὸ ε΄. nisi forte typographus in locum β΄, reposuerit ε΄, sequentis verbi ἐβασίλευσεν prima littera deceptus, omissa plena voce δεύτερον. Porrò Vallarsius alterum proponit dubium p. 479 b. » Eusebius videbatur ter- » tium dicere debuisse, Athenas a Pisistrato » occupatas. Vide Herodotum in Cleio cap. » 62. Aristotelem Politicor. lib. V. cap. 12. » cum primis vero Perizonium ad Aeliani III. » cap. 21 «.

1476. Crassiore, ac potius ridiculo librarii Arm. mendo, pro պիւթագորայ, *Pythagorae* irrepsit Ի թագաւորայ, *a regibus*, non ita quidem distans quoad vocem, quoad vero rem toto coelo aberrans. De cetero պատմագիր cohaeret cum Gr. Sync. lectione ἱστορικός, qua voce *historicus* et Hier. de more usus est; nihilominus quum Arm. ad syllabas exprimatur ἱστοριογράφος, non contemnenda erit et lectio similis ἱστοριοποιός, habita in Chron. Pasch. eaque memoriae lapsu Syncello à Vallarsio adscripta. Sed integer locus Chronici Pasch. minus favet auctori nostro. Φερεκύδης ἱστοριοποιὸς ἐγνωρίζετο, καὶ Πυθαγόρας.

1479. Երաժշտարար egregie exprimit illud Gr. μελοποιός, *melodiae factor*, vel *compositor*, ceu *modulandi exercens scientiam*, ubi Hier. *Lyricus* dixit, Goar *musicus*, non abs re, cum melodiae dent operam poetae Lyrici vel musici. Quod sane minime advertens Vallarsius, expunxit de textu Syncellano vocem μελοποιός, quasi vero minus faventem Hieronymo, quod falsum est. Mitto Scaligerum negligentem in integra memoria Simonidis. Altera verò vox Arm. երգահան, quamvis videatur sonare *cantus* vel *carminis auctor*, non semel tamen usurpatur ab Interprete nostro pro τραγῳδοποιός; quamobrem et nobis liceat reponere in Lat. cum Hier. *Tragoediarum scriptor*, vel *auctor* juxta Goarum, si tamen permittant critici, qui diverso animo tergiversantur in praesenti loco; vide annot. Scal. et Vall. Nota demum Arm. Interpretem alias dicentem փիլիկոսն Graeca fermè dialecto, pro nempe φυσικός, hac pagina bis usurpasse novam vocem, antiquis potius Armeniis consuetam, յարատարակաց, quae putatur apprime assignare *genethliacos*, ac proinde latè sumi pro quovis *Physico*.

1487. Cambysem idem esse cum Artaxerxe Esther marito peculiari sententia amanuensis notaverat in margine, eo quod in Euseb. Arm. non erat nomen *Judith*, sed historia *Judaeorum*, quae sane poterat ad varia respicere tempora. Quod autem pro nomine κατὰ Ἰουδίδ lecto apud Hier. Interpres noster legerit κατὰ Ἰουδαίους, id omnino asserit etiam antiquissimus auctor Praefationum Bibl. Arm. sub initio Libri Judith totidem terminis cum Eusebio Armeno: « Գիտասցեն ինդրողք, զի չէ նա բուդդոնոսորա այս՝ նա, որ գերեաց զերուսաղէմ. զի ասէ Եւսեբի՝ Ի գրոնիկոնին իւրմէ՝ Ի առաջինն զայս ինչ. Զկամբիսեսէ՝ (որ յետ կիւրոսի պարսից) ասէ՝ Ի հերքոյկեցսայ երկրորդ նարուգոդոնոսոր կոչէլ, ում երամ հրէից պատմեալին լինել ասէ. որ առաջս կարծելի է զալ այս ». i. e. » Sciant » velim inquirentes, quod hic Nabuchodonosor » non ille est, qui captavit Jerusalem; dicit enim » Eusebius in Chronico velut ex traditione » haec: *Cambysen (successorem Cyri in regno* » *Persarum) ajunt ab Hebraeis secundum Na-* » *buchodonosor vocari; sub quo Judaeorum hi-* » *storiam factam fuisse* dicit, qui certo pu- » tandus, ut iste fuerit «. Inservit ergo hic locus pro testimonio antiquitatis Armenicae lectionis Eusebii: ut diximus in Praefat.

1493. Annum *quintum* praeferunt vulgatae Hier. editiones; nec tamen deest codex habens *sextum*, teste Scaligero in animadv. ista itaque dehinc lectio pro certa Eusebiana habenda etiam apud editores Hier. nec mirum in codd. Latt. intercidisse notam I. de numero VI. atque ita factum V. tantum.

1497. Tam Interp. noster, quam Hier. decenter singuli proprio sermone expresserunt illud Gr. τὴν οἰκοδομὴν ἐπισχόντων, quod de verbo sonat, *detinentibus*, seu *compescentibus aedificationem*. Minus ergo rectè Du Cange reddi maluit, *aedificationi incumbentibus*, quod magis opem tulisse vicinos declarat, quam impedimento fuisse; id tamen locus postulabat. Confundit itaque Du Cange verbum ἐπισχεῖν, vel si quid aliud ejusmodi cum ἐπίσχοπον. Neque illud lateat lectores, hoc spatio collocari in edit. Vall. magnam partem ejus spatii historici, quod supra in Olymp. LV. praemiserat Eusebius.

1497. *Malachiae* nomen, cujus interpretatio est ex Hebraeo in Gr. praecedens vox *Angelus*, desideratur non solum apud Hier. sed etiam penes Clementem ipsum ab auctore citatum, haud secus ac in Chron. Pasch. Vide et I. P. Eusebii p. 89. De voce երաշխաւոր *fidejussorem* exprimente, non tam putamus, quod Interp. noster legerit in Gr. μεσεγγυητής, sc. *fidejussor*, quam quod ita potius exponi voluerit illud ἐχέγγυος, cujus loco Hier. *domesticus* dixit, quod Scal. improbat. Du Cange reddidit *omni exceptione major*, quod nemo probat, cum reapse vox Gr. composita ex ἔχω, *teneo*, et ἐγγύη, *sponsio*, *promissio*, sonet *observans promissionem*, seu ut vult Scal. *fide dignus*, *idoneus defensor* etc. quae omnia nobis favere nemo inficiabitur.

1498. Quicquid dixerit Scal. in animadv. p. 98. tam Interp. noster, quam Hier. non legerunt καθ' ὧν, sed καθ' οὓς, ut fert etiam Sync. loco citato; contrà legerunt ἀυτῶν, non ὑπ' ἀυτῶν, quamquam ita nunc ferat codex Syncellanus. De caetero summa cernitur concordia inter Interpp. et Gr. textum: quare miror, cur Vallarsius relictis Syncelli verbis anterioribus, voluerit usurpare locum Chron. Pasch. minus faventem. Ἀρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων Ἱππαρχον καὶ Ἱππίαν Αθηναίων τύραννους ἀνεῖλον.

1504. Concedere, nobis liceat, Scaligero

quicquid dixerit ad praesentem locum p. 99. MDVI. sed minime concedit ei auctor noster illud dictum. » Tota haec periocha est Hieronymi «. Immò miror, quod id potuerit Scal. dicere cum vel ipse legerit similia saltem ad sensum occurrentia apud. Gr. auctorem Syncellum, his verbis. p. 189. E. et 190. A. » Ἀπὸ δὲ Ρω- » μύλου ἐπὶ τὸ κδ'. ἔτος Ταρκυΐνου Σουπέρβου » ἔτη μὲν γίνονται σκέ. ἤτοι ἀπὸ τοῦ ιγ'. ἔτους » αὐτοῦ, καθ' ὃ ἔκτισε Ρώμην. βασιλεῖς δὲ Ρω- » μαίων ζ'. μεθ' οὓς λοιπὸν Τάρκοι, ἀρξάμενοι » ἀπὸ Κολλατίνου καὶ Βρούτου, εἶτα Δήμαρ- » χοι καὶ Δικτάτορες. Μεθ' οὓς πάλιν Τάρκοι » πάντες διεγένοντο ἔτεσι υογ'. τοῦτ' ἔστιν » ἀπὸ τοῦ δμπά. κοσμικοῦ ἔτους, ἕως τοῦ » ,υιθ'. καθ' ὃ Γαΐος Ἰούλιος Καῖσαρ ἐμονάρ- » χησε πρῶτος «. Haec inquam legerat, imo et ad placitum exinde collegerat sequentia in suo Gr. canone collocata, magis Eusebio nostro cohaerentia, Ομοῦ βασιλεῖς Ρωμαίων ζ'. Μεθ' οὓς λοιπὸν Τάρκοι ἀρξάμενοι ἀπὸ Κολλατίνου καὶ Βρούτου, εἶτα δήμαρχοι, καὶ δικτάτωρες, μεθ' οὓς πάλιν Τάρκοι πάντες διεγένοντο ἔτεσι υογ', ἕως Ἰουλίου Καίσαρος πρώτου μοναρχή- σαντος. Vall. anteriora integre excerpsit a Sync. praeter postremum locum, quem de suo in Gr. transfudit » ἕως Ἰουλίου Καίσαρος, ὃ ἐμονάρ- χησε πρῶτος «. Sed quia haec ad arbitrium sunt composita, nos certa sola fragmenta in Gr. retinuimus, omissis incertis.

1505. Quod passim usurpat Scaliger illud suum, *Hieronymi est*, utinam idem hic quoque repeteret de inscriptione quae apud Hier. solummodo legitur, *Initium Consulum*, auctori scilicet nostro plane incognita. Ille tamen contra conjecit, non solum *Consules* hic ab Eusebio memoratos fuisse inscriptionis loco, verum etiam (in quo valde sibi blanditus est Scaliger) nomina quoque eorum omnium singulis annis in sequentibus subtexenda in animo esse auctori: quae sane falsa conjectura gratis coegit Scaligerum, ut in Graeco-Pseudo-Canone suo omnes deinceps Consules nominatim recenseret ex variis auctoribus. Satis bene eum urget hac de re Vallarsius in praefatione, sicut etiam hic obiter haec adnotavit. p. 491. b. dicens: » Per- » stat in ea Scaliger opinatione, quod Consules » Canoni suo inseruerit Eusebius, cujus rei ar- » gumenta Lectorem jubet repetere a priore li- » bro Eusebii. Nos ad eum locum, quod est » Libri hujus Prooemium, ea nihil esse, hallu- » cinari autem splendide Scaligerum demon- » stravimus «. Certe Vallarsius alio ferè animo acriter certat contra Scaligerum, quasi vero falso conjecerit ille esse et priorem Librum ab Eusebio conscriptum, (quod negat Vallarsius), sed tamen si concessisset ei Vallarsius illam certissimam sententiam, funditus evertisset alteram hic de consulibus omnino falsam. Siquidem eo ipso primo libro (quem Vallarsius non novit) aperte innuerat Eusebius noster describere in suo opere Chronico nomina consulum, maxime postsequentia aetatem Julii Caesaris, eaque non in Canone, sed in calce ejusdem primi libri, ubi lacuna laborat codex noster. Consule locum p. 189. Quid verò sibi velint illa verba librariorum Hier. hoc spatio adjecta multis in codicibus. » Haec per tempora in » ordinem, non per annum diriguntur (for- » te, digeruntur) «, alii viderint; lectio nostra solitam Canonis formam assidue praesefert. Editio Hier. maximè apud Scal. paululum mutasse videtur dehinc methodum, quod non ad nos pertinet; nisi dixeris, eo quod diminuantur series in canone, sive causa virgularum dehinc in paucitatem redactarum, transformata quodammodo successio canonis videatur.

1522. Non Arm. librarii culpa potuit scribi φ· pro ζ· vel χ· in nomine ψωμμω, pro ὠμμω. sed potius Graeci reponentis Δ pro Λ. Utcumque sit, ubi apographum nostrum Gr. habuerat Τιβέριος Δάρκος (vel Δάρκιος) Ροῦφος, Syncellus hodie praefert Ρούφος Λάρ- γιος, pro quo etiam in Vulg. edit. Hier. lecto *Largius*, commodius restituit Scal. Λάρκιος. Vallarsius adjecit in annot. 493. b. » Vera scri- ptio est *Lartius* «. Quoniam verò desunt apud Hier. duo alia cognomenta, merito fortasse sup- plendum putavit Vall. cum subjunxit. » Nomen » integrum *T. Lartius Flavus*. Norisius ex » Anonymo *Rufum* vocat pro *Flavo*, quod idem » sonat «. Quid vero sentiendum de nota T. dissimulavit vir doctissimus, accipe ergo ab auctore nostro *Tiberium*.

1531. Quis non corriget τὸ ϧφμωωϧϩ. in ϧφβτωωϧϩ. ut emendatius fert non solum editio Hier. in canone, verum etiam codex noster libro primo. De annis verò ϡ. x. aequè habitis in utraque lectione Arm. et Lat. quicquid dixerint viri critici, non multum laboramus. Illud bene notabis, quod quanto certior est praesens lectio *Xerxis transitus*, eo magis correctionem meretur nomen *Alexandri* lectum in P. 1. pag. 152.

1534. Pro Diagoriis, seu Diagorianis Hier. exponit *Diagoram et sectatores ejus*, quod quamvis accedere videtur ad sententiam Arm. articuli ⲉⲱⲧ, improbatur tamen a criticis tamquam abhorrens a Gr. οἱ περί, ita ut Vallarsius quoque alibi Hieronymi fidelis defensor, dixerit. p. 497. d. » Recte notatum Scaligero, » Graeca οἱ περὶ Διαγόραν, ex notissimo idio- » tismo vertenda fuisse, *Diagoras*, non *secta- » tores Diagorae* «. Sed Scaligerum audiamus, » Οἱ περὶ Διαγόραν (inquit p. 101. ad » MDXXX), non sunt sectatores Diagorae, sed » Diagoras ipse, ut et pueri sciunt, οἱ περὶ » Σωκράτην, est Σωκράτης. Vertendum erat, » Diagoras Phisicus Philosophus florebat «. Ubi tria agit vir criticus nimis sibi confisus. In primis enim supponit Graeca quae apud Sync. leguntur, ad verbum Eusebium praeseferre, maximè in verbo ἠκμαζον, quod ideo vult red- di *florebat* ad sensum, Eusebius tamen scri- psserat ἐγνωρίζοντο, ut patet ex utroque Interprete. Arm. ճանաչէին, exprimente, et Hier. *agnoscitur*. Deinde arguit Hieronymum, quasi vero sectatores tantum Diagorae memoraverit, cum ille potius Diagoram praemiserit, et sectatores secundo loco adjecerit. *Diagoras agnoscitur* dicebat Hier. quod neque Scal. inficiari potest, *et sectatores ejus Physici Philosophi* adjunxerat, ut posset quodammodo satisfacere Hellenismo οἱ περί. Quae tamen expositio si Hellenismo fecerit Scaligero, inde vel pueris indo- nauseam fecerit Scaligero, inde vel puerris indo- ctiorem haberi D. Interpretem quis ferat? Itaque pace dixerim graecantis viri; illo fuit Hie- ronymus senior, fuit etiam Interpres Arme- nus, qui ejusdem est aetatis, atque ideo anti- quioris Hellenismi peritior esse debet. Sed ad pueros etiam accedamus jubente Scaligero, si hoc nomine vult intelligi novissimae aetatis au- ctores Graecismum colentes, Glossarios, Gram- maticos etc. Hi inquam omnes consentiunt illud οἱ περί promiscue accipi solere tam pro una persona (ea tamen celeberrima vel notissima, quae etiamsi non habuerit, potuit tamen habe- re asseclas), quam pro ipsa persona cum suis comitibus, sectatoribus, etc. passim enim, in- quiunt, hac nota infertur caput cum membris, dominus cum servis, magister cum discipulis, auctor cujuslibet operis cum suis subscriptori- bus: sicut et in sacris literis S. Paulus cum Barnaba et Joanne Act. XIII. 13. ubi Arm. juxta praesentem lectionem fert, պաւղոսեանք, et Lat. *Paulus, et qui cum eo erant*, etc. Quid er- go puerile commisisse credantur Interpretes Eusebii (ultro enim conjungo Armenum nostrum cum Hieronymo), cum secundo hoc sensu non minus usitato, eoque valde huic loco accommo- dato, rem exprimi voluerint? aliter vel ipsi scie- bant singulariter exponi posse hunc loquendi modum, ut aliunde patet. Unum poterat dice- re, vel potius debuerat confiteri Scaliger, quod scilicet Latini destituti tali nota, quae omnino respondeat illi οἱ περί, nunc omittunt, nunc late reddunt in Lat. alioquin nomen singulare nude sumptum nequit exprimere subtilem pa- raphrasin, quae continetur sub dicto Gr. οἱ περί, cui accedit ex parte Arm. ⲉⲱⲧ, quamvis non semper.

1537. *Pugnam*, non *bellum* dicendum esse ab Hier. contendit Scal. p. 101. satisfaciet for- tasse viro critico Interp. noster, qui usurpavit կռիւ, quae tamen vox per se aequè potest sumi pro μάχη, *diuturna pugna*, ac πόλεμος, *diuturna bellum*, itaquè favet etiam Hieronymo.

1545. Si certum est Gr. fragmentum, Interp. Arm. primariam verbi ἐπιδείκνυμι significationem, sc. *ostendo, indico, specimen praebeo*, in passivo sumptum, *appareo, claras* vel *manifestus fio*, expressit. Hieronymus secun- dariam, quod est *documentum ingenii edo*, in activo exposuit: neutrum placet Scaligero dicenti, p. 102. ad MDXLV. » πρῶτον ἐπιδείξατο. » Verte: *primum commissione fabulae certa- » vit;* hoc enim est ἐπιδείξασθαι «. Sed nescio an si ita late reddidissent vetusti interpre- tes, a criticorum censura se eripere potuerint.

1550. Huc refertur sententia Eznici nostri num. VI. * Ջգուա մս ասեն՝ զարմանն ի մարմնոյ բոյդ եթէ զարմանն ար բնութեն, սասակի ‖: » Tauri carnem edere nutrimen- » tum est corpori; si tamen sanguinem quis » bibat, deperditur «.

1550. Vall. in Hier. mendose *Athenis*, pro *Atheus* emendate lectum in edit. Scal. cui et Vall. morem gerit in annot. 500. b. eaque est firmissima auctoris nostri lectio.

1551. Promiscua codicis nostri lectio resti- tuenda erit ad fidem Gr. Sync. et Lat. Hier. hoc pacto. » Ցկոս գնա՛ զար ակաց յերկնից «. quo admisso, nulla supererit discrepantia inter Interpp. nisi quod noster metaphorice dixerit ակաց, pro անկաւ, quod fert Gr. et Lat. alioquin ակաց refunditur in Gr. ὗω, vel βρέχω, atque ideo per se putatur inducere talem historiam, qualem et aliis aetatibus a diversis auctoribus proditam comperimus. Ut Tibull. II. 5. » Multus et in terra deplueretque lapis «. et Liv. I. 56. » Nunciatum est, lapidibus pluis- se «. At verba Hier. et Sync. ad unicum lapi- dem spectant, fortuito inquam decisum, quo sensu sequentia refert Vall. in notis 501. d. » Plinius lib. II. cap. 58. Celebrant Graeci Ana- » xagoram Clazomenium Olympiadis septuage- » simae octavae secundo anno praedixisse coe- » lestium literarum scientia, quibus diebus sa- » xum casurum esset e sole: idque factum in- » terdiu in Thraciae parte ad Aegos flumen. » Meminit ejus portenti Plutarchus quoque in » Lysandro, et Diogenes Laertius in vita Anaxa- » gorae, quo loco cum diceretur ἐπ' ἄρκτε- » τος Διμύλου lapidem decidisse, Scaliger acu- » te, siquid alias, verbum διμύλου ad λίθου » referri docuit, quod est, *lapidem instar dua- » rum molarum:* nomen vero Archontis exci- » disse «. His itaque morem gerentes dicen- dum duximus hic verbum ակաց *pluit*, usur- patum fuisse a nostro Interp. lata sententia seu metaphorice, pro *cecidit ab alto*.

1553. Hunc Eusebii locum aliqua ex parte usurpavit Syncellus, ex magna vero parte au- ctor Chronici Paschalis usus est; ita ut et duo- bus inter se collatis accuratam Gr. lectionem emendari posse non dubitamus. Idem fere egerat Scaliger, eumque Vallarsius descripserat, citato solo Chron. Pasch. quasi inde tantum rem con- fecerit Scal. Verum minus recte sibi concilia- runt Scal. et Vall. pronomen masculini generis κατ' αὐτόν, juncta auctorem Chron. Pasch. vix advertentes, quod ille cum Mardocheum solum memorasset, jure eo genere usus est: aliter de- buissent reponere cum Sync. in foemin. κατ' αὐτήν, ut postulabat nomen Esther primo lo-

eo praemissum, ut expresse reddiderat etiam Hier. eo itaque sensu dicitur etiam apud nos *ejus*, sc. *Estheri*, cujus nomine et totus liber inscribitur. Praetereo leviores apud varios discrepantias: solummodo abhorreo a libera Goari translatione, » hujusmodi namque insolita nusquam Esdras scriptis suis praeteriisset «. Praeterea observa, quod Eusebius I. P. pag. 92. juxta cod. Arm. dixerat. » Xerxis anni XX. » Sub quo ea, quae de Esther (narrantur), » peracta sunt. Artaxerxis anni XLI. Hujus » tempore Esdras « etc. Quo putantur res Esther referri in dies Xerxis potius, quam Artaxerxis: quod videbatur aliquo modo confirmare et praesens locus Canonis in Cod. Arm. ubi linea illa, » Esther et Mardochei res « etc. incipiebat ex regione anni Abr. 1552. sive ultimo anno Xerxis. Verum quia tota periocha respondebat anno 1553. primo nempe anno Artaxerxis, illuc referri debere nihil dubitatur; ita ut potest dici, quod etiam in I. P. memoria Esther vitio librarii translata fuerit a diebus Artaxerxis in dies antecessoris sui Xerxis. Ut ut sit, propria sententia Eusebii ea est, quae post paulo Canon repraesentet, Esther nimirum floruisse sub Artaxerxe Mnemone, qui regnavit anno Abr. 1612.

1555. Integra linea in Cod. Arm. obscuritatem patitur ob defectum unicae vocis ‘ի հետակ· lege itaque una cum illa hoc pacto. Ելեալն առ երկիրն գեամ զարանց յայնմէր ‘ի հետակ և ‘ի ռատուարսին կամին, etc. sicut et Lat. et Gr. editiones testantur. Graecam intellige lectionem apud Syncellum, loco citato eamque ab Scal. usurpatam, et apposite interpolatam augmento vocis necessariae ποταμῷ, ubi Vall. minus feliciter alterum Syncelli locum, ex p. 203. A. mutilum sibi conciliavit. Κίμων ἐπ' Εὐρυμέδοντι ναυμαχίᾳ Πέρσας νικᾷ, καὶ πεζομαχίᾳ.

1565. Dubitandi locus relictus est, an Hieronimus illud Gr. Κλαρίων juxta Sync. lectum (etiam si noster habuerit Καλαρίων) consulto ut Latinam vocem expresserit *clarior*, aut pro ultimo *r.* legendum sit Graeco more *n. Clarion*, vel saltem ad Latinorum casum *Clariorum*, quandoquidem Arm. et Gr. conveniunt in secundo casu pluralis numeri. Qui vero agon hoc nomine incerto intelligi debeat, sic disserit Vall. p. 505. a. » Ludos, qui *saeculares* dicti » sunt, dubio procul notat. Omnino autem, » inquit Schurzfleischius, scribere Eusebius » debuisset Σαικλαρίων, non Κλαρίων. Etsi » enim neque accurate Saeculares hi ludi vocentur, tamen eo nomine eos quoque compellavit Valerius Antias apud Cesarinum » cap. XVII. «. etc. Ut ut res se habeat, melius fecit Scal. exarans majuscolo *Clarior agon*, quam Vall. ut adjectivum *clarior Agon*.

1572. Arm. *Jasib.* Hier. *Joasib.* Sync. *Eliasib.* Scal. de suo restituit in Gr. Ιακείμ. *Jakim*. Verum ob decurtatam Hier. editionem intercidit et nomen Jaddus, ex quo sequens orationis pars Joanni ejus antecessori convenit, quasi verò is fuerit Alexandri diebus. Poterant editores ejus Scal. et Vall facile animadvertere mendum ope Gr. textus Syncellani, quem incunctanter transcripserunt. Sed illi contra fecerunt; (in quo sane nimis arroganter se se gesserunt) mendum enim codicis Lat. in ipsum Gr. textum Syncellanum transfuderunt, expuncto nomine Ιαδδοῦς, contra omnem fidem ac historiam ab universis probatam, quum omnium consensu Alexandro aequalis sit Jaddus.

1580. In sequentibus tam Interp. Arm. quam Hier. ita constanter legerunt in autographo Eusebiano, ut omnino refellerint alienum sensum incerti Gr. fragmenti, quod confundit absurdè auctorem libri Macchabaeorum cum Josepho, qua de re Vall. 507. b. » Graecus ipsum videtur » Josephum auctorem Machabaeorum historiae » confirmare: quod scio quidem de secundo libro alias probatum expresse Eusebio lib. III. » Hist. Eccl. cap. 10. Sunt et qui ipsi Hieronymo persuasum id putent, cui lib. II. Dialog. » contra Pelagium. pag. 735. dicitur *Josephus Machabaeorum scriptor historiae*. Sed laudari ab eo librum Josephi εἰς Μακκαβαίους, » sive, *de imperio rationis*, notatum est nobis eo loci: qui quidem liber elegantissimus » e Machabaeo secundo expressus, incautis lectoribus in caussa fuit, ut pro ipso Machabaico secundo haberetur «.

1580. Unius literae mutatione legimus in Arm. juxta Gr. et Lat. *Campanorum* կամպանացոց, pro կարպատացոց, *Carpanorum*. Caeterum hanc Canonis lineam quamvis ambo Graeci eclogarii transcripserint, sc. auctor Chron. Pasch. et Syncellus, ita tamen ut primus etiam ordinem verborum servaverit, ut vides in nostris excerptis; alter vero anteverterit illud ἐν Ιταλίᾳ. quo minus accurate usi sunt editores Hier.

1584. Minus juvat pro Gr. fragmento locus Africani apud Sync. p. 205. B. ὁ Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων πόλεμος ἑπτακαιεικοσαετὴς . . . συνέστη, quo aliqua ex parte usus est Vall. Scaliger hoc modo interpolavit, ὁ Πελοποννησιακὸς συνέστη πόλεμος. Sed adhuc quaerendus certus Eusebii Gr. textus.

1587. Noster legebat Ὁλοίμιος vel Ὁλομιός ut nomen proprium; quo dato, et consequens verbum alio, quam ut par erat, sensu exprimendum fortasse duxit. Hieronymus quia legerat ὁ λοιμός, sc. *pestis*, ideo et verbum adjectum simili sententia exposuit ad vestigium Thucydidis. Syncellus demum fert ὁ λιμός, sc. *fames, esuries*.

1593. Verba ferè verbis reddidimus, ut potuimus, de certo sensu non ita certiores: itaque ignoramus, an cohaereat lectioni Interpretis nostri interpretatio Hier. *foedus percutiunt*, vel Goari idem dicentis *foedus ineunt*. Gr. verbum ἐσπίσαντο in textu Syncellano sonat ad verbum *salutati sunt*, sive ad sensum *amplexati in osculo pacis, familiariter excepti*; si tamen Interpres uterque sic omnino legerit. Certe nihil impedit quo minus dicamus, quod ողջերդ տուեալ hic supponat pro signo pacis; nihilominus et in codd. Hier. vestigium lectionis nostrae fortasse requirendum est, idque ex praesenti loco in sequentia a librariis redactum hoc pacto. » Lacedaemonii ver sacrum destinantes « etc. Ubi haesitare videntur editores ejus, quo sensu hoc dictum ibidem locum habere possit.

1596. Quoniam Gr. ἀποικίζω, sonat *in coloniam deduco*, et *cogo migrare ex habitatione*, Interp. noster, secundum expressit sensum. Hieronymus melius primum tenere videtur; nisi dixeris et in Arm. intelligi debere, amotis incolis, novam ibi coloniam constituisse.

1597. Nobiscum sentit Scal. in Gr. fragmento citando ex eodem Syncelli loco, ubi Vall. alterum hunc locum aliqua ex parte usurpavit, ex p. 203. C. D. Κατὰ τοῦτον τὸν ἐπικληθέντα Δαρεῖον Νόθον, ἡ Ἀθηναίων συμφορὰ γέγονεν ἐν Σικελίᾳ. Ubi obiter nota Goarum utrobique pro συμφορὰ reposuisse *clades*, quo Hieronymum imitatus fuit: sed Gr. apprime id sonat, quod Arm. վիրս· hoc est, *calamitas*, vel quodvis grave incommodum.

1605. Locus mancus ac incertus: ita ut si legas cum Hier. amplius *a societate Atheniensium*, tunc pro *Eubua* legendum *Euboea:* si vero cum Syncello legatur *Aegyptus*, tunc addendum etiam *a Persis*.

1610. Lege ՚Հիքրաէս, supraddita mentione *Dynastiae* XIX. *Mendesiorum*, եվ. Հարուածիւն մեհեկացոց, juxta I. P. ut patet ex Canone Hier. ubi in Canone Arm. perpetuo continuat in titulo Dynast. XVIII. mendose, et apud Hier. confusio est varia.

1612. Syncellus loco citato, descripturus praesentem Canonis locum, non neglexit nominare et auctorem nostrum. Εὐσέβιος φησί, moxque verba ejus subjunxit. Κατὰ τοῦτον etc. Erravit itaque Scaliger, qui Syncello ipsi attribuens illa verba, Κατὰ τοῦτον μοὶ δοκεῖ, expunxit ex Gr. canone, initio ducto a sequentibus, Κατὰ τὴν. Mirum quod nec Latinam consuluit Hier. translationem, ubi occurrunt ea praecedentia ex persona Eusebii. Mitto, quod pro Εσθὴρ Scal. legit Εσθῆρα, ut magis expresse notaretur casus accusativus, sicut et pro verbo ἑρμηνεύεται, substituit nomen ἑρμηνευταῖς: quod etiamsi propius accedat ad lectionem nostram, affirmare nolumus; alioquin tunc superaddi vel subaudiri oportuit aliquod verbum, ut καλεῖται. In sequentibus sub conditione loquitur auctor tam in Arm. quam in Gr. Hieronymus tamen affirmative rem exponere voluit » ipse quippe est «, fortasse incertam Eusebii opinionem pro certa sententia habendam sibi duxit; quamquam obstent non pauci criticorum. Verum hic obiter nota Assuerum apud Arm. orientalium potius more *Arsciavir* appellari, quod minime expediret in Lat. refundi; sicut etiam Artaxerxem ab Armeniis *Ardasces* vocari.

1615. Bene admonet Vall. 519. C. de lectione Hier. discrepante. » Praestabat *regis* no» men siluisse, quod nec est in Graeco (ad» de, *haud secus ac in Arm.*), neque esse » debet, ut et Scaligero notatum est «, ne forte cum Cyro Magno, is qui junior cognominatur, neque rex fuit, confunderetur. Poterat etiam addere Vall. omnino praestabat servare nomen *Persae*, apud Hier. desideratum. Sed quid vetat nos dicere, quod librariorum lapsu vel sinistro consilio in Hier. codicibus pro *Persae* irrepserit *Regis?*

1617. Si concedatur (ut concedendum esse putamus), quod pro *Socrates*, *Isocrates* legendum sit, iisdem verbis ter hanc lineam descripsit auctor Chron. Pasch. locis citatis; quorum nec unum (quod valde miror) Vall. tetigit, quamquam easdem paginas non semel expenderit, quocirca necesse ei fuit, ut ex Sync. p. 205. D. ad arbitrium novum textum conficeret.

1619. Pro գրիպաց fidenter lego գրիպաց, quum id calami manifesto errore accidere potuerit, ut գ pro գ ederetur: quid tamen de sequentibus dicendum sit, nescio. Id unum praestat dicere quod Interp. noster constanter legerit in suo apographo Graeco, ὁ Γρύλλου καὶ Διοδορῆς παῖς; quasi vero unus genitor, altera genitrix Xenophontis sint, idque legerit, inquam, singulari verbo ἐγνωρίζετο, quo totus sermo ad Xenophontem solum refertur. Hieronymus tamen legebat Ξενοφῶν ὁ Γρύλλου, καὶ Κτησίας ἐγνωρίζοντο, ut restituit Scal. ex Chron. Pasch. 135. A. ad normam Lat. edit. Hier. quamquam in Gr. edit. Du Cange hodie habeatur Ορζυλάου, pro ὁ Γρύλλου. Nihilominus neque Hier. lectio pro vera habita immunis est a censura Scaligeri contendentis p. 122. ad MDCXVII. Ctesiam anno tertio Olympiadis centesimae floruisse, ibique debere assignari ejus aetatem.

1626. Chron. Pasch. οἱ καὶ Κελτοί, vel Κέλται. Syncellus nobiscum facit, absque articulo οἱ, quem et Vall. imitatus est, sicut et praecedentem lectionem Scal. retinuit. Ambo verò Scal. et Vall. cum Sync. legunt Καπιτωλίου, sed pro nobis stat lectio Chron. Pasch. Καπιτωλίου.

1630. Tam Hieronymus, quam Interp. Arm. illud τοῦ Κύπρου legerunt conjunctim cum βασιλεύων, quasi ab eo rectum, et hinc alterum verbum ἔξέστι seorsum sumptum, non temere acceperunt (ut revera sonat) pro raptu mentis, sive insania, furore. Sed quia Diodorus Lib. XV. dixerat Evagoram a Persis devictum, omnibus in Cypro urbibus cessisse, unius Salaminis dominio contentum, commodius dici potest, quod Eusebius etiam nomen Κύπρου adjunxerit verbo ἔξέστι, tunc enim sen-

sus erit, *Cypro excessit*, ad imitationem Diodori. Ita ut quamquam defendi possit etiam mentis insania in Evagora ob malum perpessum, magis tamen expedit dicere, quod Gr. codex minus accurate exaratus utrique Interpretum parum emendatam sententiam proposuerit. Hinc motus Scaliger (cui et Vall. hac in parte morem gessit), diverso ferè animo haec animadvertit, p. 123. MDCXXX. » Hieronymus verbum ἐξέστη absolutè accepit, ut Marci III. 21. » quem locum habebat in animo, ἔλεγον γάρ » ὅτι ἐξέστι. *Dicebant enim, quod extra se* » *esset, quod sanae mentis non esset.* At in » vulgari Latina interpretatione, quam correxit Hieronymus, *dicebant enim, quoniam in* » *furorem versus est.* Quae sunt eadem verba, » quae hic usurpat «. Iis infert alias divinationes, quae ad nos non pertinent. Sed quid dicturus esset Scal. de Interprete nostro, qui nulla habita ratione interpretationis Arm. in Evang. Marc. ⲙⲓⲗⲓⲁⲛⲁⲙ ⲗⲩⲕ. *efferatus sit, in furorem redactus fuerit*, alia hic expressit ad sensum tantum accedentia, *ἐξ ἴδιας ψυχῆς. mente excessit, mente captus fuit.* Quo patet, geminos Interpretes simillimo Gr. apographo Eusebiano usos fuisse, atque eundem ferme sensum expressisse, absque ullo stratagemate a criticis excogitato: quod si non ita accurata judicetur lectio eorum, omnis culpa in Graecum amanuensem conferenda erit.

1634. Deerat dehinc in codice continuatio aerae urbis conditae: nos tamen pro commoditate lectorum perpetuo tenuimus continuationem ejus, praetermissam, ni fallor, negligentia librarii.

1637. Ut ex parte juvat locus Chron. Pasch. citatus, ita ex altera parte saltem ad sensum juvare potest Syncelli locus, p. 206. A. Ἑλίκη καὶ Βοῦρα πόλεις ἐν Ἀχαΐᾳ, ἤτοι Πελοποννήσῳ, καθειτώθησαν μεγάλῳ σεισμῷ. Consule auctores apud Scal. citatos de hoc terraemotu.

1637. Eadem activo verbo dixit Sync. 206. B. Πραινεστίνους ἐνίκησαν Ρωμαῖοι, quo loco ut certo fragmento usi sunt editores Hier. minus accuratè. Ceterum tam Hier. quam Sync. suadent legendum in Arm. ⲡⲣⲓⲛⲉⲥⲧⲓⲛⲟⲩⲥ, vel potius ⲡⲣⲓⲛⲉⲥⲧⲓⲛⲟⲩⲥ pro ⲡⲣⲓⲛⲁⲥⲧⲓⲛⲟⲩⲥ.

1640. Syncellus Σωκράτης legit, ut habebatur etiam apud nos paulo superius minus recte: pro quo ex Lat. restituit Scal. Ἰσοκράτης, ut nihil dicam de Vallarsio, qui emendationis nominis causa alienum sibi conciliavit textum ex Chron. Pasch. p. 133. Ἰσοκράτης ὁ ῥήτωρ ἐγνωρίζετο. cujus sedes propria jam supra statuta fuit.

1645. Sic accuratè fert etiam Sync. in Gr. ιη'. XVIII. una cum Hier. in Lat. juxta edit. Scal. *decimo octavo*, ubi Vall. uno plus edidit XIX. quamquam ambo editores Hier. malint cum Diod. annos λη'. XXXVIII.

1647. Pro ⲛⲉⲕⲧⲁⲛⲉⲃⲣⲩⲁⲛ, *Nectanebiorum* Hier. suadet legendum ⲁⲛⲉⲕⲧⲁⲛⲉⲃⲟⲩⲁⲛ *Sebennitarum* ad imitationem I. P. idque transferendum in dies antecessoris, sc. Nectanebi; quod tamen non facile concedere possumus: quamvis enim ita praemiserat auctor superiore libro cum Manethone, hic tamen potuit aliter, ut non pauca, reponere. Adhaec nota, optimam lectionem codicis nostri Τεώς quamvis sibi conciliaverit Scal. in Gr. verum in animadv. p. 123. ad MDCXLVIII. diversa proponit, cum vellet improbare lectionem Hier. *Theo*: vide locum citatum.

1650. ⲩⲁⲗ ⲗⲱ, tam *alter*, quam *adhuc* potest verti, sed res postulat alterum dici, quamquam desit apud Hier. *alter*, librariorum fortasse culpa; quandoquidem praecesserat anterior *Nectanebus*, qui in I. P. pro diversitatis nota *Nectanebis*, sive, ut catalogus ferebat, *Nectinibus*, appellabatur. De annis vero hujus secundi Nectanebi etiamsi conveniat apud omnes Canonis lectiones cum Catalogo, necnon Africano apud Sync. *ἀρ. ιή.* XVIII. (solummodo in columna Canonis continuatur usque ad XIX.) superiore tamen libro auctor praemiserat juxta Manethonem annos *ἀ. ί.* VIII. tantum. Ubi nota redundare in Lat. edit. Scal. mentionem *XXXI Dynastiae*, quae Persis reservanda esset ad fidem I. P.

1652. Discrepat Hier. uno anno, ferens XVIII. sed consentit nobiscum Gr. ιζ', sive integra voce apud Scal. δέκα ἑπτά. Itaque Hieronymo suffragatur solus Dionys. Halic. a Vallarsio citatus.

1653. Certe vix obviat Gr. fragmentum certum huic loco aptatum. Vallarsius tamen voluit aliqua excerpere ab illo Sync. loco satis prolixo. p. 202. B. Ut ut sit, ubi putatur (sola conjectura ex Latt. codd. desumpta) Hieronymum legisse in Gr. ἀποδασμόν, Interp. noster legerat amplius vel ejus loco Ρωμαίων. de qua voce nulla mentio apud Hier. nec apud Sync. ut nihil dicam de altera conjectura Scaligeri falsitatis coarguenda, cum judicarit haec etiam in prima parte ab auctore nostro jam tradita fuisse. Quod autem aliquo tempore colonia Romana translata fuerit in Persiam, vix dubitat qui scit multa vocabula eadem esse Persis ac Romanis, ut *Pater*, *Peder*. *Mater*, *Mader*. *Frater*, *Birader*. etc.

1662. Quum apud Hier. legatur, » Dion Syracusis interimitur «, ad ejus normam restituerunt ejusdem editores hoc fragmentum in Gr. Δίων ἀνῃρεῖται. quod excerptum ab iis fuit ex Syncelli loco satis longo. p. 207. B. ὁ δὲ Δίων ἐπαναστὰς μεθ' Ἑλληνικῆς δυνάμεως, ἐκβάλλει Διονύσιον τῆς ἀρχῆς. αὐτὸς τέ μετ' ὀλίγον ἀνῃρεῖται. Quae falsò credidit Scal. a superiore Eusebii libro desumpta fuisse.

1664. Syncellus tantum dixit. p. 207. C. Ηρίνα ποιήτρια. cui Vallarsius adjecit verbum ἐγνωρίζετο. quod textum ferè Eusebianum efficit, maxime si legas Ηρίννα, ut multis placet; nec aliter legisse nostrum Interpretem dixerim, quamquam lectio nostra audit Ρίννα.

1668. Addit Hier. » Hucusque Manethos «, quod cohaeret cum Syncelli loco p. 62. B. Μέχρι τῶνδε Μανεθῶς. utrumque excerptum ex I. P. ubi luculentissimo Manethi testimonio auctor usus fuerat. Verum inter varia Gr. fragmenta ab editoribus Hier. hoc intervallo usurpata, quodammodo locum habere potest textus Sync. p. 204. Οὗτος ὁ Ὦχος εἰς Αἴγυπτον ἐπιστρατεύσας ... ἐκράτησεν Αἰγίπτου, φεύγοντος Νεκταναβῶ, ὥς τινες, εἰς Αἰθιοπίαν· etc. Postremum verò Nectanebi annum decimum nonum in serie canonis nostri habitum, non novit Hier. et reapse *ἀρ.* XVIII. tantum ferebat in titulo etiam codex noster: itaque aut librario adscribas velim redundantem numerum, vel completis annis XVIII. Nectanebo assignatis, anno demum XIX. deturbatum a sede tibi persuadebis; ut non semel occurrit et in aliis regibus. Vide et adnot. 1650.

1678. Apographum nostrum promiscue praeferebat Αρσισοχοῦ. non tantum hic, sed etiam in catalogo; unde et Arm. lectio magis corrupta ⲁⲣⲥⲓⲥⲟⲩⲣⲟⲩ, pro ⲁⲣⲱⲩⲥ ⲟⲩⲣⲟⲩ. ut restituit Scal. in Gr. Αρσης τοῦ Οχοῦ. sed mirum quod Vall. retinuit corruptissimam lectionem Chron. Pasch. Αρσιοχος.

1670. vel 1672. Ut Eusebiana passim Hieronymo, ita et Hieronymiaca non semel auctori nostro adscribere solitus Scaliger, queritur hic de anno obitus Platonis, qui apud Hier. traditur. Concedamus itaque ei metachronismum biennii commissum sive abs Hier. sive a librariis ejus, quod nihil ad nos. Concedamus insuper rationi ab Scal. allatae. » Moritur enim (Plato) » anno primo Olymp. CVIII. Diodor. Laert. vide » collectanea «. Minime tamen ferre possumus, quod subdit. » In priori libro Eusebii Ολυμπιάδι ρζ'. frustra «. Namque ipse potius Scal. frustra haec supponit tam in Canone, quam in priori libro contineri, pro eo quod debuisset dicere. » Ita ego collegi in Pseudo-Eusebiana eclo» ge mea, Ολυμπιάδι ρζ'. frustra «.

1686. Hier. *Ammon* dixit, ad fidem edit. Scal. vel juxta Vall. *Hammon*: praecedens itaque elementum *ա. s.* ut apud nos legitur, vel redundavit in Arm. fortasse ex praepositione Gr. εἰς, vel contra intercidit apud Hier. sicut et pro *Ponion* legendum juxta alios *Paraetonium*.

1688. *Arpalum* dixit Hier. non *Attalum*. Nomen verò regionis constanter legerat nobiscum *in Asiam*; quod tamen recentiores editores voluerunt deflecti in *Atticam*, ut gratis sibi blanditur de facto Vallarsius. p. 535. C. » Rescripsimus *in Atticam*, ipso admonente in Curis » posterioribus Pontaco, cum antea perperam » *in Asiam* legeretur etiam apud Scaligerum, » cui tamen ipsa illa emendatio loci suboluit «. Scaliger sanè cautius se gesserat; postquam enim dixisset. p. 127. ad MDCXCI. » Imo fugit ex Asia, non in Asiam «, multisque id, ut sibi videbatur, probasset, subjunxit: » Secundum ea, » quae demonstravimus, scribendum erat *in* » *Atticam*. Sed quia omnes codices adversantur, » vulgatam lectionem mutare religio fuit «.

1695. Hieronymus ita rem explicite in Latinum convertit: » Menander primam fabulam co» gnomento Orgen docens superat «. Quod equidem ad rem facit: verum tamen cum δρᾶμα non solum *fabulam*, sed quoque *acta praeclare gesta* aeque significare certum est, ut derivatum a δράω, *facio*; sicut etiam ὀργὴ apprime sonat *ira*, *iracundia*, non temere ad moralem sensum haec Interp. noster deflexisse videtur.

1698. Fideliter servavit Vall. in Gr. nomen Αράβων ab ipso Eusebio traditum, testantibus Interprete nostro, et Syncello: sed quia deerat apud Hier, ejus gratia dissimulavit et Scal. quem plus aequo secutus est etiam Goar Syncelli editor, cum adnotavit malle se id nomen expungi tanquam supervacaneum, in Latina verò interpretatione liberè reposuit *praedonum*. Contra autem Vallarsius minus recte legit in Gr. Σαννιτων, ut quodammodo accedat ad Lat. nomen. *Samnitum*, vel *Samnitarum*, et hinc repudiavit constantem Scaligeri lectionem, dicens. 538. d. » Caeterum et Σαυνίτων vitiose Scaliger » pro Σαμνίτων, aut Σαννίτων retinuit «. Quid dixisset, si et in Arm. legisset *Saunitum*, vel *Savinitarum*, atque *Soniorum*, quasi *Savniorum*.

1702. Haec ita Syncellus de suo interpolavit. p. 218. A. Η' τῶν Μακκαβαίων ἱστορικὴ γραφὴ τοὺς Ελλήνων βασιλεῖς ἀπὸ Αντιγόνου ἀριθμεῖ, ὧν Ἰώσηπος ἐγραψεν, ὅτις τῶν μὲν θεοπνεύστων οὐκ ἔστι, χρησίμη δὲ παντὶ πέφυκεν: quibus verbis pro Eusebianis uti Vallarsius non dubitavit; irrita ferè contentione. Melius Scaliger haec tantum ex parte usurpat pro Gr. fragm. ἐντεῦθεν τὴν Ελλήνων βασιλείαν ἡ Μακκαβαίων ἀρχὴ καταριθμεῖσθαι ἄρχεται.

1705. Scal. ut paulo aliter legerat in Hier. sic de more Graeca adstruxit. Vallarsius tamen propius ad nostram lectionem accedens, sic etiam non immerito usurpavit pro fragmento sequentia: Συρίας καὶ Βαβυλωνίας, καὶ τῶν ἄνω τόπων πρῶτος Σελευκος Νικατωρ ἐβασίλευσεν ἔτη λβ'. Syncell. pag. 218. Quae non solum Canoni, verum etiam superiori auctoris nostri libro inservire nemo inficiabitur.

1710. Accedit ad sententiam auctoris Syncelli textus p. 219. A. Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς ἐγνωρίζετο τρίτος νομοθέτης Ἀθήνησιν, οὗτος Ἀθηναίοις ἀποδούς τὴν δημοκρατίαν ἦλθεν εἰς Αἴγυπτον: quo loco usi sunt et editores Hier. cum aliqua interpolatione. Quod si et nobis in animo esset quaedam mutare, facile Eusebii textum ita restituissemus. Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς ἦλθεν πρὸς Πτολεμαῖον, ὁ ἀποδοὺς Ἀθήνησιν τὴν δημοκρατίαν.

1726. Commodius ope Hieronymi emendarunt editores ejus textum Syncelli, qui cor-

rupte habebat in edit. Goari τυράννους, *tyrannos*, pro Τυρρήνους, *Tyrrhenos*, ut legerat et verterat Hier. Ubi tamen apographum nostrum habuit Σαβινούς, quod quò accommodatius est sequenti de Sabinis dicto, eò magis auget suspicionem de vocabulorum confusione librariorum culpa.

1726. Juvat ex parte Syncelli locus, p. 218. D. Σέλευκος ἐν ταῖς νέαις πόλεσιν Ιουδαίους συνῴκησεν Ελλησιν. Hellenorum ceu Graecorum mentio occurrit etiam apud Hier. quod tamen desideratur apud nos. Sed haec luculenter a Josepho traduntur Antiq. XII. 3.

1734. Scal. omisit Gr. fragm. Vallarsius ex parte transcripsit Syncelli verba p. 216. ad sensum tantummodo accedentia. Οὗτος (sc. Φιλάδελφος) τὸν Φάρον Αλεξανδρείας μεγαλοπρεπῶς ἀνέστησε διὰ Σωστράτου Δεξιφανοῦς Κνιδίου.

1760. Nemo eruditorum turbari potest propter dissonantiam Interpretum in voce Θεῖος, cujus loco Interp. Arm. ՀօրեղբայրՀ, *patruum* reposuit, Hier. *avunculum* dixit: nemo siquidem ignorat Gr. dialectum utroque sensu accipi solere; neque aliter ambiguitas tollitur, nisi adjiciatur explicatio ὁ πρὸς πατρὸς Θεῖος, pro *patruo*, ac ὁ πρὸς μητρὸς Θεῖος, pro *avunculo*. Uter vero Interpretum hic ad rem fecerit, testes adducamus liceat vel ipsos editores Hier. maxime Vallarsium fidelem D. Interpretis defensorem. Is ergo (post Scaligerum p. 136.) manifeste haec profert p. 551. b. » Quod in Graeco » est Θεῖος, praestabat transferri *Patruus*, uti » Scaliger animadvertit: tametsi promiscue pro » patris et pro matris fratre sumitur apud au» ctores bonos «. Hinc et Itali solent tam patruum quam avunculum *Zio* vocitare, quod procul dubio oritur e Gr. voce Θεῖος. Haec non potuerunt latere Goarum: ergo nescio quomodo in Latina interpretatione Syncelli sui pro Θεῖος, quod constanter legit, reposuerit *filius*, quasi vero legisset υἱός. Sed ex industria fortasse id fecit Goar: quum enim Syncellus dixisset *patruus Oniae*, mendum nominis Oniae (pro Eleazaro) emendare volens, *filium* substituit; sed certiorem omnino reperisset lectionem, si pro τοῦ Ονείου legisset juxta Eusebium τοῦ αὐτοῦ, quo Eleazarus ipse inducitur. Ut ut sit, confusa est hoc spatio Latina Goari expressio: ita ut paulo ante eadem pag. 215. (referenda ad ann. Abr. 1729.) ubi accurate legerat in Gr. ἀνα' Ωνείου παιδὸς Σίμωνος etc. miro lapsu scripsit in Lat. *Antonio Simonis filio* etc.

1766. Gr. textum ad sensum apposuimus juxta interpolationem Scaligeri; alias apud Sync. pro *Parthis* ponitur generale nomen *Persarum*.

1771. Auctor in I. P. annos scripserat ϐϡ. XXIV. eumque Sync. p. 218. imitatus fuerat, ferens χδ'. quo motus Vall. haec adnotavit p. 551. a. » Sunt e recentioribus Chronologis, » qui solos viginti quatuor regni annos Ever» getae tribuunt: verum ipse suorum anno» rum, quibus regnum obtinuit, fidejussor rex » est in monumento Adulitano in fine, ubi » vigesimum usque septimum notat. Puta eum, » ut cum Eusebio conveniat, hoc ipso ineunte » anno occubuisse «. Item pro Callinico in I. P. Eusebii habentur anni ϐϡ. XXI. totidem praefert etiam Sync. 226. d. sc. annos κα'. 21.

1774. Fugit Scaligerum Gr. textus verè Eusebianus ex Syncello descriptus, quem Vallarsius feliciter equidem attigit, nimis tamen negligenter se gerens non animadvertit emendari debere ab eo editionem suam Latinam CLX *millia*, atque restitui juxta edit. Scal. CCLX. tot enim millia conficiunt μυριάδες κϛ'. XXVI. quamquam lectio nostra, una myriade inferior sit ϐξ. κϛ'. XXV. quae differentia a Graeco nostro codice vel Armeno pendet.

1796. *Prima Maccabeorum historia*: Haec pericope, convenit ut collocetur una et altera linea inferius, e regione videlicet Ptolemaei Philopatoris: *Prima* autem, ut patet, dicitur *historia* quoad temporis dispositionem, ita ut *tertii*, ut nominatur, *Maccabeorum libri historiam* indicet: quare Hier. dixit. » Ea quae in » III. Maccabeorum libro scripta sunt, sub hoc » Ptolemaeo gesta referuntur «. de quo loco frustra inter se altercantur Scal. et Vall. *Primi* autem et *secundi librorum Macc.* historiae sub nomine *secundae* occurrent tibi paulo post, ab anno Abr. 1830. usque ad 1885. His solvitur et dubium auctoris praefationis in I. Maccab. juxta edit. Arm. ubi sic habetur. ՚ Բայց զի ոմանք աւանդեալ ՚ի ՀՀ կոչեցեալով՝ զառաջինն մակաբայեցւոցն իբրև վիպասիրեալ ասէ ինքն Էլեազարն, որ քահանայն է. ուրեք ասէ ինքն յառաջ է քան զանախորդս եղիցիանէ՝ այս իբրեզգ մակաբայեցւոցն Նաշատարբ՝ զի ոմանք ՀՀ անուանեալ. հանգիսիլ պատմիցս փիղոպատորայ. ոմանք որովք իբրև իբրեզգ մակաբայեցւոցն՝ Էշ Թէ զինչ այսմ պատճառս, ոչ ունիմ ասել՝ Եւ զի ոմանք անուանէն չմատանի ասել կիսիրեզգ մակաբայեցւոցն իբրև կատարել՝ ես յայնմ է ՚ի գրոց ասել, զի առաջինն է ոչ իբրեզգ մակաբայեցիցն հասուցանէ զպատմութիւնս մինչև ցամաւան՝ կալցի զայս ոք որպէս է սխալանէ, կամ գրչին սխալէ, կամ կարգի գրոցս փոխելՀ ‖ ՚Եպիտագր. ու. մակաբ: Ըստ վերջին բանն է սայդ, զի ըստ Էւսեբի՝ իբրեզգ մակաբայեցւոցն պատմութիւն կոչի առաջինն՝ Հայելով՝ ի ժամանակն. իսկ առաջինն է իբրեզգ միանգամայն կոչին իբրեզգ: Ո՛ր պէս է խչ՝ ասի առեալ է. եգեալ է ՚ի լուսանցս Էւսեբի այն բան, ՚ իբրեզգ մակաբայեցիցն Էրևի ասա կատարել ‖: Haec pro Armenis lectoribus dicta a nobis scias velim.

1802. Series verborum Eusebii magis accurate cernitur in decurtata lectione Chron. Pasch. Αἱ παρθένοι ἐν Ρώμῃ ἁλοῦσαι κατωρύγησαν, ubi intercidisse dixeris geminas voces φθορᾷ et ζῶσαι, quas integerrime expressit Du Cange in Lat. » Virgines Romae in stupro deprehensae, vivae defossae sunt «.

1808. Ad sensum accedit Syncelli locus, p. 225. c. Vallarsio usurpatus, a Scaligero omissus. Αντίοχος ὁ μέγας Πτολεμαίου, τὸν Ιουδαίων κρατοῦντος τοῦ Φιλοπάτορος, πολέμῳ νικήσας αὐτὸν τὴν χώραν ἀφείλατο. Ubi Vallarsius censuit illud τοῦ Φιλοπατορος habere locum τοῦ *Philopatoris filius*, quasi verò hac divinatione reconcilari posset cum aliis scriptoribus praesens Eusebii locus. Verum tamen quicquid alii dixerint, de ipso Philopatore auctor loquitur: sic intellexerat etiam Syncellus, atque ejusdem regis diebus haec aptaverat; nec aliter expressit Goar in Latina ejus editione, quamvis libera, vel potius obscura. » Antiochus » magnus Ptolemaeo Philopatori Judaeam sibi » vindicanti et armis victo memoratam abstulit » regionem «.

1830. Consule dicta paulo superius ad annum 1796. de Maccabaeorum libris. Hic autem audi sequentia. Exacta succinctaque lectio Eusebii nostri quò egregius commendat Hieronymi fidem in officio quod fideli Interpreti convenit, eò efficacius summae insolentiae Scaligerum arguit, qui nempe falsa conjectura putans ita rem fusiori stylo traditam ab Eusebio fuisse, ut auctor Chronici Paschalis habuerat p. 144. B. sic animadvertit p. 140. ad MDCCCXXIX. » Longe » plura sunt in Graecis Eusebii, quae in tria » verba contraxit Hieronymus «. Mira viri critici confidentia, quae ad ingenium Scaligeri facit, cui non immerito occurrit Vallarsius p. 563. a. nisi is solum pro Chron. Pasch. Syncellum nominaverit, cum dixit praeter alia. » Quis » enim Scaligerum ea docuit Eusebii esse, quae » Syncellus exaggerat? «.

1830. Iterum gravis agitatur controversia inter editores Hier. de tota hac pericope, ubi iterum corruit Scaligeri conjectura de Eusebio, etiam si aliter ejus sententia defendi possit. Namque Scaliger, qui omnem lapidem moverat, ut Graecum Eusebii textum restituere integrum posset, atque ejus ope reprehendere D. Hieronymum, id maxime hic tentavit. Itaque supponit in primis pro certo Eusebii textu futilem suam eclogen; qua fretus contendit contra Hieronymum, non solum falsum esse Simonem Sacerdotio sibi comparando studuisse, (eo quod, ait, non erat ex Sacerdotali stirpe), sed etiam minime id ab Eusebio scriptum fuisse, qui est suus Achilles: sic enim pergit p. 141. ad MDCCCXXXIII. » Adde quod caput est, nun» quam venisse in mentem Eusebio, ut hoc scri» beret. Abest enim hoc comma à Graecis ejus » (*excerptoribus ejus puta*). Quare quum Hie» ronymus in Epistola liminari (ceu praef. Can.) » dicat se quaedam Eusebianis verbis inseruis» se, sciat Lector candidus, hoc illi infeliciter » propter properantiam cessisse, in quibus ista » sententia, quam huc infulsit, non postremo » loco habenda est «: adeo haec fidenter vir criticus. Sed tamen velit nolit Scal. Eusebius haec dixit, et ambo Interpretes fideliter expresserunt in Arm. et Lat.

1844. Olymp. CLII. Locus itaque Sigilli Gregorii Armeniorum generalis Patriarchae hoc spatio fuit in codice nostro vetusto: de quo egimus in Praefatione nostra P. I. §. III. et in margine hujus loci. Hic addo primum, quod praeter proprios sigilli characteres in circuitu impressos ✠ ՏՐ ԳՐԻԳՈՐ ԿԱԹՈՂԻԿՈՍ ՀԱՅՈՑ· DOMINUS GREGORIUS CATHOLICUS ARMENIORUM, in medio secunda manu per calamum addita erant de novo duo anteriora vocabula minutis litteris տէր գրիգոր, *dominus gregorius* juxta iconem Jesu Christi, omnino sane abs re, quare omissa a nobis fuerunt: abs re inquam, nam interpolator aut censuit iconem illam esse ipsius Patriarchae, quod falsum est; aut voluit majuscula elementa vulgo difficile legenda replicare per minutas litteras lectu faciles. Secundo Sigillum praesens juxta usum antiquorum aequè potest signare, quod auctor sigilli sit possessor libri tam ad autum suum nuper scripti, quam jam antiquitus exarati, et nunc demum a se acquisiti: secunda ergo significatio, quae probabilior videtur nobis, vetustatem codicis majorem lectori persuadebit. Tertio (quod idem stabilire videtur,) si dubitetur quare hoc spatio potius quam sub initio vel calce codicis sigillum sit exaratum, ratio adest opportuna ex antiquitate codicis desumpta: siquidem possessor invenerat codicem jam prae vetustate corrosum in principio ac in fine; ne autem memoria possidentis oblivioni traderetur, elegit locum sanum ac solidum aliquot pagellis ante finem, eumque tamquam spatium liberum inter condensa Canonis spatia historica: fortasse consulto etiam eligens situm celebris epochae Maccabeorum M. annis post Ilium captum; maxime tempus proprium, quo Aristobulus signatur enarrationem librorum Moysis Philometori exhibuisse; et id genus alia motiva. Quarto sciant velim studiosi lectores me oculatum testem esse, quod sigillum in ipso codice proprio erat ea mensura, eoque rubro colore, aliisque conditionibus, quas quoad fieri potuit, cum rigore in nostra editione repraesentavimus.

1856. Hier. » in Hieropolitano pago civitatem nominis sui condidit «. ubi subauditur *Oniam dictam*, ut expresse habet Gr. *civitatem supernominatam Oniae*. Plena ergo lectio Arm. fert sensum perfectum hoc modo: Onias Oniae filius Oniapolin condidit, vulgò Omapolin dictam, quae est Oniae civitas, in finibus Heliopoleos.

1867. Similia Sync. p. 229. non tamen ad amussim iisdem verbis. Ο' τοῦ Βαλὲ υἱὸς Αντιόχου τοῦ Επιφανῆς Αλεξανδρος ἐν Πτολεμαΐδι φιλοξεὶς Ιωνάθῃ, δώροις καὶ στέφανοις αὐτὸν ἐτίμησεν. Quo loco, non sine interpola-

tione, usi sunt et editores Hier. Idem Syncellus, qui annos Ϛ'. IX. huic regi tantum adscribit, consultò adjecit p. 232. A. » τινες δὲ ἐτη » ι'. φασὶν αὐτὸν βασιλεῦσαι, ἐν οἷς καὶ Εὐ» σέβιος «. Veraciter omnino, sic enim accurate fert Canon auctoris nostri, quamquam apud Hier. menses insuper VII. addantur. Sed in Catalogo *mſs β. h. mſſum β.* legebamus, sc. *ann. IX. et menses IX.* sicut et apud Samuelem nostrum *mſs β. h. mſſum ϝ. ann. IX. et menses X.* quae omnia conveniunt cum statutis annis X. Sed nescio quid dicam de superioris libri calculo, sc. de annis ϡϚ. ιϛ'. XV.

1867. Lacunam numerorum quis tandem supplebit? Hieronymus ne, qui dixit: » ann. 668. » ut vero alii affirmant, 748 «, an Syncellus discrepans in numero priori, cum dixerit: » ann. » 640. secundum vero alios 748 «?

1872. Quamquam inaniter laboraverit Scal. in restituendo Gr. fragmento p. 190. ab iis verbis Ιωνάθης πρὸς Ρωμαίους etc, usque ad καὶ συγγένειαν, nec tamen ita impudenter, ut Vallarsius fecit, ridiculo certè modo. Namque manum attulit in eum Chron. Pasch. textum, p. 146. D. Ιωνάθης Ιερεὺς ὁμοῦ καὶ Στρατηγός, κατὰ Τρκανῶν στρατηγήσας, Τρκανὸς μετανομάσθη. ὃς καὶ πρεσβεύσας πρὸς Ρωμαίους, δόγματι Συγκλήτου φιλίαν πρὸς αὐτοὺς σπένδεται. Haec, inquam, quae ad Joannem Hyrcanum spectant, pro Jonathan absurdè usurpavit Valiarsius p. 577. mutato primo nomine in Ιωνάθης, expunctisque illis κατὰ Τρκανῶν, usque ad ὃς καὶ. Commodius poterat artem subtegere, si non laudasset pro auctore » Chron. Pasch. pag. 146 «. ubi ea, quae recensuimus, habentur, quaeque conveniant Eusebio infrà Olymp. CLXIII. Sicut etiam vel ipse Vallarsius ibidem integre haec repetiturus est p. 585.

1878. Inter superflua fragmenta mirum omnino videtur id, quod tam Goar Syncelli editor, quam Vall. exscriptor, retinuerint vocem υἱὸς *filius*, quum omnino pateat non solum auctoritate Eusebii vel Hieronymi, sed etiam sacrarum literarum firmissimo testimonio non filium Jonathae Simonem fuisse, sed fratrem; quisnam de hoc dubitabit? itaque instar miraculi mihi videtur silentium praedictorum criticorum; quippe qui res vel certissimas ad trutinam revocabant, hic mendum apertissimum vel non deprehenderunt, vel deprehendere noluerunt.

1879. Quae Scal. frustra usurpaverat in Gr. Τρύφων Αντίοχον Αλεξάνδρου παῖδα ἀποκτίννει, non recte conjecit Vall. desumpta fuisse ex his Syncelli verbis p. 232. Οὗτος (ὁ Δημήτριος) τὸν Τρυφῶνα τὸν ἀνελόντα Ιωνάθην καὶ Αντίοχον τὸν υἱὸν Αλεξάνδρου, καὶ ἑαυτὸν βασιλέα Συρίας ἀνειπόντα, ἐκ Σίδης ἐλθὼν πολιορκεῖ εἰς Δαρὰ καταφυγόντα, κἀκεῖθεν εἰς Ορθωσίαν, ἐξ ἧς διακωθεὶς εἰς πῦρ ἑναλλόμενος θνήσκει. Quo fretus ipse Vallarsius, ex his Syncellanis hoc fragmentum truncum decerpere tentavit. Τρύφων . . . ὁ ἀνελὼν . . . Αντίοχον τὸν υἱὸν Αλεξάνδρου . . . θνήσκει. Nonne figmenta potius, quam fragmenta Eusebiana haec dicenda sunt? Jure meritoque hoc iis accidit, qui omnia Eusebii Graeca aliorum ope reparari posse praeter rationem contendunt. Sed quid, quod praemissa iterum alibi usurpavit Vall. utrobique aeque abs re; ut nihil dicam de Scaligero, qui et alia non pauca quae cum Canone minime faciunt, libere congessit in suo Graeco Pseudo-Canone.

1885. Verè ad sensum accedit Sync. locus, p. 234. A. a Vallarsio usurpatus. Ἕως τούτου περιέχει ἡ πρώτη τῶν Μακκαβαίων: ubi vox πρώτη servit lectioni Hier. nostra fuit δεύτερα. Ordo vero verborum neutri Interpretum servit, quare sic locum restituit Scal. ἡ πρώτη τῶν Μακκαβαίκων βίβλος ἕως τούτου περιέχει. Nec ita tamen credas velim certum Eusebii textum exsurrexisse, ut plus aequo sibi blanditus est Scal. atque eò animo ductus libere in Hier. invehitur. Id unum nos non immerito affirmamus, eandem sententiam, aliis licet verbis, exprimi apud geminos Interpretes; ita tamen ut nobis faveat quodammodo Syncellus, Hieronymum magis juvat alter Eusebii locus in Demonst. Evang. Lib. VIII. p. 245. Πρώτη καλουμένη τῶν Μακκαβαίων βίβλος εἰς τοῦτο τοῦ χρόνου κατέλυσε τὴν ἱστορίαν.

1889. Facile irrepsit in cod. Arm. *mezatsav, magnus est factus*, pro *mergetsav, pulsus est*.

1891. Constanter ergo legit Interp. Arm. sicut et Hier. in Gr. ἀλληλοφαγία, quae est *mutua devoratio:* etsi Goar in Syncello suo legerit ἀλληλοσφαγία, et consequenter reddiderit *mutuis caedibus se confecerunt*.

1893. Ιωάννης Eusebio fuit ad fidem amborum Interpretum, pro quo eclogarius minus accuratus Ιωάνθης dixit. Litterae unius fortasse mendum putarem, si non essent alii, qui syllabam mutantes vellent ut legeretur Ιωνάθης, ut fert Scaliger non semel cum Casaubono; idem probare videtur et Eusebius infra ad annum ϡϚϡ. 1913. Accedit et Samuel noster, qui Joannem hunc Hyrcanum *յովհաննէս* nominavit, ceu Ιωναθάνης.

1905. Ut ⱡⱡⱡⱡⱡⱡ probat semel illud Κυζικός, saepius apud Scal. usurpatum, sic etiam ⱡⱡⱡⱡⱡⱡⱡⱡ, vel ⱡⱡⱡⱡⱡⱡⱡⱡⱡ aliter Arm. interpretis dictum affirmat lectionem Syncelli Κυζικήνος. Verum amplior est impraesentiarum lectio Hier. » ac rursum Grypus, superato » Cyziceno, eandem recepit «. Cui suffragatur et Syncellus p. 292. E. ad sensum. Illud autem Gr. ἐκ διαδοχῆς, ad verbum *ex successione* apud Hier. aequivocum est, ita ut etiam *vicissim* potest significare, ac respicere ad dimicationem inter Cyzicenum et Grypum solos factam; ubi Interp. Arm. extendit rem etiam ad filium patri succedentem: utrumque sensum elicere possis etiam ex I. Parte p. 169. Porrò nota novam dehinc Scaligeri deceptionem, qua deceptus crebrè intrudit in Gr. canonem suum epochas variarum gentium apud varios Gr. auctores memoratas, falso credens ab ipso Eusebio primum eas traditas fuisse, ab Hieronymo tamen neglectas. Nihil ergo Hieronymus neglexit, sed Eusebius fortasse peccavit, eo quod ea quae Scal. cupiebat, minime in canonem recepit. Contrà verè Scal. statuit de illis quae in Lat. Canone leguntur, *Cicero Arpini nascitur*, etc. Hieronymi ea esse augmenta, non Eusebii. Quod si Fr. Fabricius in vita Cic. dixerit, » Patrem Cice» ronis ex regio Volscorum genere fuisse, in » Eusebii Chronicis legimus «, nihil miraberis. Integer enim Canon Hieronymiacus, quo solo usus fuit Fabricius, Eusebii nomen gerebat: deinceps verò ope Canonis nostri distincte innotescat oportet universis Chronographiae studiosis, quae Eusebio, quae privatim Hieronymo tribuenda sint.

1944. His ergo tollitur suspicio Scaligeri dicentis. » *Antiochia capta a Romanis* . . . Haec su» spicor esse Hieronymi, non Eusebii «. sapienter usus nunc fuit verbo *suspicor*, quod utinam et alibi usurpasset; hoc enim minuitur error, ut contra augetur per liberam sententiam Scaligero magis familiarem.

1974. Plenior sane est in se locus citatus ex Chron. Pasch. p. 150 A. B. Ἀπὸ πρώτου ἔτους τοῦ Γαΐου Ιουλίου Καίσαρος . . . Αντιοχεῖς τοὺς ἑαυτῶν χρόνους ἀριθμοῦσι. Quae totidem verbis transcripsit Scal. in suo Gr. canone. Vallarsius cum vidisset anteriora redundare, posteriorem partem tantum nobiscum accepit; sed quia Hier. dixerat, *Ab hoc loco*, supplevit Vall. de suo in Gr. ἐντεῦθεν: sed nos ne illa quidem voce indigemus, nisi dixeris intercidisse a codice nostro adverbium *ſuuſſ*. quod si concedis, locum habebit omnino textus Syncellanus. p. 243. C. Οἱ Αντιοχεῖς ἐνθεν ἀριθμοῦσι τοὺς ἑαυτῶν χρόνους. Sed haec leviora sunt. Illud majoris momenti est, quod alii reponunt haec anno primo vel secundo Julii Caesaris, codex verò noster anno primo successoris ejus, sc. Augusti; quod ne putes recentioris exscriptoris esse culpam, affirmat Samuel noster.

1984. Tam Sync. quam Hier. persuadent hic *vocatum* intelligendum esse aliunde adductum, accitum, puta ἀπὸ Βαβυλώνος, *a Babylone*.

1986. Hellenismum ab Interprete Arm. observatum minime dubitavimus simili syntaxi in Lat. refundere, hoc enim palam fit certus Eusebii loquendi modus, quem praesefert etiam Gr. textus citatus. Hier. dixerat Latino magis more. » Augustus triumphavit pedestris certaminis triumpho «. cui tamen refragatur Scal. jubens auferri redundantem vocem *certaminis*, atque reddi, *triumpho pedestri*.

1987. Hier. melius, ut videtur, rem in duas divisit periochas, quo alteram prodit sententiam, cum augmento dicens: » Antonius Cleo» patrae Arabiam dedit. Augusti et Antonii » tertiae dissentionis exordium, quod repudiata » sorore Caesaris, Cleopatram induxisset uxo» rem «.

1988. Convenit apud omnes de totidem annis in lectione canonis, juxta I. P. ex Porphyrio, exceptis nonnullis Latt. exscriptoribus, qui posuerunt CCXCVIII. At ipse Eusebius in catalogo jam dixerat *mſs ſſqı. h. mſſum ϗ. annos CCXCVI. et menses VI.* quem locum (praeter menses VI) imitandum sibi duxerunt S. Niceph. et auctor Chron. Pasch. necnon Samuel noster: ferunt enim annos *σϙϛ'. ſſqı.* 296. Pro Gr. verò fragmento hujus loci satis duxit Scal. illa Africani verba, quae apud Sync. occurrunt. p. 245. D. Κλεοπάτρα ἑαυτὴν διεχρήσατο, cum sequentibus ibidem E. Μέχρι τοῦδε οἱ Λαγίδαι. Facile, inquam, his contentus fuit Scal. semel sibi persuadens, ubique ferè Africani verbis Eusebium usum fuisse, sed non semel ea conjectura deceptus est.

1991. Accurratissime sibi invicem cohaerent Arm. et Gr. Eadem Hieronymus diversa ratione computaverat, sed tamen depravata est ejus lectio apud quosdam, sicut et in editione Vallarsii habentis p. 624. » Censu Romae agitato, inventa » sunt civium Romanorum XL. centena, et » LXIII. millia «. Ubi in annot. d. ait Vall. » In » Parmensi ms. ut et primo Palatino, *inventa* » *sunt civium Romanorum* MCCLXIIII. *milia*. » Apud Scaligerum *XCI. centena XLIV. et milia*, » id est 4164000. quam lectionem et numerum » Graeca apud Syncellum confirmant «.

1994. Optima lectio, probatissimaque interpretatio Armena non permittit nobis, ut morem geramus Hieronymo et Syncello negativum verbum usurpantibus ἀπώσατο, *renuit, recusavit*: non sinit, inquam, ut dicamus intercidisse ex cod. Arm. negationem *ոչ*. siquidem vel ipsi editores Hier. etsi Latina lectione ducti sint ad credendum, quod Eusebius ipse negative rem exposuerit, contendunt tamen vix constare eam sententiam, sed potius affirmative loquutum esse mallent. En itaque satisfacit eis auctor per Interpretem nostrum: vide animadv. Scal. p. 168. et Vall. p. 626. e.

1995. Hunc de Cyzicenis locum probato Gr. fragmento donavit etiam Vall. Scaliger eo caruit. Quae verò divinat idem Scal. p. 169. de lectione Graeca aliter ab Hier. accepta, mera figmenta sunt, quandoquidem illa de choro, et fistula pericope integra solius Hieronymi est. Nunc ergo debuit Scal. dicere, id quod passim gratis dixerat, » Hieronymus ex historia Latina «. vel » Hieronymi sunt, non Eusebii «.

1995. Facillimo librarii Arm. lapsu pro *ՀԱՅԿ Hajk, Armenii* sive *Armenia*, irrepsit in cod. nostrum *ՀՐԵԱՅԿ Hreajk, Judaei* vel *Judaea*; nec mirum quod Armenus ipse exscriptor magis in nomine, quod ad nationem suam pertinet, lapsus fuerit, quum ferè inauditum esset Armeniis Tiberium Augusti jussu suam in regionem

venisse; id tamen dixerat auctor juxta traditionem Romanorum: similia repetit et Syncellus ab aliis citatus. p. 249. D. Τιβέριος Αρμενίαν Αὐγούστῳ παρεστήσατο: de quo loco expunxit Scal. nomen Αὐγούστῳ, subaudire tamen debuit eodem sensu aliquod pronomen.

1996. *Idem et Samariam*. Ita continuata serie fert etiam Chron. Pasch. loco citato, pro pronomine ὁ αὐτός, sed quia apud Hier. dissecatur sequens periocha, et seorsum post alia collocatur, quamobrem editores ejus interpolarunt et Gr. textum, reponentes de integro Ηρώδης. Adde quod Vallarsius pro anteriori parte maluit usurpare illud Syncellanum ex p. 250. Ηρώδης πόλλα καὶ μεγάλα ἔκτισεν ἐν Ιερουσαλὴμ, quod nihil commendatius habet, sed potius praepostere digesta fert Eusebii verba. Sed de Hieronymi interpretatione ad examen ab editoribus ejus vocata, ipsos, si vacat, consule; nihil enim ad nos, cum Arm. et Gr. Chron. Pasch. inter se mire consentiant.

2011. Arm. constanter legit Արատῶν, *Persarum*. Hier. et Sync. Ραιτῶν, *de Rhethis*. Adeant velim lectores, quae disserit Scal. de his rebus. p. 173. ad MMVI. ubi inter alia dicit: » De Armenis ut una de Germanis triumpha- » verit, hoc nullis annalium monimentis con- » firmari potest «. et iterum audacius, » est » hallucinatio Eusebii «. Nos persuasi sumus de Persis et Armeniis simul memoratis, quicquid alii dixerint.

2015. Eadem ex Cedreno usurpavit Scal. in Gr. minime advertens differentiam a nobis adnotatam parenthesi. Vallarsius qui nescivit unde haec Scaliger hausisset, pro anterioribus recurrit ad Syncelli locum. p. 251. B. ubi haec habentur, ἐγεννήθη ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς Ιησοῦς ὁ Χριστὸς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ υἱὸς ἐν Βηθλεὲμ πόλει τῆς Ιουδαίας. posteriora vero ex Scaligero transcripsit, falsò reputans eum haec a praemisso loco Sync. 251. excerpsisse.

2015. Accuratissimum Eusebii nostri textum praeseferunt auctores citati. Cedr. et Nicephr. quibus et Scaliger usus est, unico tantum verbo interpolato, vel aliter lecto, sc. σταλείς, ubi Niceph. dixerat ἀποσταλείς, et Cedren. ἀπεσταλμένος: quorum omnia idem sonant, sc. *missus*, sicut etiam ὑπό apud Cedr. valet hic pro ἀπό penes Niceph. Longe ergò distat Vallarsius, qui neglectis his auctoribus, manum attulit illis Syncelli verbis. p. 251. D. (τάυτης) τῆς κατὰ τὴν Ιουδαίαν ἐπιγραφῆς ὑπὸ τῆς συγκλήτου βουλῆς Κυρίνιος ἐπιμελητὴς ἐξεπέμφθη, (κατὰ τόδε τὸ κοσμικὸν ἔτος), οὐσιῶν καὶ οἰκητόρων ἀναγραφὰς ποιούμενος. Haec itaque integra (exceptis tantum iis, quae parenthesis nota sunt inclusa) sincere transcripsit Vall. frustra nempe, relictis aliis auctoribus certum Eusebii textum exhibentibus; ita ut ei opus non esset Syncellano loco, ubi pauca Eusebio favent. His itaque constitutis, accedamus ad Interpretes, qui ambo, sc. Arm. noster, et Lat. Hier. illud Gr. ὑπὸ τῆς συγκλήτου βουλῆς, ita acceperunt, ut per se sonat, sc. *ex consilio*, vel *consulto Senatus*: quod tamen Scaligero nimis hic scrupuloso displicuit; vertendum enim erat, ait, *a Senatu* tantum, eo usus argumento, quod quemadmodum Latinis idem est *Senatus consultum*, ac *Senatus* tantum, sic etiam apud Gr. συγκλήτος βουλή, idem sit, ac si tantum diceretur συγκλήτος, *Senatus*, vel solum βουλή, *consultum*, sive *consilium*. Quod sane certum est, cum utraque vox in recto concurrat casu, in obliquo tamen, (ut hic est genit. vel abl. casus) indiscriminatim potest accipi vox una ut junctim vel disjunctim cum altera, atque ideo indifferenter sonare tam ita, ut veteres Interpp. expresserunt, quam aliter, ut Scal. vellet; cui morem gerunt et alii ex recentioribus Lat. interpretibus Syncelli, Cedreni, et Nicephori: eo animo interpolarunt et quidam minus cauti editores textum Hieronymiacum (inter quos est et Vallarsius), legentes *ex Senatusconsulto*, praefixis et his *edicente Caesare*, quae quidem Eusebii non sunt, ut etiam Scal. fatetur, sed ex sacris litteris, vel ex aliis auctoribus desumpta; nihilominus facile subauditur in textu Eusebiano, tam in Gr. quam in Arm. cum Lat. si tamen firmiter teneatur lectio genuina *ex consilio senatus* missus; subintelligitur, inquam, in hac lectione *ab Augusto*, cujus consensu id consilium factum esse certum est, quod tamen non adeo faciliter elicitur, si dicas cum Scal. tantum *a Senatu*. Ipse tamen Scaliger certè nugari voluit, cum ex una parte Hieronymo vitio vertit, quod primam lectionem expresserit; ex altera verò Eusebio subirascitur, quasi verò Senatum solum auctorem census fecerit.

2016. Dissipat hinc omnem caliginem elucida auctoritas Eusebii nostri, cum penitus liberat ab anxietate editores Hieronymi cum aliis criticis, qui hactenus haesitabant, Eusebiine sit Aera Christiana, quae in multis Latt. codicibus reperta, et in editis libris usurpata fuit. Nihil enim de ea apud auctorem nostrum; nec sane puto Hieronymo ipsi familiarem esse. Ita certe conjecerat etiam Vall. in annot. p. 635. a. » Laterculum (inquiens) annorum a Christo » nato, tametsi post Pontacum et Scaligerum, » aliosve vetustiores, qui hunc librum recen- » suerunt, retinemus, ut nequid receptum vul- » go antea immutasse temere videamur: senti- » mus tamen non fuisse sive ab Eusebio, sive » abs Hieronymo continua serie huic operi » adpositum; haec enim annos numerandi ra- » tio, auctore demum Dionysio Exiguo, post » quintum a Christo nato saeculum inducta est. » Re etiam vera in antiquioribus manu exara- » tis codicibus, cujusmodi est unus Amaudi- » nus Schelestratio laudatus, filum istud, si- » ve laterculum annorum Christi omnino non » invenitur «. Quae cum certissima sint, miror Scaligeri errorem, qui vel in Gr. Canone usurpare Aeram Christi non dubitavit; quo probavit ita rem ab ipso Eusebio traditam fuisse: probavit, inquam, nescio an lectoribus, an sibi ipsi; cum non adeo sibi constare videatur in animadv. p. 175. 176. Ut ut ipse crediderit, ipse viderit. Sed quod voluerit Gr. Canonem suum ea Aera adornari, satis bene cogitavit, ne quid fortasse deesset ad demonstrandum, quod omnino fictitius sit ille Canon Scaligerianus. Verum nec illud praetermittere volumus, opus nempe ipsum Eusebii, sc. Canonem temporum per singulos annos digestum, facilius edocere posteros ut continuata serie numerent annos a Christo nato ad comparationem calculi Eusebiani, imo etiam ut proferant Eusebii nomine hoc vel illud factum, tamquam hoc anno Christi juxta Eusebium evenerit. Hinc plures auctores tam Graeci, quam Armeni, qui nec Dionysium Exiguum noverant pro auctore Aerae vulgaris, neque apud Eusebium viderant aliquod exemplum Aerae Christianae, varia de se ratione locaverunt certam continuationem annorum a Christo nato. Talis fuit aliquatenus Syncelli methodus, quam Theophanes ejus continuator in certam laterculi formam redegit. Similiter et Samuel noster toties citatus ex professo in hanc rem incubuit. Is enim cum statuisset sibi Canonem subnectere Armeniacum post Christum natum usque ad sua tempora, (anteriora enim Historiographico-Chronologicè complexus erat), caput Canonis, seu primam columnam Epocha Christi adornavit, adjecta quinquenni Olympiade à regione, reliquas deinde columnas variis servavit regnis, ut singula saecula postulabant, maximè regibus Romanorum, Persarum, et Armeniorum, praeter spatia hinc inde historica.

2023. Sync. p. 253. c. cum generatim mentionem fecisset de sapientibus qui sub Augusto claruerunt, iis annumeraverat et Athenodorum hoc pacto. Επὶ Καίσαρος Αὐγουστου φιλόσοφοι ἤκμαζον ἐπίσημοι οὗτοι. Βιργίλιος, Σαλούστιος, Λίβιος, Ορτένσιος, Ταρέντιος, Οράτιος, Αθηνόδωρος Ταρσεύς, καὶ Σιτίων Αλεξανδρεύς. Horum ope textum Eusebianum confici posse falsò credidit Scal. hisce verbis. Αθηνόδορος Ταρσεὺς φιλόσοφος ἤκμαζεν. quem secutus est Vall. suppresso tamen gratis nomine φιλόσοφος, cui et alterum adjicere oportebat φυσικός, cum mutatione verbi in ἐγνωρίζετο.

2025. Discrepat Hier. per *quinque modios*, pro nostra tamen lectione stant et Gr. eclogarii, etiam si non tam ad verbum, quam ad sensum Eusebium describentes: ut Sync. p. 253. D. (quem locum Vall. sibi ascirit) Λιμός τε κατέσχε τὴν Ρωμαίων ἰσχυρός, ὡς πολλῶν δηναρίων τὸν μόδιον τοῦ σίτου πραθῆναι. et Cedr. p. 146. C. (cui Scal. adhaesit). Τότε καὶ λιμὸς ἐν Ρώμῃ γέγονεν, ὡς πραθῆναι τὸν μόδιον χρυσίνων κζ'. in quibus certum est τὸν μόδιον supponere pro *unico modio*.

2029. Syncellum descripserunt in Gr. Scal. et Vall. ex pag. 253. D. Ο' αὐτος (sc. Αὔγουστος) τοὺς οἰκήτορας Ρώμης κατὰ πρόσωπον ἀριθμήσας, εὗρεν οἰκοῦντας αὐτὴν ἀνδρῶν μυριάδας ιγ'. καὶ ,αλζ'. Sed non multum favet. De varietate numerorum apud varias lectiones haeret aqua, ut ajunt. Sed audiamus quid breviter Vall. habeat p. 640. D. » Actum sequenti » anno: si quidem numeres a Kalendis Janua- » riis, quod tamen minime Eusebius facit. Ita » fidejubet esse Augustus ipsemet in indice suo: » Nuperrime. Lustrum. (egi) Conlega. Tibe- » rio. Sext. Pompejo. Et Sext. Apulejo. Cos. » Quo. Lustro. Rom. Capitum. Quadragies Cen- » tum. Milia. Triginta. Et. Septem. (censa sunt). » Quo loco Scaliger, Melius, ait, crediderim » ipsi Augusto. Multum sane differunt 9370000, » et 4137000, utique plus semisse. In Par- » mensi ms. *nonnagies cccLx millia* dumtaxat » sunt «.

2033. Parthorum nomen displicet hic Scaligero dicenti cum risu. p. 183. ad MMXXIII. » Ridiculum. Legendum *de Chattis* «. Sed quicquid dixerit, tam Hier. quam Interp. Arm. constanter legerant in Eusebio *de Parthis*.

2033. Tam Hier. quam Sync. amplius ferunt nomen Κύμη, *Cyme*, de quo ideo jure haesitabant viri critici; siquidem *tredecim* urbes praemittuntur ab auctore, numerus autem una cum *Cyme* exurgit quartusdecimus. Varii quidem variatim dijudicarunt, multi tamen in eo convenerunt, extrema nomina *Dia*, et *Hyrcania* promiscuè pro uno habenda esse, quasi *Diahyrcania*, quo fortasse consilio expunxerunt nonnulli nomen *Dia*, contenti altero tantum nomine *Hyrcania*, ut cernitur etiam in edit. Vall. Sed quid ad nos? Eusebius in nostra lectione totidem refert nomina, quot pollicitus erat. Interea verò pro Τῦμος, [illegible], quod item habetur in Gr. Sync. et Arm. volunt alii ut cum Stephano et Strabone legamus Τῆμνος, sicut et Hier. praefert *Temnus*. Pro nihilo igitur ducendum Scaligeri dictum. » In Graecis Euse- » bii (quo nomine se ipsum commendat, vel » pessumdat Scal. in Gr. collect.) Τῖμνος vi- » tiose, ut apud Nicephorum Callistum «.

2039. Potest facili negotio mutari sedes vocum, et legi, si placet, cum Syncello et Hieronymo, [illegible], *quam et Caesaream Philippi nuncupavit*.

2044. Ad sensum praesentis loci (mitto et varia loca eodem sensu) apposite scribit Cedrenus, nominatim citans auctorem nostrum hoc pacto, p. 156. A. Φησὶ δὲ Εὐσέβιος, ὅτι τῷ ιέ. ἔτει Τιβερίου βαπτίζεται ὁ Κύριος ἡμων Ιησοῦς Χριστός, sc. ad verb. » Dicit au- » tem Eusebius, quod xv. anno Tiberii bap- » tizatur Dominus noster Jesus Christus «. Scaliger tamen non minus nominis Eusebii, quam sermonis avidus, facile deceptus fuit Cedreni loco, eumque iisdem verbis in Graecum

stum canonem laeto animo transcripsit; frustra quidem, sententia enim, non ita verba Eusebii in Cedreno intelligenda erant: aliter neque Hier. neque Interp. Arm. illa hic legerunt. Adde, quod Cedreni dicta tam manifesta, ad omnia quae ab Eusebio de baptismo Christi tradita sunt, referri possunt, vel etiam extra canonem: non enim nova in iis sententia continetur, sed potius traditio Evangelica ubique auctori nostro commendanda praefertur. Verè Vallarsium fugit Cedreni locus, alioquin antecederet nos in Scaligero coarguendo. Ubi et illud advertas velim, quod nimis negligenter se gesserit Xylander Cedreni Interpres Lat. loco citato, p. 156. A. ita ut subsequentia Cedreni dicta, pariterque Josephi verba ab ipso ibidem recensa ea assiduitate contexuerit in Latio, ac si omnia ab Eusebio dicta fuissent. Confer eodem in loco Gr. textum cum Lat. sermone Xylandri, ut facile mendum deprehendas; cave ducem tibi eligas Lat. tantummodo interpretationem.

2045. Ferè pro certo habebis Interpretem nostrum tunc solum Gr. dialectum servasse ՔՐԻ, *Christus*, dum absolutè proprii nominis more legerit Χριστός, tunc autem Armeniace expressisse Օծեալն, *Unctus (ille)*, dum legerit tamquam nomen appellativum praepositivo articulo praeditum ὁ Χριστός, maxime cum genitivo casu adjecto τοῦ Θεοῦ: quae, ni fallor, observatio, sicut prudentissima comperitur, ita etiam in Lat. sermone a nobis exponenda fuit; quamquam non ita accurate, ob defectum articuli apud Latinos.

2048. Hier. cum Sync. uno minus, ιη'. XVIII. Nostram tamen lectionem constanter tenuit non solus Samuel Arm. ՔԺԹ. XIX. verum etiam Cedrenus Gr. p. 315. B. ιθ'. XIX. quem et Scaliger in Gr. textu imitatus est: quod non advertens Vall. putavit eum ex Syncelli Ms. id hausisse, quasi verò editio Goari depravata fuerit; quae est conjectura incerta. Ut ut sit, vel ipso Vallarsio commendata fuit certa lectio auctoris nostri. Praeterea si eodem codice Syncelli usus sit Scal. quo Goar (ut ipse Goar contendit), nescio quomodo potuit pro nomine Φλέγων legere verbum λέγει, vitiose, sicut etiam omisit vocem συναγαγών: oscitanter dixeris legerat, sive oculi eum fefellerunt; sed tamen lacunam adnotavit, quo probavit in codice ipso aliquod deesse, vel mendum inesse. Goar ergo divinando certam lectionem enucleavit. Interim notabis ad praesentis loci sensum spectare dictum Zachariae Catholici Arm. auctoris IX. saeculi, in sermone ad sepulturam Domini: «Ոչ՝ եթէ մասունք երկրի շարժեսցաւ, այլ համարէն ոտիցս սիրելոյդ. Երանելի ժամս՝ նահապետ ասէ. Թէ քանզի քաղաք յասիա քանկոնեցան» - h. e. » Non enim pars aliqua terrae » mota est, sed communis terrarum orbis. Eu- » sebius Chronographus dicit, quod plures » Asiae urbes demersae sunt «.

2048. Quo autem fidentius animadvertit Scaliger tam in Hier. quam in Euseb. hoc intervallo, eo magis ridicula profert: nam praeter metachronismum a se cogitatum, sequentia etiam adjecit, quae adduxisse refellere est: » Porro (ait) hae omnes ingentes periochae » de passione Christi ex priore libro in hunc » Canonem traductae sunt ab Hieronymo, » quemadmodum et aliae. Nam τὸ χωρίον » ἱστορικὸν non admodum capax ab Eusebio » relictum ab Hieronymo amplificatum est. » Possumus multas περιοχὰς colligere, quae ab » Hieronymo, non ab Eusebio, huc conjectae » sunt (*ex prima nempe Eusebii parte*). Nam » Canon hic, ut alibi diximus, prioris libri » index erat duntaxat, non justa Chronogra- » phia. Numero MCCXLI tres periochae perti- » nebant ad priorem librum. In prima legimus: » *Nostra quoque supputatio iisdem temporibus* » *eam exhibuit*. In Graecis: καὶ ὁ ἡμέτερος » δὲ κανών. *Noster autem Canon*. Non ergo » in Canone haec posita sunt ab Eusebio, ne- » que profecto ad Canonem pertinent. Quid? » Eusebius in ipso Canone Canonem citasset «? Toto coelo errat vir criticus, gratis divinans ita et ita digestum opus totum ab Eusebio, cujus contrarium nunc primum auctor ipse edocet; ita ut nihil novi ipsi addere potuerimus, nisi solum affirmare fragilitatem humani judicii, quod et ea, quae indubia videbantur, passim falsa reperiuntur. Verum ne quid grave a nobis proferatur, retorqueant ipsi Lectores in dicentem, conclusionem Scaligeri praedicto loco habitam hoc pacto. » Quod igitur multa » sint in spatio historico hujus Canonis, quae » Hieronymus, non Eusebius eo contulit (*a* » *priore libro*), accurato Lectori constare po- » terit: quae ideo nunc omisimus, ne videamur » λύχνον ἅπτειν ἐν μεσημβρίᾳ «: nunc tamen fatendum ei esset meridiana in luce etiam caecutiri posse.

2051. Haec partim ad verbum, partim ad sensum recolit et auctor Chronici Paschalis, p. 184. A. magis ad lectionem Hieronymi accedens: nam ambo referunt rem a Tiberio Senatui communicatam, Senatum non admisisse: ubi Interp. Arm. pro Gr. τῆς δὲ μὴ προσιεμένης, in apographo suo legebat abs re, τῇ δὲ μητρῇ Ιεμένῃ.

2052. Sync. p. 261. E. similia repetit, γυναῖκα Μεμμίου Ρηγούλου λαβών, ubi Interp. Arm. si non expresse legit Ρηγούλου υἱοῦ, ipse tamen ita expressit, eo quod casus secundus proprii nominis in Gr. filium inducit: sic occurrit alibi quoque anno Abr. 2084. 2148., et fortassis aliquando verificatur, quia et pluralitas nominum saepe a patre, avo, aliisque majoribus provenit.

2052. Quis ferat Scaligeri opprobria, quibus auctorem nostrum insequitur dicens: » Anile delirium « etc. p. 188. ad MMLI. quae recensere religio nobis erit. Satis erit dicere, quod somnium Eusebio adscriptum ipse insimulator subiit, cum Syncelli verba, ex p. 263. C. ab ipso in Pseudo priore suo libro usurpata Eusebio nostro adscribit, sicut etiam librarii lapsum auctori ipsi.

2053. Feliciter usurpaverat Scal. locum Chron. Pasch. a nobis citatum, sed frustra iterum transcribi voluit paulo post etiam haec ex Sync. p. 263. C. Ἀγρίππας ἀνεδείς τῶν δεσμῶν ὑπὸ Γαΐου Καίσαρος βασιλεὺς Ιουδαίων ἐκπέμπεται: bis ergo eadem Scaliger ex duobus Gr. eclogariis repetit, nec tamen Eusebius tautologus fuit.

2055. Scaliger de more usurpans incertum vel etiam fictitium Gr. fragmentum pro certo Eusebiano, sic animadvertit p. 188. ad MMLIII. » Ἀλεξανδρίων δήμος συνεπισέμενος. Alexan- » drinorum populus, impeto una facto «: quo admisso, postponit Hier. interpretationem sic se habentem, *consentiente Alexandriae populo*, atque infert. » Nam Hieronymus putat συνεπι- » σέμενος esse συνσέμενος «. Modestius dixisset, legisse alterum pro altero. Et revera συνσέμενος lectum tam abs Hier. quam ab Interprete nostro Armeno ferè pro certissimo habeprete nostro Armeno ferè pro certissimo habemus. Non repugnamus Scaligero dicenti paulò liberius haec exposita ab Hier. fuisse, nec tamen concedimus ut dicatur, ut dixit Scal. » neglecto Eusebianorum verborum ordine «. Sed potius eodem ordine congruisse affirmamus cum nostro Interprete, qui verba verbis ferè ubique reddere consuevit. Sed quidquid dixerit Scal. Graeco textu a se interpolato deceptus, de sensu nobiscum agit, dicens: » Eusebius » enim intelligit Alexandrinum populum una » cum Flacco vires et animos conjunxisse, ut » Judaeos perderent «; an aliter et ambo Interpp. senserint, non video.

2055. ՅրԹով evidenter probat lectionem Hier. vulgatam *proficiscitur*, minime verò alteram quae apud aliquos habetur *mittitur*, cui diverso sane animo morem gerens Scaliger in animadv. p. 189. ad MMLVIII. dixit: » Ego » non dubito Eusebium scripsisse στέλλεται, » cujus interpretationem posuit Georgius, ἄπει- » σι «. Nos repetamus liceat, procul dubio Eusebius non scripsit στέλλεται; aliter Interp. Arm. Hellenismi cultor, ac nativo sermone locupletissimus, expressisset ապաքի, vel saltem գիմի· quia vero expressit ՅրԹով, ἄπεισι potius cum Syncello legit in autographo Graeco. Quod si dixeris, nihil refert, cum idem fere sonet utrumque Gr. verbum, sicut etiam Scal. superaddidit. » Ἀπιέναι et στέλλεσθαι est *abire* «, minime ergo debebat Scal. unum potius quam alterum Eusebio adscribi velle.

2057. *Menses* VIII. constanter fert etiam Hier. in edit. Vall. ubi Scaliger quia legit IX. totidem etiam in Gr. reposuit, θ'. Certe et Josephus *menses octo* dixerat, sed adjectis etiam diebus viginti, quo reconciliantur omnes lectiones.

2064. In Lat. editionem nostram irrepsit *drachmis*, pro *didrachmis*; ut fert Cod. Arm. cui suffragatur et Gr. textus loco citato: solus ergo Hier. discrepat *drachmis*, pro *didrachmis*; quod tamen mendum non Hieronymo, sed librariis adscribendum, unde et Vall. adnotavit p. 664. ad e. » Pro sex *drachmis* verosimilius » habet Syncellus ἓξ διδράχμων, quae faciunt » drachmas duodecim: idque et Scaligero pro- » batur magis, sex quod drachmarum venalis » modius caritatem annonae, non famem ar- » guit «. Optimè omnia; sed pro eo, quod dixit *verosimilius habet Syncellus*, tu repone, *ita constanter habuerat Eusebius*, teste Interp. Arm. Graeca itaque omnino cohaerent nobis, excepto nomine τοῦ σίτου, *frumenti*, quod explicationis gratia Sync. adjecit.

2080. Quamvis erravit Scal. dicens de his, » Videntur esse Hieronymi «, non tamen tamquam audax, (ut alias), accusandus, eo quod illud *videntur* eum timide dixisse significat.

2081. Fugit Scaligerum Gr. textus certissimus, quem Vall. feliciter attigit.

2083. Ի հանդար պատրաստական, vel *ob oves* dixeris, vel juxta Hier. *in expensas*; ubi autem Hier. dixit *centies centena millia*, Arm. բիւր ի հազար· *myriadem et mille*: quod erit *undecim millia*; si vero legas sine conjunctione բիւր հազար, *myrias mille*, erit *decem millies mille*, id est *centies centena millia*. Scaliger vult legi μύριαι μυριάδες, vide apud eum, p. 196. 197.

2084. Hieronymus aliam hic sententiam exposuit. » Vespasianus plurimas urbes Judaeae capit «. Syncellus tamen nobiscum facit juxta accuratam lectionem Scal. maxime in voce ἀναπτησόμενον, sc. *instaurantem, reparantem*, directa ad Vespasianum, sicut et in Arm. habetur. Sed quia Goar corrupte legerat ἀγα- νακτησάμενος, sc. *ira concitatus, exacerbatus*, ad Neronem id spectare vel invitus credidit; quo tamen admisso, nihil valent illa τολλὰ τῆς Ιουδαίας proprio verbo carentia, sicut et reapse dissimulavit haec Goar in Lat. interpretatione in hunc modum exposita, » in quas Vespasia- » num belli Ducem iratus Nero expedit «.

2086. Si librarii error in Cod. Arm. non insit, Graeca ipsa ambigua fortasse Interpretem nostrum deceperunt. Itaque etiamsi desit hodie Gr. textus integer, possumus tamen ope Chron. Pasch. divinare, quod illud ἐγχειρίσας, *manum imponens*, Interp. noster acceperit pro *operam dans, incipiens*, et hinc nomen Τίτῳ sumpserit in sexto casu, quasi *cum Tito*. Felicior itaque Hieronymus, qui ut ἐγχειρίσας exposuit *commendans*, sic et dativo casu praefixit *Tito*.

2093. Hic sanè manifesto Gr. apographi mendo laboravit et ipse Interp. Arm. cum scriptum vidit λιμὸς pro λοιμὸς, quare սով, *famem* reddidit, pro ահաւադիկն (*impiissimi*

aliàs reddito, sc. *pestis*, *lues pestilentiae*, ut patet ex Lat. Hier. et Gr. Sync. Et quidem famis etiamsi calamitas maxima sit, et mortifera, non ita tamen, ut juxta dicta quotidie decem et amplius hominum millia de medio tollere possit, quod pestilentia nullo fere negotio efficere potuit.

2095. Χώρα vox ambigua, aequè habita apud ambos Gr. eclogarios Eusebii, quum indifferenter significat *regionem* et *villam*, alteram Hier. alteram Interp. Arm. expresserunt, aequali ferè verisimilitudine, idque ambo plurali numero exponentes, unus *regiones vicinas*, alter ⟨illegible⟩, quamquam hodie singulariter in Gr. legatur, ut vidimus apud Cedr. et Sync. quod etiamsi minus obesse videatur, dicendum tamen non injuria, Interpretem Arm. tunc jure *villas* potuisse reddere, si legisset in Gr. plur. χώρας: aliter sing. χώραν, *regionem* potius exhibuisset; contrarium vero fortasse de Hier. ratiocinandum dicendum est.

2095. Pro ⟨illegible⟩, lego sine ulla haesitatione ⟨illegible⟩. Sic certe legerat et Samuel noster, librarii tamen ejus minus exacte reposuerunt ⟨illegible⟩, vel ⟨illegible⟩. quod confunditur cum successoris ejus nomine, qui ⟨illegible⟩ ab omnibus dicitur. Confirmat sententiam lectio Hier. in edit. Vall. *Cletus*, quamvis apud Scal. juxta alios legatur *Anacletus*. Alioquin ⟨illegible⟩, *Linus*, jam supra memoratus fuerat anno Abr. 2082. Ubi adverte numerum ordinalem Pontificum Romm. exordium in Canone ducere ab eo qui statim in Petri locum suffectus est, non autem ab ipso Petro. Itaque *primus post Petrum*, ut aperte dixit Hier. fuit *Linus*, ⟨illegible⟩. *Secundus*, hinc dicitur ⟨illegible⟩. *Cletus*, de quo est sermo. *Tertius* in sequentibus nominetur ⟨illegible⟩, *Clemens*, etc. omitto alios qui volunt Clementem ipsum primum esse post Petrum. Haec enim non ad Canonem pertinent.

2097. ⟨illegible⟩ in codice habebatur, pro ⟨illegible⟩. quod unius alteriusque elementi mutatione sine scrupulo restituo ex sequenti nomine foemin. gen. ⟨illegible⟩: ut patet etiam ex Hier. suffragatur quoad sensum et Syncellus p. 273. c. Δομετιανὸς . . . Σεβαστὴν ἀπηγόρευσε τὴν ἰδίαν γαμετήν, quo loco usi sunt et editores Hier. pro Gr. fragm. Verum nota obiter *Domitianum*, ab Armeniis dici Graecorum more *Dometianus*, quod nomen certò nullus postulabit a nobis usque ad litteras in Lat. refundi.

2101. Quidquid dixerint viri critici de lectione Syncellana, constat omnino Eusebium scripsisse ἄξυλον, teste Arm. Interprete, qui simili voce composita dixit ⟨illegible⟩. quamquam hodie legatur ⟨illegible⟩. vox mutila.

2102. Curiosos omnino lectores reddat necesse est lectio Arm. *Parthenicus*, pro nomine *Domitianus* habito in Gr. et Lat. apud universos auctores cum Suetonio: nemo enim, ut puto, facile credere potest quod librarii lapsu pro ⟨illegible⟩ *Domitianus*, irrepserit ⟨illegible⟩ *Parthenicus*; praesertim quod etiam Samuel constanter ferat eandem lectionem in vetustiori Ms. (etsi recentiores decurtate mendoseque exaraverint ⟨illegible⟩ *Parthicus*; quod si constaret, Armenice dicendum erat potius ⟨illegible⟩, vel ⟨illegible⟩, quam ⟨illegible⟩: mitto quod nec ita ad rem faceret, quum sermo sit de nomine mensis.) Quid ergo? Si *Parthenicus* Παρθενικός accipiatur, ut sonat, sicut *Virginalis*, fortasse mensem declarat Octobrem prope Septembrem, quasi in viciniis signi Virginis in coelo. Si *Parthenicus* Domitiani cubicularius, idemque auctor mortis domini sui a Suetonio relatus intelligatur, aliqua hic deesse fatendum est ad historiam supplendam. Quo tamen concesso, melius suppleri posset locus alio modo, praesentia cum sequentibus sic disponendo (ad mentem Suetonii). » Domitianus Dacis et Germanis bis superatis, » Germanicus est nominatus: ideo duorum » mensium nomina mutata sunt, Septembris » (quo imperaverat) in Germanicum, et Octobris (quo natus erat) in Domitianum *Para*, » vel *Peri tis nikis*, Παρὰ vel περὶ τῆς νί» κης, *ex victoria*, vel *propter victoriam* «. Unde librarii Graeci mendo fuerit Παρθενικός, sicut etiam poterat esse Πρωτόνικος, quasi *princeps victor*, et id genus: hoc ut expendant, aliis libenter relinquimus. Mihi placeret, si dixisset Eusebius, haec facta fuisse a Domitiano Παρατονικῶς, *inconvenienter*, *inepte*, *absurde*.

2109. Mira concordia inter Arm. et Gr. textum Chron. Pasch. quo et Vallarsius usus est. Scaliger aliqua ei immiscuit ex sequentibus Syncelli verbis, p. 273. D. Οὗτος μετὰ Νέρωνα δεύτερος Χριστιανοὺς ἐδίωξε. καὶ Ἰωάννην τὸν θεολόγον ἀπολιν ἐν Πάτμῳ τῇ νήσῳ περιώρισεν. ἔνθα τὴν ἀποκάλυψιν ἑώρακεν, ὡς ὁ ἅγιος Εἰρηναῖος φησί. Quae si aliquatenus favere Eusebio putaverit Scaliger, sciat tamen Eusebium ipsum certissime verbis apud Chron. Pasch. repertis loquutum fuisse. Talis enim est, ut nobis videtur, Interpretatio Arm. ubi adeo Graeca elucent, ut etiam casus nominis ⟨illegible⟩ merum Hellenismum praeseferat εἰς Πάτμον. De Hieronymi interpretatione editores ejus satis superque certant, atque varias varii critici conjecturas pronuntiant de illis Lat. verbis, *quam Iraeneus interpretatur*. Sed reducendus locus ad Graecum fontem: ubi verbum δηλοῖ, quod per se sonat, *manifestat*, *patefacit*, *declarat*, supponit pro *refert*, *narrat*, *tradit*, ut apposite reddidit noster ⟨illegible⟩, *narrat*, et Du Cange in Chron. Pasch. *tradit*, quam sententiam et Sync. expressit altero verbo φησί, *dicit*; ergo horum sensu accipiendum et Hieronymi verbum *interpretatur*, quamvis late sumptum. Verum hic nolumus praeterire quin reprehendamus illam Scaligeri hallucinationem, qua conjecit, immo statuit, Syncelli locum laudatum ex priori Eusebii libro desumptum fuisse, alterum verò (cui soli nos subscribimus) Chron. Pasch. textum a praesenti Canone. » In Graecis (ait p. 204. ad MMCX) » ὡς Εἰρηναῖος δηλοῖ. Vel, ut in priore libro, » ὡς ἅγιος Εἰρηναῖος φησιν «. Quod sic accipe. Scaliger in suo Pseudo-Graeco-Eusebiano libro priore Syncellum pro Eusebio coluerat: utinam et auctorem Chron. Pasch. recoluisset in Canone sine interpolatione!

2110. Haec omnia accurate restituuntur ex duobus Gr. eclogariis, nec verò ex uno tantum, ut frustra tentarunt editores Hier. qui Syncellum tantum transcripserunt. Interea tamen pro nomine Βρέττιος (quod constanter fert Sync. nobiscum) aut antetulerunt lectionem Chron. Pasch. Βροῦτος, vel potius interpolarunt ad normam lectionis Hier. *Brutius*, reponentes Βρούττιος. In sequentibus, quum ambo Interpretes expresserint *sororis filiam*, id satis declarat, eos aut legisse in Gr. disjunctim, quasi ἐξ ἀδελφῆς γεγονυῖαν (ut habetur in Historia Eccl. ipsiusmet auctoris nostri altero opere. Lib. III. c. 19), aut ope loci citati eodem sensu accipiendum duxisse illud ἐξαδελφή, quod apud Sync. legitur. Nec obstat, quod hoc nomen malint alii ut exprimatur per vocem *patruelis*; nam sicut ἐξάδελφος, *natum*, sic ἐξαδελφὴ *natam* indifferenter *ex fratre* ac *sorore* inducit. Goar in Syncello suo *consobrinam* dixit: si quis velit, adeat et animadv. Scal. p. 205. ad MMCXII.

2111. Non leviter peccavit Scal. legens in Gr. διοσημεῖαι, quo falsorum potius deorum prodigia, sive profana artificia Jovi adscripta inducerentur pro veris signis Dei veri, quod unum patefacere in animo habuerat Eusebius per vocem Θεοσημεῖαι, quae emendate legitur apud Sync. cui ad syllabas usque cohaeret et Arm. vox ⟨illegible⟩, aliter loco alterius dicendum foret ⟨illegible⟩. Sed fortasse interpretatio Hier. indiscreta, » Multa signa atque portenta «. in eam interpolationem periculosam Scaligerum adduxit. In sequentibus malim cum Scal. ut legeretur καθ' ὅλης, quam cum Goaro κατὰ ὅλης: quod autem desit in Arm. nomen adjectivum ⟨illegible⟩, *universae*, vel quid simile, (ut habetur apud Hier. *toto* juxta Gr.) vel librarii lapsum dixeris, vel potius in significatione substantivi ⟨illegible⟩ commodius subaudias.

2113. *Nerva*, Latina est nomenclatura; alioquin ab Armeniis juxta Graecos Nervas vocitatur.

2114. Deest Gr. textus, cujus avidissimus cum esset Vallarsius, miram interpolationem (ne quid gravius dicam) excogitavit; quippe qui libere usurpaverit hic locum Syncelli. ex p. 277. Τραϊανὸν ἡ σύγκλητος θεὸν ἐψήφισατο, solummodo nomine transmutato in Νερουᾶν, quod parenthesis nota reposuit. Sed melius fecisset, si illud fragmentum sine ulla variatione servasset alteri loco, ut proprio.

2121. Pro *Asia* habita apud Hier. in Cod. Arm. *Menesia* legitur, fortasse *Manisam* Asiae provinciam indicans, alias in Gr. fuit alia vox conjuncta ut μέν, quamvis desit apud Syncellum, qui dixit ad sensum. p. 276. B. Ἀσίας δ'. πόλεις κατεπτώθησαν, Ελαία, Μυρίνα, Πυτάνη, καὶ Κύμη. Ελλάδος δὲ Ὀπουντία καὶ Ὠριτος. ubi pro δέ. videtur Hier. legisse β'. II.

2124. Excepta explicatione ab interp. Arm. apposita, ⟨illegible⟩, reliqua verba eadem et numero fert etiam Gr. textus laudatus verè Eusebianus: de suo itaque ausus est Scal. initio addere ἐν Ρώμῃ, ad normam Lat. edit. Hieronymi: eodem animo interpolavit casum sextum ⟨illegible⟩, ad imitationem Hier. *fulmine*, quasi verò non potuerit D. Interpres *fulmine* dicere Latino more pro *a fulmine*, quorum utrumque pro eodem hic valet: itaque tantum Interpreti Armeno datum est, ut vel casum eundem servaret cum Graeco. sc. *a fulmine*. Ut nihil dicam de ridiculo (*ni* fallor) examine Scaligeri ac Vallarsii invicem certantium, an fidem mereatur, nec ne, praesens historia, quae uno tantum, ajunt, fulminis ictu tam insigne aedificium in pulverem redactum indicare videtur: certè non ita aperte loquutus erat auctor, vel etiam si loquutus esset, de visibili jactura facile intelligeretur: nihilominus non adeo talis inopinatus casus nos movet, quum non desint exempla magnorum incendiorum, quae ab una scintilla principium duxerunt. Ut ut sit, Gr. verbum διεφθάρη apud Sync. sonat *corruptum est*, sive *destructum*, *labefactatum*, ubi Goar placita explicatione dixit *insigniter laesum*. Mirum, quod Interp. noster ⟨illegible⟩ dixit, quod viventibus potius ignominiosam mortem subeuntibus, vel animalibus convenit, sed tamen non semel vidimus usurpatum id ab ipso Interprete pro et sensu carentibus; nisi, ut alibi diximus, malis legere ⟨illegible⟩, vel intelligere ⟨illegible⟩. *eversum est*, vel *solo aequatum*.

2130. Obscurus est in Arm. sensus, quia deest vox *partes*, vel *partem*, ubi Hier. dixit, *penè totam civitatem*.

2131. Ex his breviter excerpsit, immo mutilavit interpolavitque Syncellus p. 276. E. sequentia gratis pro certo fragmento ab aliis usurpata. Ἰουδαῖοι κατὰ Λιβύην, καὶ Κυρήνην, καὶ Αἴγυπτον, καὶ Αλεξάνδρειαν, καὶ Θηβαΐδα, πολεμήσαντες πρὸς τοὺς συνοικοῦντας Ελληνας, διεφθάρησαν. Ubi nota nomen Ελληνας, ceu *Hellenos*, rite ab interprete nostro per ⟨illegible⟩, *Graecos* expressum, sicut apprimè sonat; nec tamen abs re judicatur Hieronymi expositio nunc *alienigenae*, nunc *gentiles*, secundum latam ejusdem nominis sententiam; siquidem Graeci antiqui, sive Helleni, gentiles ipsi erant,

quo sensu etiam apud Armenios non semel Ελληνες, Ηելլեններ *Ethnici* exprimuntur.

2131. Դատաւոր, *Judex*, passim usurpatur pro *Praeses*, immo pro Gr. ἡγεμών, ut patet ex Armena interpretatione sacrarum literarum, sicut etiam hic ejusdem vocis locum tenet. *Procurator* Hieronymo dicebatur, cui minime concedit Scal. dicens. » ἡγεμών in Graecis. *Praefectus, Dux* «.

2132. Haec tantum hoc in loco legebat Interpres noster in Eusebio suo, Τραϊανὸς νόσῳ ἐτελεύτησεν. Sed quia in Catalogo praeferebat etiam nomen urbis Ի Սելինունտ, *Selenunte*, (vide superius p. 21.) utrumque locum simul citasse visus est Sync. p. 277. A. cum dixit. Τραϊανὸς νόσῳ τελευτᾷ κατ' Εὐσέβιον ἐν Σελινοῦντι, (quibus infert idem Sync.) κατὰ δὲ ἄλλους ἐν Σελευκείᾳ τῆς Ισαυρίας δυσεντερίᾳ. Ubi, ut dixi, anteriora Eusebii sunt, quamvis non eodem loco scripta ad fidem lectionis Arm. sequentia verò quis neget aliunde adjecta fuisse ad arbitrium eclogarii, sc. Syncelli? verumtamen Hieronymus nos cogit ut dicamus, quod integra Syncelli verba recensita, ab ipso Eusebio tradita fuerint in canone, siquidem ad amussim eo cedit interpretatio Hier. Latina, sic habita: » Trajanus morbo in Selinunte perit, sive, » ut alibi scriptum reperimus, apud Seleuciam » Isauriae profluvio ventris extinctus est «. Quae sane accuratissime cohaerent cum Sync. loco citato; quod ut magis palam fiat, de verbo reducamus Graeca in Lat. hoc pacto. » Trajanus » morbo decedit secundum Eusebium in Seli» nunte. Secundum verò alios in Seleucia Isau» riae dysenteria «. Nec aliud, ut vidimus, Hieronymus dixit, idque tam diligenter expressit, ut ex ipso Hieronymo corrigenda sit etiam Latina interpretatio Goari in suo Syncello, tam libera, quam praepostera, his verbis. » Traja» nus dysenteriae labe percussus, Selenunte, » si Eusebio; sin aliis fides detur, Seleuciae » Isauriae moritur «. Ubi vides non ita Goarum, ut Hieronymum Syncelli verba fideliter praeseferre. His ita positis, facile concedendum dixeris excidisse a codice nostro ea, quae una voce ferunt Hier. et Sync. quod et nobis ultro fatendum esset, nisi obstare videretur ipsiusmet Syncelli modus loquendi, qui (ni fallor) demonstrat Eusebium tantum dixisse Trajanum in Selinunte diem obiise; alteram verò sententiam, quae eundem fert in Seleucia Isauriae mortuum esse, apud alios auctores repertam fuisse ab ipso Syncello. Quod si constet, nihil mirum, quod eosdem auctores quos Syncellus inspexit, inspexerit etiam Hier. et hinc eadem adjecerit in Lat. Canone suo; sicut etiam haec in sequentibus idem Hier. addidit: »... extinctus est anno aetatis LXIII. mense IX. die IV. Ossa ejus in urnam auream collata, et in foro sub columna » posita: solusque omnium intra urbem sepultus » est «. Omitto infinita alia ab. Hier. in rebus Romanorum addita, quae possunt occurrere etiam apud Graecos auctores, quamvis minime eorum Eusebius meminerit. Sed liberi sunt lectores, ut quam velint ex duabus sententiis oppositis, eam sibi eligant: nos non semel libavimus quamdam intimam affinitatem inter codices Hier. et Sync. (perraro saltem) visam, quae tacitae interpolationis in Gr. vel Lat. suspicionem mihi praebet, quam nullam esse valde aveo.

2133. Plus aequo invehitur Scaliger in Hier. propter Alexandriam labefactatam. Eusebius id dixerat. Tantum per hyperbolen videtur D. Interpres, *subversam* dixisse: certe non debuit vir criticus stricte illud accipere, quasi verò Alexandria funditus eversa, et clade deleta fuisset; sed Interpres noster litem sedabit.

2133. Si non certè, non ita tamen abs re conjecit Scal. p. 209. ad MMCXXXIV. dicens: » Puto in Graecis fuisse Ἀδριανὸς τῶν Ἰου» δαίων κρατεῖ τὸ δεύτερον κατὰ τῶν Ῥω» μαίων νεωτερισάντων. Nam (inquit) sem» per τὸ κρατεῖν καὶ τὸ χειρώσασθαι, Hiero» nymus vertit *capere*, non, quod debebat, » *domare, subigere* «. Plenius itaque satisfecit Scaligero Interp. Arm. exprimens Հնազան֊դեաց. ad verb. *in obedientiam redegit, subegit, subjecit, parere coegit*. Verum si constabit lectio τὸ δεύτερον, ut Hier. legebat, vertebatque *secundo*, legendum erit etiam in Arm. unius litterae additione երկիցս, pro երկս: quod si concedimus, ad rem facit expositio Scaligeri, » nimirum prius sub Vespasiano (rebel» lantes), iterum sub Hadriano «. Sin verò երկիցս, *tertio*, vel *ter*, tenendum sit, corruit critici viri interpretatio.

2135. Satis bene confecit Gr. textum ex Sync. loco citato Scaliger; erravit tamen, quia omisit nomen καὶ Οἰνόμαος: ubi risum omnibus movet id quod Scaliger fecit, post quam enim erravit in eo nomine, dum Syncellum transcribit, oculis in ejus scripta defixis, accusat ipsum Syncellum, vel ejus codicem, ubi ait p. 211. » *Oenomaus*. Omissum est in Grae» cis culpa Georgii, aut librarii «. Dicendum erat, mea culpa. Quod qui neget, idem negabit unicum esse codicem Syncellanum, quo usus fuerat Scal. eumque postea in lucem Goarum edidisse, ut ipse editor contendit: neque enim dicere possumus id nomen a Goaro in editionem suam fuisse tacite insertum.

2136. Ubi nos diximus *bellum sustinuerunt*, ferè Armeniacis verbis, poteratque etiam dici, *bellum passi sunt*, vel *bello laboraverunt*, Scaliger vult ex Gr. reddi, *bello domiti*, non abs re; si tamen non iniquè reprehenderet Hieronymum, qui ut passim, latiore sensu procedit. » Bellum contra Sauromatas gestum «.

2140. Qui sit hujus loci sensus, paulo expressius Hier. voluit declarare, de quo mox iterum verba faciemus ad ann. 2145. Interim juvant geminae voces illae Syncellanae μυηθεὶς τὰ Ελευσίνια, ubi Scal. reposuit τὰ μυστήρια.

2140. Utcumque velit, legat nomen codici nostro incognitum Scaliger, qui p. 213. ad MMCXLII. contendit pro *Grannio* ut apud Hier. legitur, legendum esse *Grannianus* ex epistola ipsiusmet Hadriani, et ex Hist. Eccl. auctoris nostri. Quod autem dixit pro λαμπρότατος, *clarissimus* vertendum esse, nobiscum facit. Hier. paraphrasi dixerat, *vir apprimè nobilis*, cum diversa constructione praesentis sermonis. Nomen vero *Minutii* confuse habitum in Arm. *Armonicos*, lego *Ar Minocios*, i. e. *Ad Minucium*.

2143. Կրոնաւորն, dirimit litem quae inter editores Hier. viget, quò enim evidentius probat lectionem Scaligeri *regius*, eò magis erroris arguit alteram apud Vall. *egregius*. Quod si nova dissonantia accidat inter sequentia Hieronymi augmenta, non ad nos ea pertinet.

2145. Qui satis perite intelligunt Arm. verba ad comparationem Gr. tum hic, եաեւ զիս երկնաբնացոց, tum paulo superius, զնաւսա երկն իրաց երկնաբնացոց, quasi sensus sit, այլ արար կամ հաղորդ դաւս երկնեաւն պաշտաւնեից, omnino accuratam comperiunt tam lectionem, quam expressionem Interpretis nostri. Verè enim is ut legerat juxta genuinum textum Gr. μυεῖται vel μυηθεὶς τὰ Ελευσίνια, ita et rem in Armenum transtulit eo ferè modo, quo optaverat Scaliger ab Hier. expressum fuisse *visit*, vel *visens Eleusinia*; ubi tamen Hieronymus, aut potius ejusdem codex depravatus homus, aut potius ejusdem codex depravatus homus, aut potius ejusdem codex depravatus hom

2183. Plurimum valet hic locus ad dirimendam controversiam, quae hactenus viget tam inter editores Hieronymi, quam apud Bollandistas aliosque criticos, eam scilicet, an Eusebiana tantum an etiam sua exposuerit Hieronymus his verbis Lat. Canonis. » Persecutione orta in Asia, Po» lycarpus et Pionius fecere martyrium, quo» rum scriptae quoque Passiones feruntur «. Causa dubitandi quamvis ex alio fonte manabat, quod scilicet Pionius vel Poeonius juxta probatam sententiam post Polycarpum sit sub Decio; altera tamen ratio accedebat ex auctoritate Syncelli, qui p. 280. C. hunc Canonis locum praeseferre visus est, quin ullam de Pionio mentionem faceret. Sed quia nemo pro certo habebat, utrum Syncellus integre transcripserit, an potius excerpserit Eusebium, eumque ad sensumne, an ad verbum; quocirca quaestio adhuc erat incerta, atque pro utraque parte suus stabat Achilles. Nunc itaque primum omnino certiores omnes esse debent propter certissimum fidelissimi dilegentissimique Interpretis nostri testimonium, de Pionio hic Eusebium nullatenus mentionem facere, sed ab Hieronymo adjectam fuisse; cuperem quidem Hieronymi librarios id fecisse, ut S. Doctor excusari facile possit. Excusari inquam, non, quod ipse aliqua in Canone addiderit, (id enim vitio ei minime vertendum est, cum aperte in praefat. multa a se inserta fuisse dicat, quod et opus totum demonstrat) sed quod quae minus conveniunt, hic addiderit. Certe enim, sive Hieronymus sit, sive ejus interpolator, qui Pionium Polycarpo adjunxerit, erravit; imo eum decepit locus Histor. Eccl. Eusebii nostri Lib. IV. cap. XV. siquidem cum ibi post longam enarrationem martyrii S. Polycarpi, in calce ejusdem capitis obiter auctor mentionem etiam fecerit aliis de martyribus qui Smyrnae (non tamen eodem anno), martyrium fortiter tolerarunt, in primis verò de celebratissimo S. Pionio presbytero, lector sibi persuasit Pionium Polycarpi socium in martyrio fuisse, et hinc aequum duxit in Canonem Latinum Pionii memoriam referre, nempe ubi de Polycarpo memorabatur. Haec satis noverint ii, qui acta Martyrum juxta traditionem Occidentalis simul ac Orientalis Ecclesiae inter se conferre velint.

2186. Ita ferè sonant Arm. voces usurpatae ab Interprete nostro, ut auctorem suum explanaret, in quo certe non erravit. Hieronymus Graeca dialecto contentus est, cum dixit » Halieutica miro splendore conscribit «. Porrò satis nota est vox Gr. Ἁλιευτικὸς *piscatorius*, ex quo τὸ ἁλιευτικὸν opus, ceu commentatio Oppiani de piscatu, ἁλιευτικὴ, *Piscatus, ars piscatoria*. Omitto criticorum verba, qui jurè fortasse contendunt Oppianum sub Antonino Caracalla floruisse, cui opus suum nuncupaverit, non autem sub M. Aur. Antonino Philosopho. Ut ut sit, nescio quomodo pro Πομπω̃νιος Ὀππιανὸς irrepsit in Cod. nostrum Gr. vel Arm. Պիպիանոս. Պիպիանոս.

2188. Eusebium, ut vides, accurate transcripsit auctor Chron. Pasch. in tota hac historia, praeter aliquas voces, quae, quia interpolationi obnoxiae erant, nota parenthesis restituimus: certe ad emendationem juvat ex parte Syncelli locus p. 280. E. etiamsi breviter expositus vel ad sensum tantummodo accedens hoc modo. Ταῖς Χριστιανῶν εὐχαῖς ὁ Ῥωμαίων στρατὸς δίωξει διαφθείρεσθαι μέλλων ἐν Κυπέδοις περισώζεται Θεοῦ ὕσαντος, καὶ τοὺς πολεμίους Γερμανοὺς καὶ Σαυρομάτας σκηπτῷ διαφθείραντος, ὡς καὶ αὐτὸς Αντωνῖνος ἐπιστέλλων μαρτυρεῖ. Περτίναξ ἠγεῖτο τοῦ στρατοῦ.

2192. Eadem sunt verba apud Sync. quae Interpres noster legerat in Eusebio, et verbum verbo redditerat in Arm. nisi tantum ordo vocum aliquatenus differre videatur, quem ideo interpolare cum Scal. religio nobis censetur.

2194. Pro յեւրոմանեկսոյ lego cum Graecis et Latinis, 'ի ռոմանոյ, vel 'յռոմանոյ: Sicut et in sequentibus legendum ամիանա vel ամիանիա pro սաւսիա:

2196. Totidem annos fert et Hier. apud Vall. quamvis Scaliger uno minus legerit XII. medium tenet Eutropius ab eo laudatus, sc. annos XII. cum mensibus VIII. qui tamen calculus jure tredecim annos in canone occupat.

2202. Constans haec lectio emendabit tibi editionem Hier. ubi X. tantum anni hodie leguntur, quod librarii (ni fallor) mendum etiam in Gr. Canonem suum Scaliger transferre non dubitavit; utinam Graecum consuluisset eclogarium sibi amicissimum, sc. Syncellum, qui p. 282. omnino *annos XII.* ἔτη ιβ'. praefixerat cum auctore nostro. Certè Vallarsius voluit Syncello morem gerere, sed nescio quo lapsu (typographi crediderim) pro ιβ'. ιδ' ipse excudit: causa confusionis fuit praecedens numerus ordinalis ιδ'. Tandem ipse Vallarsius ultro anteferendum putavit calculum nostrum, quem Eusebii esse ignoravit, his verbis in annot. » Exin» de docti Chronologi annos solidos XII, diesque » X. praeterea supputant «.

2202. Textus est Eusebianus, quem ex Chron. Pasch. citavimus; expunge dumtaxat nomen Ῥώμης, eumque bis repetitum ab eclogario explicationis gratia. Scal. primum expunxit, secundo morem gessit; adde quod et alia supervacanea retinuit vel interpolavit. Adhaec pro ὅλα legendum erat ἄλλα, vel etiam πόλλα, quod tamen Scal. vix animadvertit. Juvat ex parte Syncelli locus, p. 282. B. Τὰς ἐν τῷ Καπιτωλίῳ βιβλιοθήκας καὶ ἄλλα τούτου μέρη σκηπτὸς κατέφλεξεν.

2204. Item accurate Eusebii textum descripsit auctor Chron. Pasch. si excipias additionem nominis Ῥόδου, quod ut Eusebius non posuerat tamquam rem omnibus notam, ita et uterque Interpres non habuit. Vallarsius itaque commendandus, qui Graeca eadem assequtus est. Contrà Scaliger reprehendendus, qui his relictis, Syncellum (non sine interpolatione) sibi ascivit ex p. 282. B. ubi legimus, Τοῦ ἐν Ῥόδῳ ἡλιακοῦ Κολοσσοῦ τὴν κεφαλὴν ἀφελὼν Κόμοδος τὴν ἑαυτοῦ ἔστησεν. Haec inquam minus recte usurpavit Scaliger interpolavitque de more, quod ei concedimus; sed minime ferenda sunt quae absurdè animadversionis loco scripsit p. 226. ad MMCCV. dicens. » In Graecis Eusebii » ἡλιακῷ Κολοσσῷ, quod quare omiserit Hie» ronymus, caussam nullam video «. Nobis ergo liceat potius dicere. » In Graecis Eusebii » apud Chron. Pasch. haud secus ac in Lat. » Hier. et in Arm. nostra interpretatione, nulla » est mentio ἡλιακοῦ, quod quare Eusebio » adscripserit Scaliger, caussam nullam vidi» mus «.

2208. Eusebianum textum praeseferre Syncellus satis visus est, malim tamen ut pro ἐνέπρησεν restituereturr διαφθάρησεν, quod vel digito demonstrat Arm. verbum ապականել. *corrumpere, devastare*, cuique ad sensum accedit modus loquendi Hieronymiacus, *solo coaequatur*.

2209. Accurata et plenior lectio nostra commendat Gr. fragmentum quoad omnia verba, praeter Βεστιανου, quod Βεστιλιανου legendum demonstrat, sicut etiam probat vulgatam Hier. *Vestiliani*; et hinc irritum reddit conatum criticorum, quorum postremus Roncallius dixerat. » Legendum *Vectiliani*, quod jam ante » Vallarsium praenotaverunt Pontacus et Sca» liger «. Omitto decurtatam expressionem Hier. ubi suppressa est significatio vocum αἰφνίδιον ἐτελεύτησεν, ad amussim observata in Arm. յանկարծակի վախճանեցաւ.

2209. Nimis obscura, immo depravata ac mutila est hic lectio codicis nostri, ita ut quaedam praeposterè collocata sint, quaedam mendose scripta, si non ab Interprete, certe a librariis. Sincera autem est omnino lectio interpretatioque Hieronymi, cui accurate cohaeret et Gr. textus, quem tamen accuratius praeseferret Arm. interpretatio, si paucis interpolatis, sic legeretur ' Յաղագ[ի] զնա սիրկլիտոսին' կնոջ նորա սերտաւ կոչէ, և զորդի իւր կայսր կացուցանէ, սերտիտոսս զխնդալարձ լինէր' ասէրով, եթէ ինքն իսկ բանտարար զայր հաւանէր իշխանութեան: Պերտիտոսս սպանաւ. 'ի պաշտաման: Alioquin promiscua lectio codicis nostri aeque ferè faveret contrariis inter se sententiis Dionis, et Jul. Capitolini; de quibus sic agit Scal. in animadv. p. 227. in hunc locum. » *Pertinax obsecrante Senatu*. » Eusebius ex Dione: ὀυτε δὲ τὴν γυναῖκα » Αυγοῦσταν, οὔτε τὸν υἱὸν Καίσαρα, καί» περ ψηφισαμένων ἡμῶν, ποιῆσαι ἠθέλησεν. » Ideo nullus nummus extat istius mulieris. » Adversus Dionem Jul. Capitolinus: *Eadem* » *die, qua Augustus est appellatus, et Flavia* » *Titiana uxor ejus Augusta est appellata*. » Cui melius credetur, quam Dioni ipsi, qui » interfuit? «.

2210. XVIII. Ita etiam Hier. ad fidem omnium fere codicum, excepto tantum Parmensi, quem XIX. ferre Vallarsius testatus est, sicut etiam auctor Chron. Pasch. ιδ'. habuerat; cui morem gessit et Scal. in Gr. canone suo, quasi verò desit auctor Graecus, qui ιη'. praeferat cum Eusebio, ut reapse Syncellus ita constanter habuit, quem et Vallarsius feliciter imitatus est.

2212. Supple ad imitationem Hier. » Theo» philus Caesariensis, Polycrates quoque, et » Bacchilus « etc.

2220. Constantissima lectio, quaeque numquam varia habetur in Gr. Sync. Μουσιανὸς, reprehendit primum variantes Hier. codices, *Musanus, Musonius, Clusianus*, quorum omnia referenda sunt in lectionem nostram *Musianus*: secundo reprehendit Scaligerum restituentem in Gr. juxta lectionem suam minus correctam Μουσάνος. Sed alia de causa magis reprehendendus est; siquidem cum legerit vir criticus in quibusdam Hier. exemplaribus illud antiquariorum augmentum ab Eusebio inauditum: » Hoc anno Jobileum a majoribus inve» nimus celebratum «, nimis arroganter animadvertit in auctorem nostrum p. 229. sic rem concludens. » Est hallucinatio Eusebii «: cui respondere potest omnis, qui verum Eusebium nostrum dehinc possidebit.

2227. Non Hieronymus tantum suadet ut legamus 'ի բարեաւթիւն, pro 'ի բարբարոսաց, sed etiam verbum praecedens վախճանեցաւ. minus recte regens casum ablativum, mendi eam vocem accusare visum est: adde auctoritatem Syncelli ad sensum haec dicentis, p. 283. D. Σευῆρος εἰς Βρεττανίαν ἐλθὼν, τόσῳ πολεμίᾳ τελευτᾷ, ἤγουν ἐπιληξίᾳ. Praeterea notabis apud Hier. praemissum nomen civitatis *Eboraci*, ad imitationem Catalogi nostri, ubi haec legebamus. Վերկրա վախճեցաւ. յերգրա. կոյս:

2228. Probatur itaque magis lectio Vallarsii in Hier. VII. quàm Scaligeri habentis tantum VI. Adjice suffragium Syncelli juxta Eusebium dicentis p. 284. A. Αντωνῖνος, ὁ ἐπικληθεὶς Καράκαλλος, υἱὸς ὢν Σευήρου, ἔτη ζ'. Ubi obiter adverte quod in Arm. cum Gr. dicitur *Caracallus*, nos autem Latino more aliquando dixisse *Caracalla*.

2235. Desideratur apud nos ζևֆեստանեաց, quod respondeat illi in Gr. apud Sync. Ηφαιστίοις, et in Lat. apud Hier. *Vulcanaliorum*. Pro autem ἀμφιθέατρον explicite reposuit Interp. noster *locum circumspeculatorium*, quod minus expediret refundere in Latinam nostram interpretationem, cum magis usitatum sit Romanis nomen ipsum Amphitheatri.

2255. *Edessam* sciant lectores in Arm. exprimi *Urha*; nec tamen offendiculo cuipiam id esse potest, quasi vero Interpres noster nomen hodie alienigenis potius usitatum usur-

paverit. Vetustissima est talis nomenclatio apud Orientales, cum ea urbs ita appellata sit, ut quidam volunt, ubi primum condita fuit, atque hinc non semel occurrit id nomen etiam apud majores nostros, praesertim verò (quod mire ad rem facit) eo nomine *Urha* usus fuit alter Armenus Interpres Historiae Ecclesiasticae Eusebii nostri, quinto ipso saeculo, sicut etiam Moses Chorenensis noster, ejusdem aetatis auctor, quem nostrum Interpretem esse contendimus.

2256. Ergo Eusebius habuit in lectione Interpretis nostri Αντερος vel Αντυρος, id enim satis prodit Arm. անտերս, nec vero Αρτερος, cui respondere debuisset ատտերս. Idem dicendum et de Hieronymo, qui procul dubio priori modo legerat expresseratque *Anterus*, quamvis postea librarii inseruerint aspirationem supervacaneam *Antherus*. Frustrà ergo recentiores editores tentarunt restituere in Hier. *Anteros*, ut fatetur Vallarsius, idque ante eum contenderat gratis Scal. p. 254. ad MMCCLIV. sed hujus verba videntur magis facere adversus aspirationem *th*, quam et Eusebius noster rejiciendam docet.

2262. Historia haec tota, quae diversis lineis continetur, pertinet ad annum ՈՂԿԲ. ևամ ՈՂԿԳ. 2263, vel 2264 juxta systema auctoris nostri, quo Romae fundatio praefixa erat anno ՈՂԿԳ. 1264. sic enim millesimus annus urbis conditae accuratè se habet: itaque late dixit auctor *sub initium* regni Philippi, pro anno *secundo* vel *tertio*, ad fidem nostri canonis cum Hier. in edit. Scal. vel pro *quarto* juxta editionem Vall. quamvis enim apud editores Hier. historia collocetur anno Philippi *secundo*, in *tertio* tamen, vel in *quarto* memoratur *Agon mille annorum*, qui annus est etiam *tertius Olympiadis* CCLVI. juxta Scal. et *quartus* juxta Vall. apud nos verò *primus* annus sequentis *Olympiadis* CCLVII. Hinc patet, quod cum jure accusare posset Scaliger editionem Latinam (eamque variatam), injuste librariorum incuriam Hieronymo vitio vertit, dicens, p. 234. ad MMCCLXI. » Quare hic millesimum » annum assignaverit, quum ad hunc nume» rum non pertineret, et iterum infra etiam » Agonis millenarii meminerit, quaerant alii. » Ita non raro Hieronymus alieno loco pone» re gesta solet «. Tu replica. » Ita non » raro Scaliger scribarum lapsum gratis S. » Interpreti objicere solet «. Alioquin debuisset culpare non Interpretem, sed Auctorem, sc. Eusebium; quem tamen fortasse non credidit tenuisse res Romanorum, et hinc ab Hier. haec addita fuisse. Sed virum criticum sua potius editio decepit, ubi spatium hoc historicum collocatur in medio interrupti canonis plenis lineis, sub anno Abr. MMCCLXI. quum debuisset arctari in regione Canonis; tunc enim non facile credidisset haec stricte referenda esse ad annum praescriptum, sed potius ad annum MMCCLXIV. ubi finem haberet spatium historicum; sicut revera fert Canon noster: cui aliqua ex parte suffragatur editio Vall. Id sane et ipse Scal. multis probaverat in animadv. loco citato, scilicet haec debere reponi *numero* MMCCLXIV. Sed quia ipse ediderat integra verba anno MMCCLXI. non immerito adjecit. » Triennii prochronismus «. Quod autem in praesenti loco non desit mendum in variis Lat. codicibus, luculenter probant illa in sequentibus verba confusa. » Atlas mons » natali (sic in edit. Scal. ubi Vall. *Quadra*» *gesimus missus natali*) Romanae urbis cu» currit, et Agon mille annorum actus «. Quae utcumque velint lectores, reducant ad vestigium auctoris nostri, quamquam servatis et quibusdam Hieronymo. Contrà lectio Hier. fortasse accurata fuit in Gr. ex verbo καίω, unde reddidit *incensum*, ubi apographum nostrum habuit passivum verbi καλέω, quare reddit Arm. Interp. կոչեցաւ, *vocatum*, pro այրեցաւ, quod bene habetur infra anno ՈՂԿԹ. 2269.

2269. Eadem aliis verbis Sync. p. 289. A. Δέκιος δὲ τὴν ἀρχὴν διαδεξάμενος, δύο ἔτη, διὰ τὸ πρὸς Φίλιππον ἔχθος, πικρὸν ἤγειρε κατὰ Χριστιανῶν διωγμόν. Adde quae Vall. adnotavit, Hieronymum quoque affirmavisse Lib. de viris illustribus, cap. LIV. motam a Decio persecutionem » eo quod in religionem » Philippi desaevisset, quem et interfecit «. Sed clarius est testimonium Hier. de religione Philippi, in ipso Canone, ubi primo ejus anno haec addiderat. » Philippus Philippum » filium suum consortem regni facit, pri» musque omnium ex Romanis Imperatoribus » Christianus fuit «. Quae Hier. augmenta pro certo Eusebii textu gratis habuerunt alii: solummodo dicere debuerunt, quod certe id supponit et auctor noster tum hic, ubi de persecutione Decii agit, tum in Hist. Eccl. L. VI. c. 39.

2270. Graecorum more nominantur hi in Arm. Ναυάτος, vel Ναβάτιος, et Ναυατιάνος.

2287. Locus obscurus, quia depravatus tum a librario Armeno, tum antea etiam a Graeco. Nota itaque Hieronymum commodius, nescio, an emendatius, legisse in Gr. Βρουχεῖον, nomen loci ab aliis vocitatum Προυχεῖον, Πυρουχεῖον, Βραχεῖον, etc. atque adeo integrum locum sic exposuisse. » In Alexandria Bruchium, quod » per multos annos fuerat obsessum, tandem » capitur «. Noster verò Interpres quomodo legerit in apographo suo, nos latet, cum desit nomen proprium, inque ejus locum succedat *externi agri*, արտաքին անգաւառաց: adde quod verba Armena tam possunt intelligi de hostibus suburbana Alexandriae obsidentibus, quam de altera calamitate superveniente, ita ut posset quis dicere lectum esse in Gr. βροῦχος, quod est species locustarum, vel vermis genus, qui herbas et arborum frondes rodit. Sed id divinare est sine ratione, an in Arm. habeatur ՃրՃուր, vel quid simile.

2303. Juxta Eusebium Carus dicitur in mesopotamia extinctus, vel mortuus, et Carinus occisus *in Cornacis praelio*. Hier. autem Carinum dicit praelio victum occisumque apud Margum, et de Caro ait: *super Tigrim castra ponens, fulmine ictus interiit*. Ubi videtur Hier. aut alios Romanos auctores imitatus, aut confundentibus librariis Carum cum Carino, pro proprio nomine Κορνακῆς, vel Κορνέκος, legisse Κερανός, sc. *fulmen*. Verum Cornacis nomen (quod et uni ex antiquis regibus Armeniae proprium est) etsi ignotum videatur aliis, notissimum tamen est in historia Armena, obiter quidem laudatum apud Choren. L. II. c. 76. at satis luculenter descriptum apud Samuelem hoc spatio totidem verbis. * Կռաւնակ սպարապետս մեծին Խոսրովու. Կորն սպարապետ՝ ասէն յերկարեալ ամեն կենդանի ՉԿ. և ասել՝ ի ժամ մանկանն զայն և պանծալ և գՀերս և զաստուածն և զզօրութիւնն մարդկեայ ասելով. ոմն և Հայր զԱրտաշէս կոչեցեալ և սպանեալ. կարս երդասէր խրամ (կայծակնահար) ի պատերազմին ||. id est ad verbum. » Cornax dux exercitus magni Chosrois patris » Tiridatis dicitur protraxisse annos vitae CLX. » atque tenuisse in hora mortis oculos, aures, » capillos, dentes, vimque corporis juventu» tis. Is percussit Carum Imperatorem, oc» cisus autem fuit Carus cum filio (Carino) » in praelio «, commisso videlicet contra Persas, quorum praefectus militiae erat Cornax Armenius.

2319. Ultimo hoc loco intercidit a codice nostro una sola pagina, quae requiritur ab anno Diocletiani XVII. usque ad vicennalia Constantini Magni, ubi finem toti operi impositurum se non obscure declaraverat auctor in principio operis: quodque affirmant omnes ferè, qui hac de re mentionem fecerunt. Supplebit ergo quod deest, potius Samuelis nostri, quam Hieronymi lectio; quum multa hic Hieronymiana, paucissima ut Eusebiana habenda sint. Quod autem Hieronymus abundet multis post medium Canonem, non est necesse id ut probemus, quum ipse S. Interpres jam id de se fassus sit.

2343. Traditio Ecclesiae Orientalis de Sacrosancta Synodo Nicaena congregata Anno Christi 318. juxta numerum SS. Patrum ejusdem Concilii, considerata est apud antiquos tamquam adumbrata in antiquo etiam testamento, ubi *Genes.* XIV. 14. refertur S. Patriarcha Abraam stipatus suis vernaculis 318. famosam illam victoriam de quinque regibus reportasse; sicut et nomen *Nicaea*, *Victoria* audit, ut νίκη, vel νίκημα, aut *victoriae largitrix*, ut νικεῖα. Unde et Hymnus Arm. de eadem S. Synodo. * Ո՛վ հրաշալի նախաւորք մեր յաղՀողք ի մարտ, որք գաւազակցեալք ի Նիկիոյ գաւառ, զաղ երջանիկ դիտացեալ եկաք՝ նիդ ||. h. e. » O admirandi Patriarchae *sem*» *per victores* in bello, qui congregati fuistis » in *Nicaeae* congressum, *cohortes* felicium » Speculatorum (sive Episcoporum) uno ver» bo procedentium «.

Interim multum mihi displicet Eusebium inter Patres Nicaenos annumeratum Canonem suum conclusisse aliquot annis ante ipsum S. Concilium Nicaenum; vereor enim non inconsulto id facere deliberasse, ne forte cogeretur veram de illo sententiam declarare contra Arianos, et Semiarianos, quibus, ut dicitur, plus aequo favebat: sed de his rebus fusè alii. (Hic reponendam Summam Chronologiae Eusebii vide in calce P. I. p. 196.)

Plura fortasse adhuc scitu digna, vel meliora oporteret addere praesentis operis celebratissimi dilucidandi gratia; verum nos satis, imo plusquam satis ducimus a nobis hactenus dicta, eaque imprimis directa ad demonstrandam fidem Interpretis Codicisque Armeni, fidelitatemque nostram in Latina ejus versione, et in seligendis Graecis fragmentis indubie Eusebio juvantibus. Reliqua momenta magis optanda aliis remittimus studiosis antiquitatis exploratoribus, quos optamus nostris laboribus ad meliora proficere.

Sane vicario aliquatenus munere, licet per omnia tibi impar, ut jusseras, providi illam Eusebii venerabilis Episcopi Constantinopolitani (lege, Caesariensis) de cunctis temporibus historiam. Sed in hoc fuit obtemperandi mora, quod instructu tuo, quia ipse non haberem hunc codicem, Romae reperi apud parentem nostrum vere sanctissimum Domnionem, qui procul dubio promtius mihi paruit in hoc beneficio, quod tibi deferendum indicavi.

In serie Epist. S. August. XXIV. *vel* XXXV. n. 3. Paulinus, et Therasia ad Alypium Episc.

INDEX

NOMINUM RERUMQUE MEMORABILIUM IN UTRAQUE PARTE

CHRONICI EUSEBIANI

UNA CUM SUIS ADNOTATIONIBUS

I. partem Primam, *II.* Secundam; numerus adjunctus paginam notat.

A

Aaron Pontifex. *II.* 59.
Abas rex Argivorum. *I.* 125. *II.* 65.
Abdamonus, vel *Abdemonus Tyrus*. *I.* 86. 87.
Abdon. v. *Labdon*.
Abgarius (secundus) rex Edessae. *II.* 165.
Abia rex Juda. *I.* 89. *II.* 87.
Abiathar pontifex. *II.* 83.
Abibalus rex Tyri. *I.* 85. 86.
Abidenus, vel *Abydenus auctor citatus*. *I.* 23-30. *celebris ejus locus de successoribus Beli usque ad Ninum*. 37-39. 68. 171.
Abimelech judex. *I.* 78. 82. *II.* 73.
Aborigines, Romanorum antiqui. *I.* 172. 173. *et seqq.*
Abraam, vel *Abraham Patriarcha*. *I.* 47. 52. 53. 68-74. *II.* 10. 35-43. 173.
Acastus princeps vel *rex Athenarum*. *I.* 129. *II.* 83.
Achab (Arm. Achaab) rex Israel. *II.* 89.
Achaz rex Juda. *I.* 89. *II.* 99.
Achencheres rex Aegypt. *I.* 104. *item* 111. *II.* 57.
Acheres rex Aegypt. *I.* 104. *alter Achoris*. *I.* 106. *II.* 123. v. *et Athoris*.
Achurardista. vide Atossa.
Acises rex Babyloniae. *I.* 21.
Acrazanes, vel *Acrazapes*, vel *Acrapazes rex Assyriorum*. *I.* 48. *II.* 93. 182.
Acrisius rex Argivorum. *I.* 125. *II.* 67.
Acta. Actis. v. *Attica*.
Adam primus homo. *I.* 54-61.
Adramel rex Assyr. et Babyl. *I.* 26.
Adrastus rex Sicyoniorum. *I.* 123. *II.* 73.
Adrianus, vel *Hadrianus Imp*. *I.* 146. *II.* 159.
Aedo Molossorum rex. *II.* 65.
Aegeus rex Athen. *I.* 128. *II.* 71.
Aegeus, vel *Aeteus rex Colchicus*. *I.* 46. *II.* 73.
Aegialea regio, sive Peloponnesus. *I.* 121. 122.
Aegialeus rex Sicyoniorum. ibid. *et II.* 35. 89.
Aeginaei, vel *Aeginetae, qui mare obtinuerunt*. *I.* 152. *II.* 117.
Aeglon, vel *Aelon judex, qui deest in nonnullis exemplaribus τῶν* LXX. *I.* 78. 82. *II.* 75. 180.
Aegydrus rex Sicyoniorum. *I.* 122. *II.* 41.
Aegyptus rex, a quo nomen regionis. *I.* 104. *II.* 61.
Aegyptus Mezraim (unde nomen loci vulg. Misir). *I.* 97.
Aegyptiorum fabulae. *I.* 3. *Chronologia*. 95-120. *II.* 19. v. *et Dynastiae*.
Aeneas rex Latinorum. *I.* 123. 128. 174-176. 183. *II.* 77. *alter Aeneas Sylvius*. *I.* 177. 184. 186. *II.* 85.
Aenomonia, quae et Thessalia. *I.* 174.
Aeschylus poeta. *II.* 117. 119.
Aeschylus princeps Athen. *I.* 130. *II.* 97.
Aesopus fabulator. *II.* 111.
Aethiopes. *I.* 95. 96.
Aethiopiae incendium. *I.* 128. *II.* 57. 176.
Africanus chronographus. *I.* 51. 75-77. 94. *II.* 99. 121. 165.
Agamemnon Mycenaeus. *I.* 42. 46. *II.* 75.
Agamestor princeps Athen. *I.* 130. *II.* 97.
Agapus prophetans de fame. *II.* 151.
Agathodaemon quasi successor Solis. *I.* 97.
Agelas vel *Agelaus rex Corinth. unus et alter*. *I.* 149. *II.* 85. 91.
Agemon rex Corinth. *I.* 149. 150. *II.* 95.
Agesilaus rex Lacedaem. *I.* 150. 151. *II.* 89.
Aggaeus propheta. *I.* 89. *II.* 113. 115.
Agon, et Agonistae. *I.* 131. *II.* 99.
Agrippa, vel *Agrippas Sylvius rex Lat*. *I.* 177. *II.* 91.
Agrippas Herodes, unus et alter. *II.* 21. 151-155.
Agys rex Lacedaem. *I.* 150. 151. *II.* 83.
Ajeropas rex Macedonum. *I.* 155.
Aladas. v. *Altadas*.
Alaparus rex Chaldaeorum. *I.* 7. 24.
Alba, vel *Albula fl. i. e. Tiberis*. *I.* 177. 183. 184.
Alba Longa civ. *I.* 181. 183. 184.
Albas Sylvius rex Lat. *I.* 177. 185. 186. *II.* 85.
Alcandra uxor Polybi Thuoris. *I.* 104. *II.* 75.
Alcemenes rex Laced. *I.* 149. 150. *II.* 97.
Alcetas rex Maced. *I.* 153.
Alcibiades dux. *II.* 121. 123.
Alcimus pseudopontifex. *II.* 137.
Alcmaeon rex Athen. *I.* 130. *II.* 99.
Alcmaeon poeta. *II.* 107.
Aletes rex Corinth. *I.* 149. *II.* 81.
Alexander I. et II. reges Maced. *I.* 153-154. *II.* 117. 125.
Alexander III. magnus, Macedo. *I.* 50. 93. 106. 113. 119. 140. 153 159. *II.* 127.
Alexander Zabinas rex Syr. *I.* 167. 168. 170. *II.* 137.
Alexander fil. Alex. magni. *I.* 154.
Alexander Jannaeus rex Judaeorum. *I.* 94. *II.* 139.
Alexander Mammae fil. Imp. *II.* 165.
Alexander Ptol. v. *Ptolemaeus Alex*.
Alexander Polyhistor citatus. *I.* 6. 8-23. 68. 171.
Alexander rex Corinth. *I.* 149. 150. *II.* 97.
Alexandra Messalina vel *Salina regina Jud*. *I.* 94. *II.* 141.
Alexandria civ. condita. *I.* 113. 119. *II.* 127.
Aliates vel *Aliattes rex Lydorum*. *I.* 49. *II.* 101.
Almelon rex Chald. *I.* 7. 24.
Alorus rex putatus Chaldaeorum, reapse Adam primus homo. *I.* 6. 8. 14. 23.
Altadas vel *Aladas rex Assyr*. *I.* 47. *II.* 49.
Amasias, vel *Amesia rex Juda*. *I.* 89. *II.* 93.
Amazones. *I.* 129. *II.* 75. 77. 81.
Ambri rex Israel. *II.* 89.
Amegalarus rex Chald. *I.* 7. 23.
Amenephtis rex Aegypt. *I.* 104.
Amenophis vel *Amenophes rex Aegypt. unus et alter. etc*. *I.* 104. 111. *II.* 51. 71. 89. 175. *vide et Memnon*.
Amenophthis rex Aegypt. *I.* 105. *II.* 53.
Amenpsinus, vel *Amempsinus rex Chald*. *I.* 7. 8.
Amenses regina Aegypt. *I.* 111.
Amilmaradochus, sive Ilmarudochus rex Chald. vel *Babyl*. *I.* 22. 30.
Amintas rex Assyr. *I.* 47. *II.* 61. 178.
Amintas vel *Amyntes rex Maced*. *I.* 153. *alter*, 154. *II.* 125.
Ammenemes vel *Amenemes rex Aegypt. unus et alter, etc*. *I.* 102. *item*. 104. *II.* 73.
Ammenon rex Chald. *I.* 7. 24.
Ammeres rex Aegypt. *I.* 105. *II.* 105. 184.
Amophis, vel *Amenophis rex Aegypt*. *I.* 104.
Amos, sive Amon, rex Juda. *I.* 22. 89. *II.* 107. 185.
Amoses, vel *Amosis rex Aegypt*. *I.* 104. *II.* 49.

Amphictyon, vel *Amphictius rex Athen.* I. 128. II. 59. 177.
Amphion et Zethus. II. 63. 69.
Amram fil. Cahath. I. 74.
Amuhea, vel *Aroites filia Astyagis Medi, uxor Nabuchodrossori*. I. 22. 27. 34.
Amulius. v. *Aramulius*.
Amulius Sylvius. I. 178. 186. II. 97.
Amyntas. v. *Amintas*.
Amyrtaeus Saites rex Aegypt. I. 106. II. 123.
Anacreon lyricus. II. 115.
Anan rex Aegypt. I. 109.
Anaxagoras philosophus. II. 117. 119.
Anaximenes philos. II. 127.
Ancus Marcius rex Rom. I. 186. 187. II. 107.
Androgeus. II. 73.
Anebus rex Assyr. I. 38.
Annidotus, sive Idotion Oan monstrum. I. 7. 24.
Annus Chaldaicus, et Aegyptiacus. I. 13. 14. 97. 98.
Anodaphus monstrum. I. 24.
Antaeus gigas. II. 73. 75.
Antigonus rex Asiae. I. 163. 170. II. 129.
Antigonus Gonatas rex Maced. I. 157. 160. *qui et Antiochus*. II. 131.
Antigonus Phuscus rex Maced. I. 158. 160. II. 133.
Antiochia condita. II. 129.
Antiochus Magnus. I. 165. 170. II. 133.
Antiochus Epiphanes. I. 91. 166. 170. II. 135.
Antiochus Eupator. I. 166. 170. II. 137.
Antiochus Soter. I. 164. 170. II. 131.
Antiochus Theos, vel *Deus*. I. 164. 170. II. 131.
Antiochus Cyzicenus vel *Cyzicus*. I. 167-170. II. 139.
Antiochus Grypus vel *Grippus Philometor*. I. 168-170. II. 139.
Antiochus Sidetes, vel *Sideus*. I. 166. 170. II. 139.
Antiochus Syracusanus scriptor. I. 181.
Antipater rex Maced. Annuus (ventus) dictus. 156. 157. 159. II. 131.
Antipater Ascalonita. II. 143.
Antoninus Caracallus vel *Caracalla Imp.* I. 147. II. 165.
Antoninus vel *Antonius Pius Imp.* I. 146. II. 161.
Antoninus vel *Antonius consul*. II. 143-145.
Aod Judex. I. 78. II. 65.
Apachnan rex Aegypt. I. 109.
Aphidas rex Athen. I. 129. II. 77.
Aphophis rex Aegypt. I. 103.
Aphosis rex Aegypt. I. 109.
Apia regio, quae et Peloponnesus. I. 122. II. 57.
Apis deus Aegypt. I. 100. II. 43. 45. 47.
Apis rex Sicyon. I. 122. II. 57. 47.
Apollinaris Hierapol. episc. II. 163.
Apollodorus scriptor. I. 6. 10. II. 81.
Apollonius Tyaneus. II. 155.
Arabes potiti Babyloniae. I. 20. v. *et Saunites*.
Aralius, qui et Amyrus rex Assyr. I. 47. II. 41.
Aram pater Syrorum. I. 53.
Aramulius, vel *Aremulius Sylvius rex Lat.* I. 177. 185. 186. II. 93.
Arbaces Medus destructor imperii Assyriorum. I. 43. 47. 48. 49. II. 95.
Arbelus I. rex Assyr. I. 38.
Arbelus II. rex Assyr. pater Nini. I. 38.
Arcas, a quo Arcadia. II. 61.
Archelaus rex Lacedaem. I. 150. 151. II. 91.
Archelaus rex Maced. unus et alter. I. 153. II. 121. 123.
Archelaus rex Jud. II. 147.
Archilochus auctor. II. 81.
Archippus princeps Athen. I. 129.
Archles rex Aegypt. I. 104.
Arctius poeta. II. 99. (*ibid et Artinus*.) 183.
Ardius, vel *Ardysus I. rex Lydorum*. I. 49. II. 97.
Ardisus II. rex Lyd. 50. II. 105.
Ardumusanus f. Senecherim. I. 21.
Areopagus condita vel *vocata*. II. 59. 177.
Argeus vel *Argaeus rex Maced.* I. 153. *alter* 154. II. 105. 123.
Argia ab Argo. I. 125.
Argivorum regnum. I. 124-126. II. 15. 43.
Argonautae. I. 46. 48. II. 71.
Argus, vel *Argum, Argos, Argi, regia Argivorum*. I. 104. 112. 125.
Argus rex Argivorum. I. 125. II. 49.
Argus omnia cernens. II. 55.
Aridaeus. v. *Philippus Arid.*
Arii, vel *Araetae qui sint?* II. 147. 192.
Ariphron princeps Athen. I. 125. II. 95.
Aristarchus auctor. II. 81. *poeta*. 119.
Aristides philosophus II. 159.
Aristobulus sacerdos et rex Jud. I. 94. II. 139.
Aristobulus Jud. philosophus. II. 135.
Aristomedes rex Corinth. I. 149. 150. II. 93. 182.
Aristophanes poeta. II. 121.
Aristoteles philosophus. I. 179. II. 125. *v. et Battus*.
Arius rex Assyr. I. 47. II. 39.
Arius haeresiarcha. II. 171.
Armachales fl. pars Euphratis. I. 27.
Armais, qui et Danaus rex Aegypt. I. 104. 111. 112. II. 61. 178.
Armamitres, vel *Armamithes*, vel *Amramithes rex Assyr.* I. 47. II. 43.
Armenia, ubi sedit arca Noe, sive Xisuthri. I. 18. 24. 25. 31.
Armesis, vel *Ammesis*. v. *Ramesses*.
Arphaxad pater Chaldaeorum. I. 53. 64-70.
Arsaces rex Parthorum, unde Arsacidae. I. 166. 167. II. 131. *alter* 139.
Arses rex Persarum. I. 50. 93. 106. 112. II. 127. 189.
Artaxerxes Longimanus rex Pers. I. 50. 106. II. 119-121.
Artaxerxes Mnemon rex Pers. I. 50. 93. II. 123.
Artaxerxes Ochus. v. *Ochus*.
Artemo haereticus. II. 169.
Articas rex Medorum. I. 49.
Asa rex Juda. I. 88. II. 87.
Ascanius Euryleon rex Lat. I. 176. 181. 183. 184. 186. II. 77. (*aliis, Euryleon frater Ascanii*. I. 179.)
Ascatades rex Assyr. I. 47. II. 59. 177.
Aseth rex Aegypt. I. 109.
Asianorum et Syrorum reges. I. 162-170.
Asordan rex Assyr. et Babyl. I. 20. 21.
Assur conditor Ninive. I. 53.
Assyrii, ut Chaldaei, et Babylonenses. I. 4. 20. 21. 53. *ut Syri*. I. 5. (*qui Armeniis dicuntur Asorik*, vel *Asuri; aliis, Suriani*.)
Assyriorum (qui Arm. Asorestanii) regnum, regesque. I. 37-48.
Astyages rex Medorum. I. 49. II. 109. 111.
Athenas. v. *Minerva*.
Athenae (quae et Diadae) conditae. II. 57. 176.
Atheniensium regnum et principatus. I. 127-130. II. 15. 16. 105.
Athenodorus philos. II. 147.
Athletae ab Aethleo. I. 132.
Athoris rex Aegypt. I. 104. (*in Gr*). II. 57. 176. *idem Athoyis*. I. 111.
Athotis rex Aegypt. medico-chirurgus. I. 99.
Atlas (sub Cecrope). I. 127. II. 53. 55.
Atossa, vel *Batossa, sive Achurardista regina Assyriae, secunda Semiramis dicta*. I. 47. II. 63. 178.
Attica, olim Acta. II. 45. 57. *ab Actis* vel *Atthis*. 59.
Atticae regnum, sive Atheniensium. I. 126. 127.
Atticus Platonicus. II. 163.
Avarim fl. Aegypt. I. 108. *datur et Aurais nomen loci in Aegypto*. 109.
Aventius, vel *Aventinus rex Lat.* I. 177. 185. 186. II. 93.
Augustus (Gr. Sebastus. i. e. colendus) Octavius, vel *Octavianus Imp.* I. 51. 92. 94. 119. 120. 144. II. 143-149.
Aureola regina. I. 157. 158.
Automenes rex Corinth. I. 149. 150.
Axerdis rex Assyr. vel *Syr. et Aegypt.* I. 26. 27.
Azarias propheta. II. 93.
Azarias, sive Ozias rex Jud. II. 95.

B

Baasa rex Israel. II. 89.
Babius f. Beli rex Assyr. I. 38.
Babylo urbs. I. 18. *sub diversis dominiis*. 19. 20. *restauratur*. 28. 33-35. *primum a Nembrode condita*. 53. 28.
Babylonia descripta. I. 9. 10.
Babylonii, qui et Chaldaei, Assyriique. I. 4-20. 26-37. II. 9. 12.
Bacches vel *Bacchis rex Corinth. unde Bacchidae*. I. 149. II. 89.
Bacchus. v. *Dionysus*.
Bacchylides poeta. II. 119. 121.
Balaeus vel Baleus I. Xerxes dictus, rex Assyr. I. 47. II. 43.
Balaeus II. rex Assyr. I. 47. II. 47.
Balatores vel *Balepaers rex Assyr.* I. 47. II. 65. 178.
Balatorus rex Tyri. I. 36.
Balla, vel *Baal rex Tyri*. I. 36.
Banon rex Aegypt. I. 108.
Basilides haeresiarcha. II. 161.
Batossa. v. *Atossa*.
Battus Aristoteles conditor Cyreneos. II. 99. 107.
Belesis, vel *Belesius rex Babyl. qui et Ninus secundus*. I. 47.
Belimus rex Assyr. I. 45.
Belochus I. rex Assyr. I. 47. 126. II. 45.
Belochus II. rex Assyr. I. 47. II. 63.
Belus, qui et Nebroth, vel *Nembrod, honoratus ut Deus*. I. 12. *variis nominibus vocitatur apud varias gentes*. 12. *primus conditor Babylonis*. 28. *templum suum*. 33.

Belus, non est Nini pater, sed proavus antiquus. I. 37-39. *et si vulgo teneatur ut pater Nini.* 40. 121. 122. *II.* 171.
Berenice regina Aegypt. I. 117.
Berosus, vel *Berossus Chaldaeus auctor citatus. I.* 6. 9-29. 31-35.
Biophis rex Aegypt. I. 100.
Bitis rex Aegypt. I. 97.
Bnon rex Aegypt. I. 103.
Bocchoris rex Aegypt. I. 105. *II.* 97.
Bochus rex Aegypt. I. 100.
Booz f. Salmon. I. 76.
Boreas Thrax. II. 65.
Borsipus, vel *Borsipenarum urbs. I.* 35.
